

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DU MANUSCRIT
Bibliothèque nationale de France

Base

1

Suppl. l. 1004.



halicarnassei historiae Explicatio
hæc Est: ut neque ea Quæ gesta sunt ex rebus humanis oblitter-
entur ex ævo, neque ingentia et Admiranda opera vel a græcis
edita vel a barbaris gloria fraudentur, cum alia, tum vxo-
qua de re isti inter se belligerauerunt. Persarum Eximii mem-
orant dissentionum autores extitisse phœnices, qui a mari qd
rubrum vocatur, in hoc nostrum proficiscentes et hanc inco-
lentes regionem, quam nunc quoque incolunt, longinquis con-
tinuò navigationib. incubuerunt: faciendisq. ægyptiarum et assy-
riarum vecturis mercium, cum in alias plagas, tum etiam Argos
peruenerunt. Argos etenim ea tempestate oib. ciuitatib. regionis
quæ nunc græcia nōiatur antecellebat. huc porro appulsos phoe-
nices mercimonia exposuisse, & quinto sextoue quam appulissent
die cunctis ferè diuenditis foeminas ad mare venisse, cum alias
multas, tum vxo regis filiam, cui nomen esset idem quod grati
tradunt, Io filiam Inachi dumq. hæ foeminae puppi navis-
assistentes ea mercarentur quæ cuiusque auaritia maxime ferebat
in eas phœnices se se adhortatos impetum fecisse. hunc itaque in
modū Io in ægyptum peruénisse memorant persæ, non quemadmo-
dum græci: & hoc iniuriarum principium extitisse, post hæc-
græcorū quosdam, quorum nōia non possum dicere Tyrum appulsos,
filiam regis rapuisse Europam: (fuerunt autem isti cretenses)
illisque pau pavi responsum. vñum postea græcos secundæ iniu-
riæ autores extitisse, longa Enim naue in ora Colchidis, &
ad phasim fluium, cum cetera transegissent, quorū gratia ve-
nerant, illinc rapuisse filiam regis Medeam, ad quam repos-
cendam, poenasque de raptu petendas cum rex Colchorum cadu

caduceatorem misisset. græcōe respondisse v. illi de raptu
Io Argina poenas sibi non dedissent, ita ne se quidem illis
daturus. Secunda dehinc ætate ferunt Alexandro priami
filio. cum ista audisset, cupidinem incessisse uxoris sibi
per rapinam comparandæ & græcia, certum habenti om-
nino se poenas non pendurum, quas nec illi pependisset.
ita cum is helenam rapuisset, visum esse græcis, primum
missis illuc nuntiis, & helenam repetere, & poenas de
raptu petere. illos vero tergiversantibz mentionem feci-
sse de raptu medæ, & qui nec poenas dedissent nec rapinā
repositibus reddidissent, quomodo vellent ab aliis sibi
poenas dari. hactenus igitur inter eos mutuis solis rapinis
actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, græcos præ-
cipuè autores extidisse, qui priores in Asiam, quam ipsi In
Europam copiose ducere incepissent, se quidem sentire Iniu-
riorum virorum factum esse rapere foeminas, amenhū
vobis raptis oleiscendis opibz dare: prudentium autem
pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ,
nisi voluissent, haud dubiè raptæ non fuissent. eoque sua-
rum foeminarum ex Asia raptarum pæse negant vllā
se habuisse rationem: græcōe autem lacædamoniæ muli-
eris gratia ingentem comparasse classem, deinde in Asi-
am profectōe imperium priami evertisse: atque ex eo
tempore semper existimasse sibi hostibz esse græcos. si quidem
Asiam et barbaras gentibz quæ illā incolūt, putat pæse sibi
necessitudine coniunctas, Europā vero & græcos a se esse disiu-
ctos. hūc in modū pæse rem gestā memorat & Ilij excidiū
sibi discordiæ cum græcis extidisse principiū comperiūt. cū
quibz o consentiunt de Ijo phoenices, quæ negat se in æ-
gyptū abduxisse, raptu rosos sed iam apud Argos cum nau-
clero navis rem habuisse: & cum se gravidā esse comperisset,
vitam parentibz, sic voluntariam cū phoenicibz navigasse,
ne detegeretur. & hæc quidem pæse phoenicesq. referunt,
ego vero utrum sic gestasint nec ne, o pluribz pæsequar.
cæhūm quem ipse novi primū capisse græcis Inferre Iniu-
riam. hunc indicabo longius oratōe pægens tam parvas res
ciuitatibzq. commemorando, quam magnas nam quæ olim mag-
næ erant, tunc pæ multa factæ sunt parvæ: quolūc quæ
mæ memoriæ magnæ fuerunt, prius fuerant parvæ. igit.
cum sciam humanā foliitatem nequaquam in eodem hore
pæstare, vltimūq. fortunæ mentionem habebō.

CRESVS genere quidam fuit lydius patre autem habatte Earum vero nationum tyrannus quos intra balim amnem sunt: qui a meridie syonac papblagonas interficiens contra ventum aquilonem in mare quod vocant euxinum euoluntur. Hic Croesus e barbaris duntaxat quos agnitos habens primus grecorum alios ad tributum pendendum adiecit alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem iones aeones et qui sunt in asia dores. Amicos autem sibi fecit lacedemonios cum ante eius imperium uniuersi greci liberi fuissent. Nam cymmeriorum aduersus ioniam expeditio uetustior illa quidem croeso extitit non tamquam urbes expugnauit sed per incursiones urbes a praedae abegit. Ceteris principibus fuisse herachidarum ad genus croesi qui uocabantur meriade sic peruenit;

CANDAULES is quem greci mirsilum nominant Sardiun fuit tyrannus ab Alceo herculis filio oriundus. Siquidem herachidarum primus sardium rex extitit Ageon nouissimus candaules mirsi filius cum ante Ageon herachidae in ea regione regnauerant fuissent oriundi a lydo atys filio ad quo totus ille populus cognominatus est lydius: cum meon antea uocaretur. Ab his succedente herachide imperium ex oraculo adepti sunt. Candaules ancilla ex hercule geniti idque per quingentos et quinque annos duas & unguas uicorum staret tenuerunt filius patri deinceps succedentes usque ad candaulem mirsi. Hic igitur candaules uxorem adamabat: eamque pro amore arbitrabatur omnium foeminarum multo esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens apud Gygem dascyli filium ex satellitibus suis (Erat enim is maxime acceptus et quo ministro magis in rebus arduis utebatur) speciem uxoris ultra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore necesse namque erat criminale enotare: ut ait his uerbis. Gyges neque enim uideris mihi fidem habere referenti de coniugis specie quod magis incredula sunt hominibus aures quam oculi. Fac ut illam conspicias nudam. Hic autem uehementer exclamans. Quemnam inquit heri sermonem proferis laudatissimum qui me iubet inspicere heram meam nudam. Mulier exuta tunica ac uerecundiam pariter exiit. Olim iam hominibus honesta exco gitata sunt unde discere debemus ex quibus hoc unum est: quae sua sunt quoniam inspicere debere. Ego uero tibi fidem habeo illam esse foeminarum omnium speciosissimam: teque oro ne me ores illicita. Atque haec di

De creso lydoi rege
cresus
Habattes

De candaule Lydorum rege
et qua de causa trucidatus est.

Ageon.
Lydius a quo Lydia.

Jordania.

Gyges.

Nota.

cendo gyges repugnabat pertimescens ne quid sibi ex ea re mali contingeret: Cui uicissim ille his uerbis fidens inquit. Esto gyges caue tuncas aut me tanq̃ te hoc sermone tentantem aut uxorem meam ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim sic ego machinabor: ut ne illa deprehendere quidem possit se abs te fuisse inspectam. Te namq̃ secundum fores domus in qua cubamus cum aperte fuerint sistam. Vbi ego fuero ingressus aderit et uxor mea in cubiculum iuxta cuius introitum sella posita est: super qua uestes illa ut quanq̃ exuet reponet sese per multum oculum spectandam p̃bens: quę cum a sella cubitum perget ostendens inuicem terga cure tibi sit illinc ne te per fores abeuntem illa conspiciat. Gyges ubi effugere non potuit fuit paratus: quem candaulēs postea q̃ hora cubandi uisa est adesse in cubiculum duxit: statimq̃ post & uxor affuit: quam introeuntem ac uestimenta deponentem gyges intutus: ubi auersa fuit illa cubitum uadens ip̃e e loco prorepens foras abiit & inter exeundum a muliere conspectus est.

Hec ut didicit a uiro quod actum esset neq̃ p̃ pudore exclamauit neq̃ uisa est percepisse habens in animo candaulē ulciscendi. Apud Lydos & fere apud ceteros quoq̃ barbaros magno probro est etiam uirum conspici nudum. Ita tum nihil aperiens mulier silentium tenuit. Mox ubi dies illuxit: quos domesticorū maxime sibi fideles intelligebat esse cum preparasset gigein accersit. Hic eam nihil suspicans scire eorum quę acta erant accersitus uenit: quippe qui antea solitus esset ad reginam concedere quotiens ab ea uocaretur. Vt uenit his uerbis ad eum mulier inquit. Nunc duabus tibi presentibus uis offero electionem in utram malis diuagere. Aut enim me pariter ac regnum Lydorum habebis ubi candaulē interfeceris: aut te ipsum continuo sic occumbere oportet ne in omnibus candauli obsequendo posthac scias quę te scire non decet. Sed aut illum qui ista consuluit interire opus est: aut te qui nudam me es conspiciatus & illicita fecisti. Ad hec uerba gyges parumper obstupescens mox obsecrare illam ne se ad talem necessitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non persuadet: Sed utiq̃ propositam sibi necessitatem cernit aut interimendi hez aut per alios pereundi elegit ut ipse superesset. Atq̃ ita percontatus illa inquit: quando quidem me adigis inuitum ad herum meum occidendum age audiam quo pacto illum adoriemur. Excipiens illa Ex eo inquit loco adoriendum erit: unde ille me nudam ostendit. In sopitum impetus dabit.

P

osteaq̃ insidias instruxerunt et nox aduenit Gyges nihil cunctatus: quippe cui nulla deuitandi facultas esset: sed necesse aut perire aut candaulē

perimere / mulierem in thalamum sequitur: quem illa dato pugione subter easdem fores occulit: Unde postmodum ipse procedens quiescentem candaulē obtruncat: uxoreq; eius & regno potitus est: Cuius rei meminit etiam archilochus parius qui per idem tempus in iambo trimetro. Obtinuit autē regnum Gyges atq; possedit ex delphico oraculo. Nam cum lydi indigno animo ferrent candaulis casum atq; in armis essent conuenit inter eos ac factionem gygianam ut si oraculum respondisset hunc esse regem lydorū ipse regnaret. Sin minus principatum heraclidis restitueret. Accepto pro se oraculo Gyges ita regnauit. Id demum pythia locuta heraclidarum ultionem in nepotem gygis esse uenturam: Quod carmen neq; lydi neq; ipso rum reges ullius momenti fecerunt priusq; exitu comprobatum est. Hūc in modum obtinere tyrannidem Marnade sublati heraclidis. Gyges tyrannide occupata delphos donaria misit non pauca: vbi quę ex argento donata uisuntur eorū pleraq; istius sunt & p̄ter argentum immensam uim auri dedicauit: posuitq; cum alia tum uero qđ p̄cipua mentione dignum est pateras aureas numero sex pondo triginta talentorū: quę in corynthiorum thesauro collocatę sunt: licet is thesaurus si loqui uera uolumus non corynthi populi est sed cypseli ectionis filii. Ita Gyges barbarorum quos ipsi nouimus primus munera apud delphos posuit. Secundum Midam Gordi filium phrygię regem. Nam et Midas obtulit regiā sellam: in qua sedens iura dicere solitus erat rem spectaculo dignam: qđ tribunal eodem quo gygis patere loco positum est. Hoc autem aurum argentumq; quod gyges obtulit uocitatur a delphis Gygadas: eius uidelicet qui obtulit cognomine. Is postq; imperio potitus est arma intulit Mileto et Smyrne urbemq; colophonem incepit. Nec aliud ullum p̄clarum facinus ab eo gestum est: cum duodequadraginta annos regnauerit. Hunc nos his duntaxat de eo commemoratis missum faciamus: Ardīs eius filii facturi mentionem: qui post gygem regnauit;

Hic prieneas expugnauit Miletum oppugnauit: Quo sardium tyrannidem obtinente Cymmeri a scythis nomadibus eiecti e sedibus suis in asiam transierunt: sardisq; p̄ter artem occupauerunt. Ardīs cum undequinquaginta regnasset annos successit Sadiattes: regnauitq; annos duodecim. Sadiatti successit haliattes: qui cum cyaxare diocis pronepote regnauit bellauit: et medis: cymmeriosq; exegit ex asia. Smyrnam etiam a colophone conditam cepit & claxomenas inuasit: unde non

Quomodo candueles obtruncatur.

Archilochus

Quo Gyges qui candaulē obtruncauit rex lydorū efficit.

Quę donaria delphico apollini Gyges misit.

Midas.

De Ardi gygis filio.

Sadiattes rex Ardīs f.

De haliatte Sadiattis f. et quę memoratu digna fecerit.

quemadmodum optabat discessit, uehementer euentu frustrato. Alia q̄ opera cum in imperio fuerit dignissima memoratu edidit: quę hęc sunt, bello quod gessit cum milesiis a patre traditum hac ratione miletum il-
 luc transgressus obsidebat. Dum fruges in regione erant adultę tunc exercitum immittebat procedens in expeditionem ad cantum fistularū fidiumq̄ ac tibie tam muliebris q̄ uirilīs. Cum in agrum milesium perue-
 nerat non edificia quę in agris erant diruere et non incendere non fo-
 res effringere, sed incolumes esse passim sinere arboribus modo fructibusq̄ regionis peruasatis rursus se recipiebat. Nam milesiū mare obtinebant, ut opus non esset hosce illic considerare. Edificia autem iccirco lydi non excidebat: ut et milesiū habentes unde procederent humum sererent co-
 lerentq̄ et cum hoc illi fecissent: ipse cum exercitu ingressus haberet ali-
 quid popularetur. Hęc faciens undecim oppugnauit annis: per quos duo ingentia uulnera accepere milesiū vnum in limenio: quod est ipsorum regionis pugna commissa. Altez in campo meandri. Horum undecim annorum sex adhuc regnabat Sadyattes ardyi filius: Qui cum exercitu terram milesiā tunc inuaserat: et idem bellum conflauerat quinq̄ re-
 liquis. Eius filius haliattes bellum quod a patre acceperat: ut a me supe-
 rius commemoratum est intentius administravit. In quo bello milesiōs nulli ex ioniis subleuauerunt, præter chios: qui soli fuere auxilio reddētē uicem: quod aliquando milesiū chiis bello: quod cum ecytheriis gerebant, auxilia tulissent. Duodecimo autem anno incensis ab exercitu segetibus hoc rei fieri contigit. Segetes ut erant incense ualido urgente uento celer-
 rime peruascerunt Minerū templum cognomine assesis: quo incendio tem-
 plum deflagrauit. Neq̄ ullius momenti mo ea res in presentiarum habita est. Sed cum post exercitus reditum sardis haliattes decubuisset diurni usq̄ egrotare delphos misit ad eum de sua ualitudine sciscitatum siue alie-
 no siue suopte consilio admittendum inductus nuntiis cum delphos perue-
 nissent se responsum redditurum pythia negat prius q̄ templum miner-
 uę repararent: quod in terra milesiōrum apud assesum concremassent. Ita actum esse ego apud delphos accepi. Milesiū his illa addunt periantrum cypseli filium cum audisset oraculum haliatti redditum misisse nuntium ad Trasibuluntē milesiōrum tyrannum cuius in primis erat familiaris admonitum ut aliquid prospiciendo sibi consuleret in pręsens. Et milesiū quidem ita gestum esse memorant. Haliattes autem ubi hęc ipsi nuntiata sunt confestim caduceatores miletum mittit ad ineundas cum trasibulo

De Perandro cypseli f.
 corinthiorū tyranno.

et milesius pactiones tantisper dum templum edificaretur. Dum caduceator miletum uenit Trasibulus, ut qui omnem sermonem plane præsenserat, norat quidnam haliaetes facere statuisset. huiusmodi rem machinatur. Quod frumenti in urbe erat uel suum ipsius uel priuatorum, id omne in forum congerit, precipitque milesius: ut cum ipse signum dedisset cuncta portarent, et inter se comestationibus uterentur. Hæc Trasibulus ea gratia fecit, precipitque, ut caduceator sardijs cernens ingentem frumenti acruum effusum et homines oblectationibus uacantes, nuntiaret haliaeti, quod et contigit. Nam ut illa conspexit caduceator Trasibuloque lydi mandata exposuit, reuersus est Sardys, & ut ego audio ob nihil aliud inter eos pacificatum est. Sperans enim haliaetes uehementem penuriam rei frumentarie miletum esse et populum ad extremum usque malorum deuennisse, reueri illinc caduceatore audiebat contraria atque ipse fuerat opinatus. Post hæc inter eos ita conuentum est: ut mutuo hospites essent ac socii: proque duo delubra apud assenum edificauit haliaetes: ipseque ex morbo conaluit. Et quæ ad bellum quidem haliaetis cum milesiis atque Trasibulo pertinent ita habuere.

PERIANDE autem cypseli filius fuit: is qui trasibuli indicauit oraculum corynthi cæmus: cui maximum oraculum fuisse oblatum populares sui predicant, et uis lesbii assentiuntur. Arionem methynneum delphico insidentem dædemon fuisse euectum: qui erat cytharedorum sui seculi nulli secundus: quique primus hominum quos nouimus et fecit & nominauit et docuit corynthi ditirambum. Hunc Arionem ferunt, cum permultum tempus triuisset apud perian drum concupuisse in italiam siciliamque nauigare: rursus parta ingenti pecunia uoluisse corynthum reuerti: et cum profectus e tarento esset: quia nullis magis quam corynthiis fideret nauigium uirom corynthiorum conduxisse: hoc illum intelligentem oblata eis pecunia mortem tantum fuisse deprecatum. Non persuadenti nauis iussisse: uaut sibi manus afferret: ut sepulturam in terram nancisceret aut illico in ire desiliret. Arionem ad hanc difficultatem redactum obsecrasse: ut quandoquidem ipsis ita placitum esset, cernerent se omnino ornatu comptum antemque super foros audirent cantantem & cum decantasset sibi se manus laturum. Atque istos permittentes inuaserat enim libido eos audiendi presta. isimum inter homines modulatorem e puppe in mediam nauem concessit, illum inducto sibi omni ornatu ac assumpta cythara

Periander.

Arion methynneus cytharus optimus.

Nota de arione.

stante super foros inchoasse. carmen: quod dicunt oëtrium: eoq; recantato sese ut erat ornatus in mare iecisse et hos quidem cursum tenuisse in corynthum: illum uero aiunt a delphino exceptum in tenaron fuisse transiectum: et cum e delphino descendisset corynthum eodem habitu petrexisse: et ubi peruenit quicquid contigerat enarrasse: et periantrum quia non crederet tenuisse hominem in custodia nequo prodiret: ceterum curauisse ut iutas haberet eos accitos ubi affuerunt percunctatum siquid de arione memorarent. Et referentibus illum sospitem apud italiam agere fortunatūq; tanti se reliquisse Arionem aperuisse eodem quo desilisset habitu: istosq; terrafatos nihil amplius habuisse: quod conuicti inficiarentur. Hæc corynthus a lesbii aiunt extat in tenaro ingens arionis ex ære donarium homo super elphinum se dens. Porro haliatus lydius composito cum milesiis bello postea cum septem et quinquaginta regnasset annos uita excessit: qui secundus um e morbo conualuisset apud delphos dedicauit grandem ex argento patiam itemq; alteram ex ferro paruam compatibilem spectatione dignam inter omnia que sunt delphis donaria opus glauci chii: qui solus omnium compitionem ferri excogitauit;

Glaucus chii: q compatio ferri adinuenit.

De creso lydorum rege: et que memoria digna fecerit

Bias Prieneus
Pittacus Mitileneus.

DEFUNCTO haliati successit in regno croesus annos natus quinq; & triginta: qui primus grecorum ephesus bellum intulit: unde ephesi abo obsessi urbem diane donauerunt: fune ex eade dianæ ad murum alligato. Et autem inter ueterem urbem: que tunc obsidebatur & templum septem statorum intervallo. His primis croesus arma intulit: deinde captam singulisnum colorūq; alias in alios causas pertendens ut in quosq; maximas reperiret etat in quosdam etiam friuola causatus. Postea uero q grecos in asia subegit ad tributum pendendum constituit edificatis nauibus aggredi insulanos: A quas compingendas cum omnia in expedito essent dicunt alii biantem peneum alii pitacum mitileneum: cum se Sardis contulisset interrogatū a roeso nunquid apud greciam noui respondisse: quod illum a compingende classe inhibuit. Inquit etiam insulam rex decem milia equorum coemerunt animo habentes aduersus sardos atq; te exire in expeditione. Et cresum ita loqui ratum dixisse. Videris mihi rex cupide uota facturū ut in insulanos incontinente adipiscaris equitantes haud absurda spe. Verum quid ad insulanos optare censet q simulac audierint constituisse te aduersus classe edificasse ut nacti lydos in mari intercipient: teq; pro his grecis: qui tu in continēte tibi subiecisti ulciscantur. Hac oratione delectatum adidū croesum atq;

inductum. Est enim uisus ille p̄q̄scite dixisse ab edificanda classe cessasse :
 atq; ita cum ionibus qui insulas incolerent hospitium contraxisse. Interiecto
 tempore subactis ferme omnibus qui intra halym colunt. nam preter cyla-
 ces ac lycios ceteros omnes croesus in suam potestatem redegit : Qui hi sunt
 lydii phryges mysii maryandani chalybes paphlagoni thraci boetunq;
 et bithynii carei iones dories eoles pamphili. His subactis et potentia
 lydorum per cresum aucta contulerunt se sardis opibus florentes : cum ce-
 teri omnes e grecia sophiste qui ea tempestate erant pro se quisq; profici-
 scentes. Tum uero Solon uir atheniensis : qui cum leges iubentibus athenien-
 sibus tulisset decem annos per causam contemplandi nauigando erat pe-
 regrinatus : ut nequam legum quas condiderat abrogare cogeretur. Nam
 hec athenienses ipsi facere nequibant maximo iure irritando adacti ad eas
 decem per annos seruandas quas ipsis solon condidisset. Harum itaq; le-
 gum ac contemplandi gratia solon peregre profectus est in egyptum ada-
 mascum se contulit & sardis ad croesum. Eo cum peruenit hospitaliter in
 regiam a croeso exceptus est. Tertioq; aut quarto q̄ uenerat die iussu croesi
 ministri circumduxerunt hominem circa thesauros omniaq; que illinc ine-
 rant magna atq; beata ostentarunt. Contemplatum eum cuncta & ut sibi
 opportunum fuerat intuitum talibus percunctatus est croesus. Hospes a-
 theniensis quia multus de te rumor ad nos emanauit ob tuam sapientia
 tuamq; discursationem : qui philosophando permulta uidendi gratia es pere-
 grinatus : Ideo mihi nunc cupido incessit sciscitandi eo quem uidisti iam
 omnium beatissimum sperans uidelicet se inter homines beatissimum esse
 ita sciscitabatur. Solon nihil admodum assentatus sed ut res erat respon-
 dens. Ego uero rex inquit uidi beatissimum tellus atheniensem : Quod di-
 ctum admiratus croesus instat interrogare quade re iudicas tellus beatis-
 simum. Qd inquit ille in patria bene instituta Tello filii erant honesti & bo-
 ni eorumq; singulis liberi uq; omnes superstites : et cum hoc uite q̄tum in
 nobis situm est bene traduxisset obitus splendidissimus obtigit. Siquidem
 prelio qd athenienses cum finitimis gessere apud eleusinam. hic cum auxi-
 lio uenisset hostemq; in fugam uertisset pulcherrimam oppetit mortem : que
 athenienses quo in loco occubuerat in eo loco publice humauerunt magnifi-
 ceq; honorauerunt. Multa de Tello ac beata Solone referente excitatus croe-
 sus interrogat quenam secundum ab illo uidisset putans haud dubie secu-
 das se partes esse laturum : Cleobem inquit ille & bithonem : Quippe his &
 genus arguuum erat et uirtus suppeditabat. Ad hec corporis robur tantum

Vide quot populos
 cresus subegerit.

Solon atheniensis.

Tellus Atheniensis.

Cleobes & bithon
 Bithon | fratres.

ut & in certaminibus ambo pariter uictores extiterint & de eis ista memorentur. Cum dies festus lunonis apud argiuos esset / oporteretq; omnino matrem horum ad templum ferri bobus iunctis: uq; boues ex agro eis ad horam presto non essent: tunc iuuenes exclusi tempore iugum subeuntel plaustrum pertraxerunt: quo mater uehebatur: et quinq; ac quadraginta per stadia ferentes ad templum portauerunt: Quibus cum hec fecissent / optimus obtigit uite exitus: per quem iudicauit satius esse homini q; uiuere. Nam cum circūstantes argiui laudibus tollerent: uiri quidem consilium filiorum / foemine uero earum matrem / quod talibus filiis predicta esset mater gaudio perfusa tum liberorum facto tum fama ante simulachrum stans precata est deam / ut cleobi & bithoni filiis suis daret id qd optimum esset homini contingere. Post hanc precationem / sacrificauerunt epulatiq; sunt quiescentes in ipso delubro non sunt amplius excitati sed hoc uite exitu perfuncti: Quorum effigies tanq; uiroy qui optimi extitissent argiui factas apud delphos collocarunt. Et his q; dem Solon secundas beatitudinis partes tribuebat. Croesus autem centur batus inquit. Hospes atheniensis / adeo ne tibi pro nulla contemnitur nostra felicitas: ut ne priuatis quidem uiris nos equiparandos ducas: Cui ille. Me croese gnarum omne numen inuidum esse & turbulentum de rebus humanis interrogas. In diuturno enim tempore multa uidentur que nemo uelit uidere: et tolerantur multa que nolit quisq; tolerare.

Proponamus enim homini terminum uite ad septuaginta annos: qui anni constant ex uiginti quinq; milibus ac ducentis diebus / mense intercalari non posito. Quod si uelis reliquorum annoy ob hunc mensem prolixius fieri: ut horū ad id qd deest accedentes congruant / menses quidem intercalares supra annos septuaginta fient triginta quinq; dies ex his mensibus mille quingenti: nullus prorsus qualem aliū rem affert. Ita igitur croese omnino calamitosus est homo. Verum tu mihi uideris & diuitiis ualde pollere & permultorum esse rex. Sed quod me interrogasti / nondum te appello / prius q; uita bene functum audiero. Neq; enim beatior est qui magis opibus predictus est / eo qui diurnum uictum habet / nisi eidem omnibus bonis predicto fortuna concesserit bene uita defungi.

Et enim complures homines sunt p q locupletes / minime tamen beati. Complures item mediocria habentes patrimonia / fortunati. Quorum is qui diuitiis affluit / sed non beatus est / duabus tantūmodo rebus antecellit fortunatum. At illum hic pluribus. ille ad cupiditates explendas et ad gran-

Nota quis beatus dici
possit secundum Solonē.

dem quæ incidat offensam superandam ualidior est. Hic etsi illo infirmior est in his duobus: quæ bene illi a fortuna denegantur tamen excellit quod illorum inexpertus est: quod prospera fruitur ualitudine quod malorum expertus: quod bonorum liberorum parens: quod formosus est: Qui si præter hæc diem quoque suum recte obierit is quem queris qui uocetur beatus prius tamen quam ad obitum peruenerit nequaquam beatus appellandus sed fortunatus: Quæ omnia consequi quamdiu sis homo impossibile est: Sicut nec una regio cuncta sibi ipsi suppeditat: sed aliud habens alio indiget. Quæ tamen habet plurima ea est optima. Quemadmodum et hominis corpus unum aliquod non est consumatum: quia aliud habet alio uacat. Quis quis autem horum plurima perpetuo habuerit dehinc placido animo euita excesserit hic apud me nomine hoc ueluti rex donari uideri meretur.

Omnis rei oportet inspicere exitum quo sit euasura: Quoniam multos deus quibus fortuna suppeditauerat radicatus euertit. Hæc Solon neque assensando croeso neque ullius illum momenti faciendo locutus dimittitur sane quam uisus fuisse indoctus: qui bonis presentibus prætermisissis iuberet omnium inspicere exitum;

POST Abitum Solonis ingens deorum indignatio ut conuicere licet croesum excepit: quod se ipse omnium hominum beatissimum arbitraretur: cui statim quiescenti somnium oblatum est ueritatem indicans malorum: quæ circa filium erant euentura. Erant autem croeso liberi duo: quorum alter quia mutus inutilis erat: alter inæquales omni re longe primus nomine atys. Hunc itaque atym croeso signat somnium fore: ut ferrea cuspidis traiectum interimeret. Experrectus et secum rem uersans somnio territus ducit filio uxorem solutum præesse copias lydox. Posthac ad tale munus nequaquam admittit: iacula & hastas omniaque huiusmodi: quibus homines in bello utuntur e porticibus amouens in thalamos infert: ne quid suspensum in filium decideret. Cum autem nuptias filii in manibus haberet aduenit sardis quidam calamitate proditus manibusque non puris natione phryx regio ex genere. Hunc cum in gremio croesi uenisset ex rituque domestico ut sibi expiari liceret orasset croesus expiauit. Modus expiandi prope modum is est apud lydos qui apud grecos: ubi legitima peregit. Croesus percunctatus unde ille et quisnam foret inquis homo quis tu & unde e phrygia profectus domesticus mihi factus es et quem uirum aut quam foeminam interemisti? Ad quem ille

Somnium croesi de atby f.
quod ferrea cuspidis traiecit.

De Adrasto Gorgii f.

respondit Midis ego Gordii rex sum filius nomine adrastus: quia fratrem meum ipsius imprudens interemi adsum eiectus a patre & omnibus rebus exutus. Croesus inuicem his uerbis inquit. Ex uiris nobis amicis oriundus es & ad amicos uenisti. Hic in nostris edibus tu manens nulli rei indigebis. Istam porro calamitatem quam leuissime ferendo plurimum lucrifaceres. At ille quidem apud croesum domicilium habuit. Verum per hoc idem tempus apud olympium Misi aper eximie magnitudinis extitit: qui ex hoc monte progressus misorum opera peruastabat. Quemque sepe numero mysii aggressi nihil admodum ei mali fecerant sed ab eo acceperant. Ad extremum missis ad croesum nuntius ita dixere. Apparuit rex apud nos maxima res aper qui agrestia corrumpit opera: quem studiosissime captantes interunere tamen non ualuimus. Nunc itaque obsecramus ut nobiscum filium tuum ac delectos iuuenes canesque mittas: quo beluam e regione tollamus. Hec illis precantibus Croesus somnium memoria repetens ita respondit. Filii quidem mei nolite amplius facere mentionem. Neque enim uobiscum cum dimitterem. Nam est nouus maritus & nuptialia sunt ei cordi. Lydorum tamen delectos & uenatores omnes cum canibus una in uitam mandaboque euntibus ut quam promptissime uobiscum beluam de regione sumoueant. Hec croesus respondit: cuius uerbis cum contenti non essent Misi interuenit croesi filius auditisque quam misii precarentur et croeso negante cum illis missurum se filium. Hec inquit ad eum adolescens pater: que nobis aliquando honestissima ac magnificentissima erant uel in bella uel in uenationes eundo specimen sui dare. horum utroque nunc exclusum me tenes nulla in me animaduersa neque ignauia neque secordia. Quibusnam me oculis conspici oportet euntem in forum atque illinc redeuntem qualis cuiusque qualis uxori recens nupte uidebor. Cui illa uiro uidebitur nupta. Proinde me tu aut si uenatum ire aut oratione persuadeas potiora ista esse que facis. Cui respondens croesus filii inquit neque quod ignauiam neque quod aliud quippiam inuicundum mihi animaduertam in te hoc facio. Sed uisum quod mihi in somniis oblatum est dixit te breuis cui futurum quippe ferrea periturum cuspide: cuius uisi gratia et has maturavi nuptias nec ad ea que suscipiuntur dimitto obseruans obseruans si quo pacto queam te dum uiuo a clade subtrahere. Filius enim unicus mihi. Namque alterum auditu captum pro nullo mihi existimo: ad quem uicissim adolescens pater inquit tibi equidem ignosco agenti circa me custodiam: qui talem uideris uisionem. Verum tu illam

non probe pertapis: quam quoniam te latet equum est me tibi interpre-
tari. At tibi somnium ostendisse me ferrea periturum cuspide. At apro-
quem manus sunt: quæ uel cuspis ferrea: quam tu pertimescas. Nam si
dente dixisset aut aliquo huius simili periturum me deberes facere quæ
facil. Nunc autem dixit cuspide. Quare cum non sit nobis pugna cum
uiris ire me sinas. Et Croesus euincis me inquit fili ista loquens de somnio
intelligendo. Quapropter ut abs te uictus indulgeo tibi ueniamq; do eun-
di ad uenationem. Hæc locutus Croesus adrastum phrygem accersit: eiq; u-
bi affuit talia inquit. Ego te adraсте calamitate præditum non ingrato
tibi exprobrio expiaui & receptum domi habeo omnem suppeditanis sum-
ptum. Nunc ergo de me qui prior de te bene meritus sum debes inuicem
bene mereri. Custodem te opus est esse filii mei uenatum proficiscentis neq;
inter uiam occulti grassatores in uestram perniciem prodeant. Ad hæc tua
interest eo te uadere unde splendor ex operibus existit: quod tibi pater-
num est et præterea quia robur adest. Cui adrastus Ego te inquit rex in i-
stud certamen alioquin non pergerem quem tali calamitate affectum ne-
fas est ad squales se conferre fortunatos. Aut uellem inter eos adesse a qua
re me etiam frequenter me ipsum continui. Nunc quoniam tibi hoc in animo
est cui gratificari debeo et gratiam referre pro beneficiis istud exequi sum
paratus filiumq; tuum quem me custodire iubet expecta incolumem re-
diturum custodis causa. Posteaq; his uerbis adrastus Croeso respondit &
mox apparata res est uiris delectis iuuenibusq; et canibus disceditur: Qui
ubi ad montem olympum peruenire beluam indagant inuentam circūfusi
iaculis incessunt. Ibi hospes is qui a cede fuerat expiatus et uocabatur Adra-
stus uibrato in aprum iaculo non illum sed frustrato ictu filium croesi ade-
ptus est. Iste cuspide ictus uocem somni impleuit. Quod factum quidē
a croeso nuntiandum cucurrit perueniensq; sardis pugnam illi & filii ne-
cem indicauit. Croesus morte quidem perturbatus non nihil tamen
egrius ferebat: qd̄ is eum necauerat quem ipse expiasset a cede. Et cū
pergrauiter cædem suam lamentaretur. Iouem expiatorem inuocare
testificans quæ ab hospite passus esset: inuocare etiam hospitalem &
familiarem hunc eundem nominans deum hospitalem quidem uocās
qd̄ in domum recepisset hospitem percussorem filii sui ignarus se pascē
familiarem uero qd̄ quem pro illius custode mississet eum compererit
hostilissimum. Secundum hæc lydi afferunt: qui mortuum ferebant po-
ne sequente percussore stetit ante mortuum sese croeso tradebat manus

A tys cresi f. quō occidit.

protendens: iubensq; ut se super cadauer mactaret: referendo tum priorem calamitatem suam: tum quoniam etiam suum expiatorem interemisset sibi uiuendum amplius non esse. Hec croesus audiens etsi in tanto domestico luctu positus: tamen adrastum miseratus est: Ad eumq; inquit habeo ex te hospes omnem satisfactionem quoniam te ipsum morte condemnas. Neq; uero tu huius mihi cladis auctor es: nisi quatenus id fecisti imprudens. Sed decorum quispiam: qui olim iam mihi futura significauit. Et croesus quidem filium pro sua dignitate sepe liuit. Adrastus autem Gordii filius Midis is nepos qui tum fratris expiatoris interfector extiterat: ubi silentium fuit ad sepulchrum ignoscendum ei hominibus ob que ipse grauissime afflictabatur sese superbum transfodit. Croesus filio orbatu ingenti in luctu duos annos egit: Quem luctum postea finiuit astyagis cyaxaris filii dominatione a cyro cambysis filio sublata & rebus persarum augescentibus atq; in solitudinem uenit: siqua ratione possit potentiam persicam priusq; magna efficeretur occupare. Sub hanc statim cogitationem tentare statuit uaticinia queq; apud grecos queq; in aphricam essent. Aliis alio dimissis quibusdam delphos quibusdam dodonem non nullis ad amphiarum ac trophonium. Sunt qui ierint ad brachidas ore milesie. atq; hec sunt greca: ad que consulenda croesus misit oracula in aphrica uero ad annonem alios perituros responsa dimisit. Omnes autem exploratum oracula quid sentirent: ut consentanea in uero deprehenderet secundo loco de suis tentatum mitteret nunquid in persas expeditione moliretur. Mittens itaq; ad oracula tentanda. Lydiis hec dedit mandata ut qua die proficiscerentur ex sardibus ab ea reliquum supputantes quotidie oraculis uterentur sciscitantes quidnam faceret lydorum rex croesus balyatis filius: Et quod singula oracula respondissent id omne conscriptum ad se referrent. Quid cetera responderint oracula a nemine commemoratur. Apud delphos simul atq; ingressi sunt lydiu domum consulturi deum & sciscitaturi qd sibi esset inuindum. Pythia hexametro tenore hec inquit. Non ego quis numerus sabuli mensuraq; ponti Mutum percipio fantis nihil audio uocem. Venit ad hos sensus nidor testudinis acris: Quam simul agnina coquitur cum carne lebetes: Qui subter stratus stratum cui desuper est es. His oraculis que pythia reddidit conscriptis lydiu digressi sardis rediere. Cumq; alii quos circū miserat croesus affuisset. Tunc singula aperiens quid scriptum esset

Quare Adrastus se ipsum
interemit.

Quo croesus cyri imperiu
euertere cogitans varia de
euentu oracula sciscitatu
cū maxis donis mittit.

Responsū apollinis delphici.

inspexit: quorum quidem nullum improbauit. Vbi autem illud delphi-
cum audiuit protinus adorauit. At admisit existimans solam esse apud
delphos uaticinationem: quippe quæ compererat quod ipse fecisset. Et n-
postea q̄ ad petenda oracula nuntios dimiserat obseruato ex omnibus die-
bus præcipuo tale quiddam est machinatus commentando ea quæ ad de-
prehendendum & ad differendum ardua forent / testudinem pariter ac a-
gnum concisos in aeno coxit operculo æneo imposito. Atq; ita ex delphis
croeso responsum est ex amphiarai uaticinio. Quidnam responsum sit
lydiis cum in sacro illo rite sacrificassent. Non queo dicere. Nam de eo
nil fertur q̄ quod & hoc cresus uerax esse uaticinium existimauit. Post hæc
ingentibus hostiis deum qui est apud delphos exorandum statuit. Imo-
lauit enim pecora: quæ fas est uolari numero tria milia. Phalera etiam
aurata argentataq; Ad hæc phialas aureas et amictus purpureos ac tuni-
ca ingenti pyra extructa concremauit sperans aliquanto magis his rebus
propitiari deum. Iussit etiam lydiis omnibus ut sua ipsorum quicquid ta-
le haberet quisq; uolaret: Quo ex sacrificio cum immensa uis auri de-
fluxisset ex ea dimidiatos lateres deformauit longiores ut inscripsit sex
palmorum breuiore trium crassitudine palmarum numero centum de-
cem et septem: quorum quatuor erant auri excocti singulo pondo duorum
et dimidii talenti. Ceteri uero auri albidii pondo binum talentorum
fecit leonis quoq; effigiem ex auro excocto decem talentorum pondo: qui
leo dum templum delphicum deflagrauit a semilateribus decidit. Su-
per illos enim erat collocatus: et nunc in corynthiorum thesauro repo-
situs est: pondo sex talentorum atq; dimidii eliquatis tribus talentis ac
dimidio. Hæc croesus ubi præfecit delphos misit: cumq; eis hæc alia duas
grandi forma paternas auream argenteamq; quarum aurea intrantibus
templum ad dexteram posita erat argentea ad sinistram: quæ et ipse cū
templum incensum est amote fuerunt: aureaq; in clazomenorum thesau-
ro pondo talentorum octo & dimidii. Præterea minas duodecim argen-
tea ad suggeundam anguli templi sexcentarum amphorarum capax: in
qua miscebatur uinum a delphi theophanis festo opus ut delphi aiunt
theodori samii et ego arbitror. Non enim uidetur opus temere factum.
Misit præterea dolia argentea quatuor quæ in corynthiorum thesauro
stant. Donauit item aquiminaria duo autem argenteumq;: quorum
in aureo superscriptum est donarium esse lacedæmoniorum non recte
superscriptum: quoniam & hoc cresi est. Sed quidam delphorum gratifi-

Quæ donaria cresus
delphos misit.

cari lacedemoniis uolens inscripsit: Cuius nomen ego cognitum habens
 non tamen promam. Verum puer per cuius manus fuit aqua lacedemo-
 niorum est: sed eorum ne utrum aqua iminere. Alia quoque cum his permul-
 ta croesus dona misit non insignia. Item fusilia ex argento corbiculata nec
 non mulieris simulacrum tricubitale: quod delphi narrat esse effigiem pistri-
 cis croesi. Superdonauit uxoris sue monilia a collo pendentia ac Zonas
 quoque delphos croesus transmisit. Amphiarao insuper cuius et uirtutem
 audiuisset & cladem donauit: clypeum totum totamque auro solido cuspi-
 dem et xistum cum suis iaculis aureum: quoque ambo ad meam usque memoria
 apud thebas reposita fuerunt in usinem apollinis templo. Hec dona lydis
 qui portaturi ad oracula erant. Croesus iniunxit ut interrogaretur num-
 quid aduersus persas croesus sumeret expeditionem: et num aliquorum ho-
 minum auxilia sibi ascisceret. Lydii ubi eo quo demittebantur peruene-
 runt donariis oblati oracula consultarunt inquiringes Croesus lydorū
 aliarumque nationum rex ista in hominibus sola esse uaticinia sentiens. Icar-
 co qualia debita sunt dona dat: uosque percundatur numquid aduersus
 persas proficiscatur in expeditionem & numquem socialem asciscat exer-
 citum. Atque hi quidem hec interrogauerunt. Oraculorum autem in idē
 concurrebant sententiae predicentes Croeso fore: ut si arma persis infer-
 ret magnum imperium euerteret. Consulebant tamen ut potentissimos
 quosque grecorum ad comparandos sibi socios exquireret. His responsis
 relatis atque auditis croesus ita animo elatus est: ut omnino conciperet
 spem se euersurum esse imperium cyri ac rursus mitteret delphos ad py-
 thiam dona in singulos uiros: quos illis multos esse audiebat binos auri
 stateres. Ob quoque munera delphi uicissim croeso lydisque donarunt pri-
 mas in consulendo oraculo partes primumque in sedendo locum atque im-
 munitatem et ius perpetuum cuique uolenti ascribi in numere delphorum.
 Donis prosecutus delphos tertio uaticinium poposcit: quod uidelicet illud
 uerax sibi esse comperisset. Poposcit autem numquid diuturnum foret
 imperium sibi: Cui pythia in hec uerba respondit. Verum mulus ubi
 medos apud extiterit rex Regis apud medos mulo iam sede potito Tūc
 ad scruposum fugere herbam strenue lyde. Nec prestare nec ignauū
 te esse pudendum. His uersibus cum allati essent multo magis quam ex cete-
 ris uoluptatem croesus accepit sperans fore ut nunquam apud medos mulus
 pro uiro regnaret & proinde nec ipse nec posteris sui principatu abroga-
 rentur. Post hec putauit sibi curandum: ut potentissimos quosque grecorum

11. responsio oraculi.

111. responsum phitii apol-
linis.

Quo cresus potētissios quosque
grecie ppsos amicos sibi reddē
parat: ut bellum contra cyz-
paret.

9

sibi conciliaret. Idq̄ uestigando comperit lacedemonios atq̄ athenien-
 ses esse eos quod alteri in dorico genere alteri in ionico antecellerent. Nā
 de his ita antea iudicabatur cum ab initio altera gens foret pelasgica
 altera hellenica hoc est greca: quaz̄ nunq̄ solum mutauit illa assidue
 multumq̄ est peruagata. Et enim sub deucalione rege ora phitioridem in-
 coluit sub doro hellenis filio tractum qui ad ossam et olympum iacet no-
 mine isti zotem. Vnde a cadmeis eiecta coluit in pidno locum quem uo-
 cant macednon. Rursus illinc in driopidem commigrauit. Atq̄ ita in pe-
 loponnesum uenit doricaq̄ cognominata est. Qua lingua pelasgi sint
 usi affirmare non possum. Sed coniectura signorum licet dicere eadem
 qua nunc pelasgi qui supra tyrrhenos urbem cretione incolunt quodā
 tempore finitimi eoz̄ qui nunc dores uocantur tunc incolentes regione
 que nunc thessalia nominantur et placiam & sylacem cum pelasgi habi-
 tarent ad hellespontum qui contermini atheniensium erant aliaq̄ omīa
 pelasgida oppida nomen immutarunt. Quibus signis coniectantes oportet
 dicere pelasgos barbara lingua fuisse. Etsi tota gens pelasgica talis erat
 gentem atticam utpote pelasgicam cum in hellenes idest grecos transiit
 linguam simul istorum perdidicisse. Et enim neq̄ cretonitarū loquela
 cum ullo circa populorum consentit eplacianorum: ne secum quidem ipa
 per quod declaratur: quam lingue figuram obtinebant: cum in hec loca
 transierunt eandem se nunc obseruare. At natio hellenica idest greca:
 ex quo extitit eandem lingua semper usa ut mihi uidet̄ ideo in bellicis:
 qđ ex pelasgica fuit abscissa: et exiguu initio profecta mox in multas gētes
 augescens cum aliorum tum precipue barbarorum gentium frequentia
 se ad illam conferente: Que causa mihi uidetur fuisse cur gens pelasgica
 quod greca esset nequaquā magnos profectus fecerit. Ex iis igitur gentib;
 atticam croesus audiebat obtineri oppressamq̄ esse a pisistrato hypocratil
 filio hic enim ea tempestate tyrannus athenis erat: Cuius patri cum pri-
 uatus spectaret olympia ingens contigit portentum. Nam cum hostiam
 inuolasset enea ut imposita erant plena et carne & aqua absq̄ igni efferbu-
 erunt ita ut aqua redundaret. Quod portentum suspicatus chylon lace-
 demonius qui forte aderat suasit ei primum ne secundam uxorem du-
 ceret domum. Secundo loco si uxorem haberet eiceret: et si quem ex alia
 filium sustulisset: qui in seditione littoralium quibus preerat magadel
 alcmeonis filius et campestrium quibus preerat lycurgus aristolauchi
 filius tertiam seditionem excitauit tyrannidem affectans: contractisq̄

Pisistratus atheniensiu tyrān-
 tpe creti quō tyrannidē occupat.

seditiosis per causam tutandi montanos huiusmodi rem machinat.
 Se ipsum ac parmularum cum uulnerasset agitauit in forum tanq̃ elap-
 sus ex hostibus: quem rus proficiscentem illi prorsus interimere uolu-
 issent orare populum ut aliquid custodis circa se habere permitterent:
 cum prius specimen sui dedisset in expeditione qua contra megareas pre-
 fuerat capta nisea / aliisq̃ preclaris operibus editis. Populus atheniensis
 ita deceptus dedit ei quosdam e ciuibz delectos pro satellitibus non
 qui hastas sed clauas ferrent pisistratum sectantes: Cum quibus ille im-
 petu facto arcem occupauit / et inde atheniensium imperio potitus est:
 nullas neq̃ dignitates quę erant perturbans / neq̃ consuetudines transferens:
 sed constitutis adherescens neq̃ dignitates q̃ urbem bene ac commode
 exornauit. Eum tamen non multo post tempore milites megadis & ly-
 curgi / qui idem senserant eiecerunt. Hunc in modum primum athenas
 obtinuerat tyrannidemq̃ non ualde stabilitam amiserat. Cuius eiecto-
 res rursus inter se seditiones redintegrauerunt: Inqua seditione megades
 satagens / pisistratum misso caduceatore inuitat / nunquid uelit filiam
 suam capere uxorem. Accipiente conditionem pisistrato inuitur consiliu
 de illo restituendo / res ut ego interpretor longe stultissima: quoniam
 iam inde a priscis temporibus responsum erat gentem dexteriores esse
 q̃ barbaram et magis ab ineptis abhorrentem / etsi athenienses inter grecos
 feruntur sapientia principes: Ex quibus fuerunt isti qui talia sunt machi-
 nati. Erat in tribu peatina mulier nomine plya tribus digitis minor
 statura quatuor cubitorum / alioquin formosa. Hanc mulierem omni ar-
 matura cum instruxissent / in currumq̃ sustulissent compositam in eum
 habitum / quo uenustissima uidenda erat / in urbem agunt premissis preco-
 nibus emissariis: qui cum in urbem uenirent / hec mandata exequeretur / ut
 dicerent athenienses bona mente excipite pisistratum: quem minerva ipsa
 precipuo inter homines honore prosecuta est / in suam reducit arcem: &
 bi quidem passim uadentes talia predicabant: statimq̃ rumor emanauit
 in tribus / Minervam educere pisistratum. Qui in urbe erant credentes
 mulierem esse ipsam deam / foemine supplicauerunt / et pariter pisistratu
 acceperunt. Hunc in modum quem diximus recuperata tyrannide pi-
 sistratu ex pactione quam inierat cum megade illius filiam ducit uxo-
 rem. Verum cum et filii essent ei adolescentes et qui oriundi forent ex
 alcmeone dicerentur obnoxii esse crimini piaculari / nolens ex nouo co-
 iugio filios tollere / haud legitime coibat cum uxore: Quam rem illa

Pisistratus eicit

Quo rursus Pisistratus
tyrannidem occupat.

cum inter initia occultasset / postea ad matrem retulit enuntiaret id nec
 ne. Mater uiro indicauit. Id iste iniquo animo ferens se a pisistrato cō-
 tumelia affici / ut erat natus / milites homini inensos reddidit: Quæ fi-
 eri contra se pisistratus animaduertens e regione prorsus abscessit. Et
 ubi erectriam peruenit una cum filiis deliberabat. Et cum sententia hyp-
 pie preualuisset / de tyrannide rursus recuperanda aliquot ciuitates ex-
 citauerunt: quæ ipsis non nihil beniuole erant. Et cum aliæ complures
 multum pecuniæ contulerunt / tum uero thebani plurimum. Post hæc nō
 ita multo interiecto tempore omnia ad reditum eis inexpectito fuerunt:
 Nam & ex peloponneso argiui aderant mercede conducti: et maxime quidā
 nomine lygdamus: qui ultro adueniens plurimum studiū adhibuit / allatis
 pecuniis & copiis / profecti ex erectria anno uertente redierunt: et pri-
 mis in adica marathonem occupauerunt. Ad quos interea ibi castra haben-
 tes / cum seditiosi ex urbe se conferebant / tum alii ex tribubus confluebāt:
 quibus erat tyrannus / q̄ libertas iocundior. Atq; ita congregabantur. Dum
 pisistratus pecuniam cogit / et marathonem tenet / Athenienses qui intra
 urbem agebant rem nullius momenti fecerunt. At ubi acceperunt eum ex
 marathone urbem uersus mouere / ita demum ad se defendendos obuiam
 tendunt. Et dum isti cum omnibus copiis infesti in illos / et illi circa pisi-
 stratum a marathone digressi contra urbem irent / & in eundem locum cō-
 uenisset / perrexerunt ad Minervæ pallenidis phanum / alitrinsecusq; ar-
 ma posuerunt. Hic diuina pompa fungens amphilytus acarnan uir
 ariolus: pisistratum cui assistebat adiit. Atq; hæc hexametro carmine ua-
 tiginatus est / inquit. Est numus proiectus / item sunt retia tensa. Hodie
 meant thymi claro sub sydere lune. Hoc ille oraculum diuino afflatus spi-
 ritu reddidit: Quod oraculum pisistratus coniectans et accipere affirmas
 in athenienses urbem egressos / copias ducit. At illi tunc ad prandium cō-
 uerterant / & secundum prandium partim ad talos / partim ad somnum.
 1. n hos impetu dato ii qui cum pisistrato erant in fugam uertunt. Quibus
 fugantibus sollertissimum consilium pisistratus excogitauit: ut atheni-
 enses nec amplius raperentur / et tamen dissiparetur / pueros iussos con-
 scendere premitit: qui assequendo fugientes mandata pisistrati dice-
 rent / iuberentq; eos bono animo esse & ad sua quæq; abire. Ita audien-
 tibus dicto atheniensibus / pisistratus tertio potitus athenis tyrannidem
 stabiluit: tum auxiliorum copiis / tum pecuniarum prouentibus par-
 tim illinc partim a flumine strymoniæ comparatis. Filios quoq; eorum

Quo Pisistratus tertio
 Athenas occupat.

atheniensium qui praestiterant nec e uestigio fugam fecerant pro obsidi-
bus sumptos in naxum transtulit. Hanc. n. insulam bello subegerat. ly-
gdamoq. permiserat. cum ante hec etiam delum insulam ex oraculis
expiasset. Expiavit autem sic. Quatenus prospectus a templo ferebant
catenus ex omni loco mortuos effodit. et in alium eiusdem insule lo-
cum transtulit. Igitur pilistratus tyrannide potitus est. atheniensiu
aliis in prelio cesis. aliis una cum alcmeonidis domo profugis. Hunc ita
atheniensibus imperantem ea tempestate croesus audiebat. Lacedemonios
quoq. magnis e cladibus ereptos. et iam Tegeatibus bello superiores esse.
Quippe sub leonte. et hegeside in spartham regnantibus. cum cetera bella
prosperare gessissent. Tegeati tamen succubuerunt. Nam iam inde ante isto
fere ex omnibus grecis pessime morati fuerant. tam circa se q. circa hospi-
tes nullo consuetudinis conuersationis commercio. quae instituta in meli-
us mutauere. Lycurgo inter spartiatas probato uiro delphos ad oraculu
profecto. cui statim antro ingresso pythia hec inquit. Ad mea uenisti p
pinguia templa Lycurge Grate ioui & cunctis qui tecta tuentur olympi
A. mbigo uaticiner sis utrum uir ne deusne. Sed multo magis esse deum
te spero Lycurge. Nam nulli praeter hec pythiam aiunt & disseruisse in-
stituta. quae nunc a spartiatis seruantur. Ipsi tamen Lacedemoni uolunt
Lycurgum cum esset et idem patruus Leoboti spartiatar. regis e creta hec
attulisse. Siquidem cum primu tutor factus est. omnia iura immutauit.
deditq. operam nequis ea praeteriret. Deinde quae ad bellum pertinent.
conuentus. iusiurandum. conelationes. Super hec instituit tribunos ple-
bis ephoros ac senatores. ita illi ad rectum uite genus translati sunt a ly-
curgo. Quem uita defunctum delubro edificato egregie colunt. Ex quo
tum bonitate soli. tum non exigua hominum copia discurrerunt. statim
ac bene rem gesserunt. Nec amplius contenti ocio foui cum se archadib.
praestantiores esse arbitrarentur de omni illorum terra occupanda ora-
culum delphicum consuluerunt. pythia ita respondit. Me petis archa-
diam. multum petis. haud tibi tradam. Multi apud archadiam uescentes
glande uiri sunt. Qui te reicient. tibi ego haud inuidero quicq. Saltan-
dam tegeam planta plaudente daturus. Utq. queas campum metiri fune
feracein. Hec responsa ubi accepere Lacedemoni a ceteris archadibus absti-
nentes bellum tegeatibus intulere. ferentes secum compedes uidelicet ca-
ptioso freti oraculo tanq. essent ipsi redacturi tegeatas in captiuitatem.
Verum congressi prelio. ac fugati quicunq. eorum uiui sunt capti. eisdem

Quid pythias de lycurgo
dixerit.

Quid Apollo Sparthanis
se consulentibus de arcadia
subigenda responderit.

Bellu Lacedemonioꝝ
q. Tegeatas.

Lacedemoni a tegeatibus
vincuntur.

qual

quasi ipsi attulerant compedibus indutis campum tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes quibus iuncti fuerunt: ad uestram usque memoriam incolumes fuere: circa templum minervae apud tegeam suspensae. Atque superiore quidem bello lacedemonii adversus tegeatas assidue semper male pugnare. Croesi tamen et anaxandride aristonisque regum suorum longe superiores contra eodem extiterunt. Hunc in modum tales effecti cum semper a tegeatibus repellerentur missis delphos consultoribus oraculum sunt sciscitati quemnam deorum ut tegeatum victores existerent. His pythia respondit id fore si ossa horestis filii agamemnonis referrent: cuius urnam cum nequirent inuenire: rursus ad eum mittunt de loco sciscitatum in quo situs Horestes esset. Hec nuntiis interrogantibus ita pythia inquit. Est pars archadiae tegeae in regione patenti. Hic duo flant venti ut perueniente coacti forma hostis formae & plagae super indita plaga. Hic agamemnonides terra omni parente tenetur. Quo tu sublato tegeae sperabere victor. Vbi haec audiuerunt nihil tamen minus inuentione frustrabantur: etsi omnia disquirentes donec lichas unus spartiarum eorum qui bene meriti uocantur comperit. Sunt autem bene meriti ex cuibus semper militia equestri perfundis: quin quot annis qui quo anno ex equitibus spartiatis exeunt ne torpescant alius alio mittuntur. Ex his lichas cum esset rem apud tegeam adinuenit fortuna pariter atque sollertia usus. Nam cum lacedemoniis ac tegeatibus hoc anno commercium mutuo se aduendi esse & iste in ferrariam officinam uenisset intuebatur ferrum dum procudebatur: quo in spectaculo admirandum animaduertens faber erarius intermisso opere: quanto magis inquit hospes lacon admirare: si idem quod ego tu nosset: qui tantopere admiraris ferrarium opificium. In hac enim corte puteum facere: cum uelle incidi in sepulchrum septem cubitorum. Et quia incredulus eram omnino fuisse maiores quam nunc sunt homines: aperui undique mortuum equali atque sepulchrum longitudine: quem ubi mensus sum iterum obrui. Hec illo referente quae uiderat lichas considerans coniecit hunc ex oraculo esse horestem: hac uidelicet coniectura duos quidem quos cernebat excussoris folles totidem comperit esse uentos: incudem uero et malleum formae formae hostem ferrum uero quod procuderetur plagam superinditam plagae hac ratione coniecitabat: quod in plagam hominis ferrum inuentum est. Hae itaque secum agitanis spartam regressus rem omnem lacedemoniis refert. Illi ex composito hominem criminis conuictum exilio clamant. Qui in

Responsu apollinis ubi
sepult' esset horestes.

Lichas: q. horestis sepul-
chrum adinuenit.

Quo croesus bellum aduersus
cyrum gesturus Lacedemonios
in amicitia atq; societate asciscit.

tegeam profectus & calamitatem suam referens fabro excussori condu-
cit ab eo nolenti uendere cortem. Ibiq; aliquandiu habitans: ubi rem
cognouit effosso sepulchro ossa collegit atq; portans spartam rediit. Quo
ex tempore Lacedemonii: quotiens cum tegeatibus congressi sunt superi-
ores extitere: adeo ut multum iam peloponnesi eis pareret. Hec itaq; oia
croesus audiens mittit nuntios spartam cum muneribus ad rogandum
belli societatem iussos dicere quae oporteret. Ii postq; peruenierunt. Nos
aiunt croesus misit lyderum aliarq; gentium rex ita inquit Lacede-
monius quoniam deus oraculum reddidit ut grecum mihi societatem
asciscerem, et uos inter grecos antecellere audio. Statim uos mihi ex ora-
culo prouocandos ad ineundam mecum quam cupio amicitiam atq;
societatem citra dolum fraudemq;. Croesus hoc per legatos nuntia-
uit: quorum aduentu Lacedemonii: qui et ipsi oraculum audierant,
gausi foedus cum eis hospitii societatisq; inierunt. Etenim iam inter-
cedebant nonnulla croesi in Lacedemonios beneficia. Nam cum illi
misissent Sardis ad aurum coemendum quo usuri erant in id simila-
rum: qd nunc positum est apud laconiam in thornace apollinis eo
auro sunt a croeso donati. Quade re Lacedemonii quodq; se amicos illi
delegisset societatem admiserunt: et hoc denuntianti sese paratos ex-
hibuerunt. Quod uoi fecerunt pateram gneam labrorum tenuis fre-
quentibus animalibus celatam triginta amphoraz capacem dono af-
ferebant uolentes croesum remunerari. Sed iam Sardis non pertulerunt
propter alterutra harum quae feruntur causar. Lacedemonii quide
aiunt hanc pateram ut ferebant Sardis cum samum appulsi essent a
samiis fuisse interceptam: qui cognita re nauibus istos longis aggres-
si fuere. Ipsi uero samii Lacedemonios q; pateram portabant sero uenie-
tes cum audissent croesum captum esse cum Sardibus illam in samo ue-
didisse uiris priuatis: qui eam iunonis templo dedicauere: & illos qui
uendidissent spartam reuersos forsitan dixisse a samiis sibi fuisse crepta.
De patera ita res habet. Croesus elusus oraculo aduersus cappadocia co-
parabat: spe & cyrum & potentia persicam euertendi: Cui in hac appa-
randa expeditione occupato Lydus quidam nomine Sandanis et ante
hac pro circumspecto habitus: & hanc quam dixit sententia plus nominis
apud Lydos consecutus hunc in modum croeso consuluit. Aduersus tales
uiros paras rex: qui coriacea subligacula: qui e corio reliquam uestem
ferunt: qui non quibus uolunt cibis uescunt: sed quos habent utpote

Quo Sandanis Lydus croeso per-
suade conabat ne bellum aduer-
sus cyrum gereret.

regionem asperam incolentes. Ad hec potu non uini utuntur sed aque: non ficos ad comedendum nec aliud quicquid boni habentes. Quibus cum nihil sit quid eripies si uiceris. Si uidtus fueris animaduerte quot bona amittes. Nam illi gustauerunt nostra bona circumsistent nos nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam: qui non induxerunt in animum persis ut lydos inuaderent. Hec loquens non tamen croeso persuasit. Et enim persis antequam lydos subigerent nihil erat neque lautum neque opiparum. Porro cappadoces a grecis syri nominantur. Et hi erant syri antequam perses imperitarent ditionis medorum. Tunc autem croeso parebant. Si quidem imperium medicum ac lydum determinabat fluuius halys: qui ex armeno monte profluens primum cilicas deinde mantineos qui sunt ad dextram et phrygas qui sunt ad leuam tum boream uersus tendens Syrocappadoces paphlagonas a sinistra perstringens. Ita flumen halys cuncta fere superiora asie a mari: quod cypro obnoxium est ad euxinum usque pontum dirimit dorsum omnis huius regionis longitudine quinque dierum itineris uiri expediti. Aduersus cappadociam croesus cum exercitu proficiscebatur cupidus cum hanc partem soli secundi suo adiciendi tum magis fiducia oraculorum cyrum ulciscendi propter astiagem ciaxari filium medorum regem affinem suum: quem cyrus cambisis filius prelio uictum coeperat. Erat autem croeso Astiages in hunc modum affinis. Apud scythas peruarios cum esset seditio caterua quedam eorum secessit in terram medica qua tempestate medorum tyrannus erat Cyaxares phraortis filius deiocis nepos qui scythas bos tanquam supplices initio benigne alloquebatur ac plurimi faciebat adeo ut pueros eis traderet imbuendos: cum lingua scythica tum artificio arcus utendi. Interiecto deinde tempore cum scythae uenatu assidue irent et semper aliquid afferrent non nunquam contingebat ut nihil caperent. Quos ita reuerentes inanibus manibus Cyaxares erat cum ingenti tenebatur ira peracerbus probris insectabatur. Id illi ut se indignum a cyaxare pati non ferentes consilio habito decreuerunt ut aliquem eorum puerorum quos docerent trucidarent: instructumque ut feras instruxerant consueuerant cyaxari offerrent perinde atque uenationem. Idque cum obtulissent quod celerrime se ad halyattem sadyattis filium Sardis conferrent: quod factum est. Nam et Cyaxares et qui aderant conuiuere ex uis carnibus gustauerunt. Et scythae perpetrato hoc halyatte se supplices prebuerunt quos postea reposcenti cyaxari: quod halyattes reddere abnueret bellum inter lydos medosque quinquennale conflatum est. Quo

Ca affinitatis inter croesum & Astiagem.

Ariena Aliatis filia Astyagi
in matrimonium datur

Pteria locus in regione cappadoe
in qua pugna inter cyrum & cresum
commissa est.

in bello aliquotiens Lydi aliquotiens medi uictores extiterunt etiam nocturnum quoddam prelium gesserunt. Sexto anno signis collatis cum equo Marte certarent. Stante acie contigit ut repente dies nox efficeret quam inutationem huius diei futuram Thales milesius ionibus predicauerat hunc annum presumens quo inmutatio facta est. Lydi ac medi ubi diem noctescere uiderunt a pugnando destiterunt: eoq; propensius ad pacem componendam inter se festinauerunt auctoribus conventionis Siene Silice et Labimeto babylonio: qui ut et iusiurandum intercederet et reconciliatio affinitate fieret properarunt decernentes ab ariatte ariennem filiam astyagi Cyaxaris filio nuptum dandam: quoniam sine uehementi necessitate conventiones stabiles iniri non queunt. Ineunt autem he gentes foedera cum cetera ritu grecorum conficiendo brachia: qua illa humeris connectuntur ac mutuum sanguinem delingendo. Hunc igitur Astyagem suum auum maternum Cyrus bello uictum tenebat ob eam quam in sequentibus indicabo causam: Quo nomine croesus ei infensus nunquid inferret persis bellum ad oracula miserat: et cum responsum rediisset haud sincerum illud secum facere interpretans in expeditionem profectus est aduersus quandam persarum partem. Atq; ad halim flumen peruenit: Tunc ut ego quidem sentio pontibus qui nunc sunt copias traduxit. Ut autem greci didicant Thales milesius traductor extitit. Nam incertus an croesus foret: qua parte fluminis traiceret exercitum: nullos dum enim horum fuisse ea tempestate pontes fertur. Thales qui in his castris aderat fecisset: ut fluius qui ad leuam exercitus fluebat fluere etiam ad dexteram. Fecisse autem in hunc modum fossam prealtam exorsus supra castra ductam in speciem lunę depressit: quę castra ut erant metata atq; amplecteretur: in quam cum traduxisset ex primo alueo fluium: iterum cum ibi exercitus traiectus esset in suum alueum refunderet. Itaq; cum celerrime fluius diductus esset utrinq; uado incalidis effectus est. Quidam aiunt ueterem omnino exaruisse alueum: cui rei equidem non accedo. Quo enim modo qui cursum redierunt illum transiere. Croesus exercitu traiecto uenit in cappadoe locum qui dicitur pteria omnium eius regionis tutissimum iuxta urbem synopim fore ad pontum euxinum sitam. Hic statua habens predia syrorum etiam uastat urbem pteriorum expugnat diripit: cepit quoq; cunctas circa urbes Syros nihil comeritos exterminans. Huic cyrus coacto suo exercitu sumptisq; omnibus qui in medio incolebant obuiam pergit missis tamen ante q; exercitum educeret

caduceatoribus ad Iones tentandos ut ad se a croeso deficerent. Illis abnuentibus profectus castra contra croesum posuit. Ibidem in regione pteria pro se uterque alterum lacessere. Commissaque acri pugna et multis utriusque cadentibus ad extremum noctis interuentu dirimuntur. Neutri uictores. Atque hunc in modum duo exercitus dimicauerunt. Croesus a suo exercitu incusatus quod cum cyri multo maioribus copiis confluxisset: postero die cum cyrus ipsum supersederet inuadere regressus est Sardis habens in animo euocare egyptios: ex foedere quorum cum rege amasi ante quam cum lacedemoniis societatem coierat accersere etiam babylonios: cum quibus et ipsis foedus percusserat. Erat autem babyloniorum tyrannus ea tempestate labyentus. Denuntiare item lacedemonius ut ad certam diem presto essent. Hisque et suis copiis coactis ubi per hyemem quicquid initio statim ueris contendere aduersus persas. Hec destinans croesus abiit Sardis: dimisitque caduceatores ad socios edicens uti ad quantum mens Sardis conuenirent. Exercitum uero qui aderat ex militibus conductis qui cum persis dimicauerat missum fecit ac dissipauit minime credens unquam fore ut cyrus qui sic equo Marte pugnasset Sardis copias promoueret. Hec croeso rationante omnia suburbana colubris impleta sunt. Quos ut existerant equi interambulandum cum ad pascua ibant irent comedebant. Id croeso cernenti ut erat uisum est esse portentum. Ideoque mittendum ad coniectores Telmisses: Qui missi sunt ad considerandos telmisses ubi accipere responsum didicere quid sibi uellet significaretque portentum non contigit ut croeso renuntiarent. Nam priusquam retro Sardis reueherent croesus est captus. Telmisses ita consueuerant exercitum externum croeso illuc affuturum: qui cum afforet indigeret subigeret quod dicerent colubrum terre filium esse equum hostem et aduenam. Hec Telmisses croeso sunt interpretati. Sed iam capto nondum gnari eorum: quae circa Sardis ac roesum erant cyrus certior factus croesum qui statim post prelium apud pteriam gestum abcesserat constituisset dispergere copias habito consilio comperiebat opere praetium esse quatinaturime posset promouere exercitum Sardis ut hostem antequam ille contraheret iterum lydorum copias occuparet. Hoc ubi probauit executus est: propereque ducto in lydiam exercitu ipse nuntius croeso aduenit: unde in magnam sollicitudinem adductus: quod praeter opinionem praeterque expectationem suam se res haberet: tamen lydos in prelium producit. Lydorum gente in asia nulla fuit tempestate nec fortior nec magis strenua: ex equisque pugnabat equitandi

Prelium in cappadocia inter
Cresum & cyrum: in quo neuter
uictor extitit.

Qua ratione cresus regressus
est Sardis.

Quo cyrus in lydiam aduersus
cresum ducit exercitum.

sane perita hastas prelongas gestans. Campus in quo concursus est ante urbem sardensem iacet magnus et editus: quem cum alii amnes interfluunt tum omnium maximus bermus palude interruptus: qui e monte hyro maris dindymene lapsus infunditur mari iuxta phociam oppidum. Hic ubi uidit lydos ad pugnandum instructos cyrus eorum equitatum reformidans constituit admonitu harpagi uiri medi ita faciendum. Coadiis omnibus qui ipsius exercitum sequebantur camelis uel frumentum uel uasa portantibus: ubi sarcinas detraxit uiros imposuit equestri stola indutos: Quibus oratis precepit ut preirent ceteras copias aduersus croesi equitatum postquam omnem constituit imperat necui ceterorum lydorum parcerent: sed quencunque occiderent obsistentem preter ipsum croesum ne si captus quidem repugnaret. Hec imperans camelos contra equitatum instruit hac ratione quod camelum equus reformidat adeo quidem ut nec speciem eius intueri nec odorem sentire sustineat. Id ideo commentus est ut equitatum croesi quo ille se perualiturum confidebat inutilem redderet. Simul atque in pugnam utum est equi olfactis protinus conspectisque camelis retro sese auerterunt: unde spes croesi interit. Verum non protinus lydi ob id exterriti sunt. Sed cognita re ab equis desiliunt: ac pedes cum persis confligunt. Multis tamen aliquandiu utrinque cadentibus tandem uertuntur in fugam: murosque ingressi a persis obsidebantur. Quam obsidionem in longius processuram croesus ratus alios nuntios muris mittit ad socios. Nam qui antea dimissi erant: non conuentum sardis ad quintum mensem indixerant. Athos dimittebat oratum quod celerrima auxilia mittere sibi utique iam obsesso. Et cum ad alios misit tum uero ad lacedaemonios. Ceteri per id tempus et ipsis spartatis inciderat cum argiuis contentio de agro qui dicitur thyria: Quem locum etsi tertia argolice: partem tamen lacedaemonii intercisum tenebant: etenim argiuorum est quicquid regionis. Maleatenus ad occasum uergit in continentem: et insule cum aliis tum uero cytheria. Cum uero argiui suo in territorio interciso auxilium ferrent. Ibi ab utrisque in colloquium uentum est: ut treceni utrinque dimicarent. Et utri superiores extitissent eorum regio foret atque ambo exercitus in suam uterque terram discederent: Nec permanerent dum dimicarent: ea scilicet causa ne si adessent parti succumbenti auxilium suum ferrent. His conuentis in diuersa digrediuntur. Ex utrisque delecti uiri qui relictis sunt conflixerunt: atque ita quidem ut equo Marte pugnantibus ex sexcentis tres omnino reliqui fuerint: et id noctis interuentu: ex

Quo lydi a cyro uincuntur murosque ingressi obsidentur.

Bellum inter lacedaemonios & argiuos de agro qui dicitur thyria.

argiuis duo alceus & machinius: qui tanq̃ uictores argos cursu contenderūt: ex Lacedemoniis unus otriades: qui spoliatis arguorum cadaueribus eorum arma in suorum castra contulit & se in suo ordine tenuit. Postero die utriq̃ re audita affuerunt: sibiq̃ uictoriam uendicabant argiui quidē qđ suorum plures superfuissent dicentes Lacedemoniū quod eorum qui superfuerant illi fugissent suus prestitisset & hostium cesos spoliasset. Et contentione tādē concurrentes pugnant: Ac postq̃ permulti utrinq̃ ceciderunt. Lacedemoniū uincunt. Quo ex tempore argiui tonsis capitibus cum antea criniti essent necessario legem condiderunt se deuouentes ne prius comam alerent neue mulieres aurum ferrent q̃ thyreas recuperassent. His ē diuerso legem tulere Lacedemoniū ut in posterum comati esset cum hac non fuissent. Othriadem qui unus ex trecentis delectis reliquiis fuisset aiunt pudore spartham reuertendi ob socios interfectos illic apud thyrea mortem sibi consciuisse. Cum hęc esset apud spartiataz reꝝ conditio aduenit Sardius caduceator precatum croeso oblesso auxilia. Illi caduceatore audito statuerunt croeso statim succurrendum. Quibus iam se apparantibus aliis affertur nuntius murum Lydorum expugnatum croesumq̃ uiuum esse captum. Sic Lacedemoniū magno se affectos detrimento rati supersederunt. Sardis autem hunc in modū sunt expugnate quarto decimo q̃ obsideri cepte sunt die. Cyrus missis passim equitibus per suas copias edicit se dona daturum ei qui primus muros conscendisset. Postea q̃ id conatu exercitu res non processit ibi quiescentibus ceteris Mardus quidam cui nomen erat hyrceades id aggredi est ausus a parte arcis ubi nullus ad excubandum erat collocatus: quia illinc nequando urbs caperetur haud suspectum erat ut pote loco prae-rupto atq̃ inexpugnabili: quā parte solum ne leonem quidē Meles primus sardium rex circumtulerať ex pellice sua genitum: qui leo quacunq̃ parte murorum circūlatus esset ex ea parte sardis inexpugnabiles fore Telmisses indicauerant. Eum Meles per certam partem murorum circūdūxit quacunq̃ poterat arx expugnari. Per hanc partem tanq̃ inexpugnabilem atq̃ precisam circūducere pretermisit: quę ad tinolum fluiuum uergit. Ab hac igitur parte arcis hyrceades ipse Mardus conspicatus quendam lydum pridie descendisse ad recipiendam galeam illinc deuolutam aduertit animum atq̃ considerauit debinc ipse conscendit: et post eum alii perse subinde atq̃ alii sequentes. Ita sardis capta atq̃ omnis direpta est. Circa autem ipsum croesum hoc contigit. Erat ei filius cuius superius habui mentionem habilis

Quomō sardis urbs croesi
regia a cyro capta est.

hyrceades

Quō atys croesi filius magna
ui doloris cum patrem a qđā
ut occideret captū cerneret i
uocem cū antea mutus fuisset
erupit.

Responsū apollinis de filio
creti qui mutus erat.

Cresus captus et ad cyrum pductus.

ad cetera sed mutus in cuius uitium emendandum croesus pro uiribus omnia fecerat cum alia excogitando tum delphos mittendo ad oraculum sciscitandum: atq; ei pythia talibus respondit. Lyde genus rex multoq; ualde inscie croese Ne cura gnati exoptatam audisse loquentis Intra dies uocem sine qua potior tibi longe Ille de quo iam primum infoelice loquetur. C aptis moenibus quidam perses in croesum sibi ignotum ut occisurus uadebat: quem inuadentem se croesus cum uideret tamen presenti clade affectus deuitare negligebat nihil putans differre an percussus oppeteret mortem an non. Id ubi filius eius mutus aspexit timens patri erupit in uocem in quiens homo ne perinas croesum. Atq; ille primum effatus postmodum per omne uitę tempus uocalis extitit. Persę et sardibus potiti sunt creso uiuo cum regnasset annos quatuor cum totidem fuisset obsessus amisso magno imperio ut ei fuerat responsum. Eum captum persę ad cyrum perdu xerant: quem ille uinctum compedibus super ingentem quam extruxe rat lignorum struem imponit: circaq; eum bis septem lydorum filios siue habens in animo primitias has alicui deo offerre siue uolens uotum persol uere siue cupidus sciendi nunquis demonum liberaret croesum: quem reli giosum esse audierat: quo minus pyre impositus uiuus concremaretur. H ec quidem cyrum fecisse aiunt. Croeso autem super pyram stanti etli in tanta calamitate posito tamen uenisse in mentem Solonis: quod ab eo sibi nutu dei fuisse dictum ex uiuentibus beatum esse neminem: Quod dictū ubi subiit croeso ferunt eum ex uehementi defensione animi uidtum atq; ingeminantem ter solonem nominasse et cyrum cum audisset iussisse in terpres eum percunctari quemnam inuocaret illosq; accedentes fuisse per cunctatos & hunc interrogatum tamen silentium egisse: Deinde cum loq; cogeretur dixisse illum nominari: qui ut omnes tyrānos alloqueretur ego q; ingentem pecuniam preoptarem eum non plane loquentem rursus inter rogant quidnam esset quod dixisset. Efflagrantibus atq; instantibus interrogatione inquit quemadmodum Solon qui esset atheniensis ad ipsū a principio uenisset et intuitus omnes eius opes coram pro nibilo duxisset. Adeo quę de ipso dixerit ea omnia euenisse. Neq; hę magis de ipso q; de omni hominum genere & de his presertim qui sibi ipsis beati uidentur. H ec croeso referente iam pyra incensa ardere extrema coepisse: et cyrum auditis per interpretem quę croesus dicebat cum se quoq; hominem esse cognosceret: qui alium hominem quise non inferior fuisset opibus uitā rogo traderet: preterea ueritum ob id poenam ac reputantem nihil esse in

Quo croesus rex super pyram
impositus a morte seruat.

rebus humanis stabile iussisse ignem celerrime extinguere iam incensum
 croesumq; deponi et qui circa eum erant. verum eos iam qui ignem cona-
 bantur extinguere non ualuisse. Ibi croesum cognita per lydos cyri poe-
 nitentia cum cerneret unumquensq; extinguendo deuoluendoq; igni in-
 cumbentem. nihil tamen profici. exclamando inuocasse apollinem. ut
 ipsi adesset si quod ab eo donum gratum fuisset oblatum ipsumq; presenti
 malo liberaret. Ita cum lachrymis de croeso deum inuocante. nimbos repe-
 te cum serenū & tranquillū esset contractos esse imbresq; erupisse ac
 uehementissima aqua pluuisse et roguin extinxisse. Ita cyrum cognito de-
 orum cultorem ac bonum uirum esse croesum a pyra deposuisse atq; hūc
 in modum interrogasse. Croese quisnam te hominum persuasit ut cum exer-
 citu inuaderes terram meam ex amico factus hostis. Cui croesus Ego inq; rex
 tuo prospero meo infausto fato grecorum deo auctore. qui me ad bellū
 tibi inferendum impulit. Neq; enim quispiam ita amens est. ut bellum q;
 pacem p̄optet. Nam in pace filii patres in bello patres filios sepeliunt.
 Sed ut ista fierent demon cordi fuit. Hec croesus locutus. quem cyrus solu-
 tum iuxta collocauit ac multa sane obseruantia habebat. intuensq; eum
 admirabatur tam ipse q; omnis circa cētus. Ille cogitabundus silentium
 tenebat. Mox conuersus ac cernens persas lydorum diripientes urbem.
 ¶ trum debeo inquit rex tibi loqui quod sentio an tacere hoc tempore. Cy-
 rus eum uero quęcunq; liberet audacter proloqui iussit. Tunc ille cyrum
 percunctatur quidnam inquit tanta frequentia properat agere. Cui cy-
 rus tuam inquit urbem diripere tuasq; opes assumere. Atqui croesus exci-
 pit neq; urbem meam diripit neq; opes meas. Nihil enim mihi iam cum
 istis rebus est sed tua ferunt aguntq;. His uerbis iniecta cura cyrus croe-
 sum semotis arbitris interrogat quidnam in his quę fierent sibi constituen-
 dum censeret. Ad quem croesus inquit Me dñi seruū tibi tradiderunt ui-
 re debeo siquid amplius animaduerto id tibi indicare. Persę ait natura pro-
 terua sunt & uidem inopes. quos sibi deripientes tu ac potentes magnis opi-
 bus id tibi ex hoc credibile est euenturum. ut quisq; istorum magnis opib;
 potietur ita maxime in te rebellatur esse expectandum. Nunc igitur si
 tibi placent hec quę ego dico ita facito. Siste ad singulas portas aliquot
 ex tuis satellitibus custodes. qui uetent exportari opes. et earum decimę
 ioui necessario reddantur. Itaq; neq; tu odium illoꝝ contrahes ui opes eri-
 piendo. & ipsi agnoscentes se iusta agere non inuiti facient. Hec audiens
 cyrus maiorem in modum gauisus est tali admonitu atq; ea uehementer

Nota deoꝝ cultores non
 facile perire posse.

approbavit: et iussit satellitibus id exequi quod croesus ipsi subiecisset. his uerbis eum affatus est. Croese quandoquidem et facta & dicta tua egregia uiri regis sunt: pete quidnam a me uelis in presentiarum tibi dari: ad quem inquit. Here inquit sine me gratum esse erga deum grecorum: quem ego maxime omnium ueneratus sum: ut missis ad eum his uinculis perconter: nunquid ei fas sit bene de ipso merentes decipere. Et cyro interroganti quidnam id esset quod incusaret altius repetens omnem suum aperuit animum: redditaque sibi oracula et precipue donaria sua: quibus rebus fretus suscepisset aduersus persas expeditionem. hec commemorando rediit rursus ad petendam ueniam ob id ideo exprobrandi. Ad quem ridens cyrus et hoc inquit croese a me impetrabis & quicquid aliud: atque id quotiens tibi opus erit. Vbi hoc audiuit croesus delphos misit quosdam lydorum iussos: cum ad lumen templi uincula posuissent: sciscitari deum nunquid eum pueret ob oracula: quibus croesus indixisset ad bellum persis inferendum: tanquam cyri potentiam euersurum: unde tales primitie offerrentur compedes scilicet ostendendo. Sciscitari tum hec tum nunquid grecis diis fas foret esse ingratis. Lydis illuc profectis & hec mandata executis. Pythia fertur ita respondisse. Sortem fato destinatam defugere deo quoque impossibile est. Croesus quidem retro etatis crimen luit hoc est abau: qui cum esset satelles heraclidarum muliebri dolo inductus dominum interemit. Illiusque dignitate potitus est nihil ad ipsum pertinente. Verum apollo cum studuerit: ut sardium clades circa liberos croesi non circa croesum contingeret: tamen transferre fata non potuit: sed quatenus illa premiserunt annisus est: atque ei gratiam retulit: ut pote dilata sardium expugnatione tres annos: et hoc croesus discat tribus annis quod fata destinarant serius se fuisse captum. Secundo loco quod ipsi ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet: haud recte croesus incusat: quoniam apollo predixit eum esse magnum imperium: si bellum persis inferret: euersurum. De qua re ipsum consultare uolentem decuerat mittere sciscitatum: utrum ipsius imperium diceret an cyri. Sed quod dictum erat nec considerans nec interrogans sibi ipsi acceptum referat. Quod autem ultimo responso ait apollinem dixisse de mulo: ne hoc quidem discussit. Nam mulus hic cyrus erat: quippe qui duabus gentibus ortus est generosiore matre quam patre. Nam illa quidem meda erat astyagis medorum regis filia. Hic autem perses & medis subiectus et licet omnium infimus: tamen dominam suam in matrimonium duxit. Hec lydis pythia

Responsum pythie. Nota

respondit: Que illi sardis reuersi croeso renuntiauerunt. Quibus auditis croesus suam ipsius agnouit culpam esse non dei. De croesi imperio & prima ionie subactione ita res habet. Porro lydia qđ scribatur nihil sane admirandum habet: prout alię regiones preter auri ramentas e timolo puenientes. Nam lydi primi duntaxat eorum hominum quos scimus numum aureum argenteumq; ad utendum percusserunt. Ac primi cauponēs institutoresq; extiterunt: uidem et ut ipsi aiunt et a grecis ferunt alexetitarumq; ludum et pile et cetera genera lusoria preterq; talaria. Et lydi quidem a persis subacti sunt. Hinc autem exequetur oratio cyrum q; croesi euerit imperium: quisnam fuit ac persas qui asiam subegerunt. Igitur quemadmodum quidam persarum memorant: non qui res insignire sed prout se ille habent referre student. Ita ego conscribam gnarus trifarias alias etiam uias esse narrandi de cyro. Fuit apud medos quidam sapiens nomine deioces pharaortis filius: qui propter suam ciuitatem apud medos extitit rex. Huic medi id prestiterunt: ingentia extruxerunt edificia: quos uellet ex omnibus satellites sibi deligere permiserunt: ne cui potestas fieret regis adeundi. Sed ad omnia internuntius utendi: nemini regis uide di: nemini preterea coram illo aut ridendi aut spuendi: id omnibus factu deforme esse. Hec circa illum ideo faciunt: ne cum cernentes equales & cum eo una educati uiri egregii atq; prestantes indoleant & insidientur.

Deioces solam medicam subegit nationem: neq; enim soli imperauit: cuius nationes tot numero gentes sunt. Buse, paretacyn, struchates, arixanti, budi, magi. Tot sunt in media gentes. Deioce defuncto qui annos tris et quinquaginta regnauit filius eius phraortes suscepit imperium: quo solo not: contentus bellum ante omnes intulit persis: eosq; primus in potestate medorum redegit. Quibus nationibus potitus ualida utraq; mox asiam subegit. Aliam deinceps atq; aliam inuadendo gentem donec ad assyrios oppugnandos peruenit: ad eos assyrios qui nunum incolebant quondam omnium principes: sed tunc a sociis defectione desertos alioquin per se bene habentes: aduersus hos expeditione sumpta phraortes secundo ac uigesimo q; regno potitus est anno pleraq; exercitus parte periit. Post obitum eius cyaxares filius deiocis nepos successit: qui dicitur multo q; maiores sui prestantior fuisse: et primus asie populos in prouincias distinxisse: primusq; in suum quosq; ordinem distribuisse hastarios sagittarios equites: cum prius omnia promiscua fuissent atq; implicata. Hic et cum lydis prelium fecit: qđ prelium cum fieret: dies nox effecta est: et omnem trans halym flu-

Lydi primi numos aureos
& argenteos ad utendu p-
cusserunt.

De origine cyri.

Deioces rex factus apud
medos.

Phraortes rex.

Cyaxares rex.

Astyages rex
Mandane Astyagis filia.

Arpagus
Quo cyrus infans ab astyage
auo Arpago occidendus tradit.

Mitridates Astyagis bubulcus.

men asiam sibi subiecit : postq; annos regni sui quadraginta defunctus est : cuius regnum suscepit Astyages filius . Hic filiam sustulit appellauitq; mandanen : que uisa ei per quietem tantum ruine facere ut omnem ipsius urbem oppleret atq; uniuersam asiam inundaret : Quod insomnium cum magis somniorum interpretibus exposuisset conterritus est singula queq; ab illis edoctus . Ideoq; uisum hoc reformidans Mandanen iam uiro maturam nulli in eorum : qui ea dignus esset tradendam statuit : Sed perse cuiusdam nomine cambysi : quem compertum habebat familia quidem bona ortum ceterum ingenio sedato gerentemq; multo infra mediocri medi alicuius conditionem . Eodem quo cambysi collocauerat filiam anno uisionem alteram uidit . Videbatur ei ex genitalibus filie uitis nasci : que omnem occuparet asiam : quod uisum cum retulisset ad interpretes somniorum filiam iam pregnantem & iam partui uicinam ex persis accersit : eiq; cum uenisset custodiam apponit uolens qd illa dedisset interimere . Etenim magi somnorum interpretes uisionem illam protendere dicebant astyagi prolem pro ipso regnaturam . Hoc igitur obseruans Astyages : ubi genitus est cyrus accito harpago familiari suo & inter medos fidelissimo atq; omnium reys suarum procuratori . Hoc inquit harpago negocium quod tibi iniungo caue premitas aut ullo modo exequi persuadeas neue committas ut alios preponendo postea tibi ipsi perniciem crees . Capito quem mandane peperit puerum in domumq; tuam ferto atq; occidito . Postmodum quoquo modo uoles ipse sepelito : cui respondit ille neq; alias unq; rex huic uiro iniunxisti ingrati . et in postez dabimus operam nequid in te delinquamus . Quod si tibi cordi est hoc ita facere fieri : mea interest id industrie exequi . Hec cum respondisset arpagus eiq; puer traditus esset ornatus ad necem contulit se domum flens audiensq; uxorem refertq; omnem habitum secum ab astyage sermonem : Ad quem uxor quid igitur inquit facere tibi in animo est . Ego uero respondet uir : quanq; Astyages mandauit etiamsi desipiet peiusq; insaniet q; nunc insanit non tamen eius uoluntati parebo neq; ad necem obsequar : idq; multis de causis : tum qd puer ipsi mihi cognatus est : tum qd astyages grandis natus est et uirili prole orbus : quo defuncto si tyrannis ad eius peruentura est filiam : cuius nunc filium p me interimit quid aliud hinc mihi q; periculum maximum . Etenim tutelę mee causa expedit hunc puerum interire : sed per aliquem ipsius astyagis quem norat pascuorum maxime idoneorum & montium feris frequentissimorum esse gnarissimum : cui nomen erat Mitridates : cuius contubernalis et eadem conseruauerat

nomine cyro greca lingua idest canis medica spaco. Nam medi canem spaca appellant. Vbi bouum pascua ille habebat montium radices erant ad uentum boream ac bactanorum et ad pontum euxinum. Hec enim tractu ad sapiros uergente media sane montosa ac nemoribus frequens reliqua uero tota admodum plana. Hic itaq; accersitus propere cum uenisset inquit ad eum harpagus. Jubet te Astiages hunc capere infantem quem in desertissimo montium exponas ut celerrime pereat et hec ut tibi dicerem mihi iniunxit et nisi hunc interemeris ulloq; pacto serua ueris pessimo exitio te occubiturum. Cui expositioni infantis inspector ego prepositus sum. Hec ubi audiuit bubulcus sumpto infante qua uenerat ad bouile suum. Ei dum urbem abiit uxor sua que erat pregnant per totam diem parturiens e uoluntate demonis enisa est filium ita ambo in mutua solitudine erant. Vir de partu uxoris timidus illa de uiro quem preter consuetudinem harpagus accersisset. Vbi reuersus affuit cum uxor utpote ex insperato cernens prior interrogauit quid ita exacte ipsum harpagus accersisset. Cui ille uxor inquit Profectus ego in urbem id & uidi & audiui: qd nec uisum oportuit nec agi circa dominos nostros. harpago domus omnis luctu tenebatur: in quam ego perterrefactus simul atq; introi uideo infantulum papitantem uagientemq; auro ac distincta ueste ornatum. Eum harpagus ubi me uidit iussit celerrime sumere atq; absportare in efferatissimum montem ubi exponam dicens astyagem esse qui hec mihi iniungeret magnopere minatus nisi ea perpetrassem.

Ego acceptum puerum attuli ratus illum alicuius domesticorum esse non aut illius generis. Admirabar tamen qd uiderem auro uestibusq; ornatum preterea qd plantis exercebatur in harpago domo. Atqui inter ex omni oratione famuli qui me extra urbem deduxit mihiq; infantem tradidit percepi eum mandanes astyagis nate et cambysis cyrogeniti esse filium & ab astyage iussum interfici. Atq; is hic est. Hec bubulcus puerum detexit atq; ostendit quem illa intuita procerum ac speciosum genua uiri cum lachrymis amplectitur obsecrat nequa ratione puerum exponat. Hic negare aliter ista fieri posse: superuenturos enim ab harpago speculatores ad rem exploranda: seq; nisi id exequatur miserrime periturum. Mulier ubi uirum non persuadet: quandoquidem inquit te nequeo inducere: quod secundum est facito: si modo necessitas est prorsus aspici puerum dum exponitur: quoniam ego quoq; pepererim peperiri autem mortuum. Ferto hunc et istum ex astyagis filia tanq; ex no-

Quo cyrus infans a morte
seruatur.

bis genitum alamus. Ita neq; tu iniurius in dominos esse deprehenderis: neq; nobis male consuluerimus. Nam et hic qui obiit regale sepulchrū nanciscetur: et iste qui superest animam non amittet. Saneq; commode uisa est bubulco mulier loqui ex presenti conditione: atq; ita continuo esse faciendum. Igitur quem necaturus attulerat eum uxori tradidit suum atq; qui mortuus erat sumens collocauit in eo uase in quo alterum portauerat omniq; alterius pueri cultu ornatum baiulans in uastissimo montium exposuit: triduoq; post pueri expositionem relicto quodam pecuariorum pro illic uicario in urbem se contulit: et ad domum harpagi atq; sese paratum illi ostendere pueri cadauer. Harpagus missis suorum satellitum fidelissimis rem per eos inspexit ac bubulci filium sepeliuit. Equidem infans humatus est. Alterum uero q; postea cyrus appellatus est mulier sibi sumptum educauit imposito illi nomine bubulci alio scilicet q; cyro: Quem posteaq; decennis extitit huiusmodi res: quę illi contigit palam fecit. Ludebat cyrus in hoc pago ubi bouilia illa erant, et ludebat cum equalibus in uia: quem inter ludendum ceteri pueri cum pro rege sibi elegissent cognominatum bubulci filium ipse eos minus distinguebat: ut alii domorum structores essent: alii satellites alius ut oculus regis alius mandatorum renuntiator suum singulis honorem munusq; assignans. Horum puerorum qdā collusor artembaris filius erat uiri inter medos spectati: quem cyrus qdā imperata non fecisset iussit ab aliis pueris comprehendi et cum illi paruissent multis sane uerberibus affecit: tanq; se indigna passus iniquissimo animo ferens: ubi primum dimissus est in urbem ad patrem perrexit et quę a cyro pertulisset complorauit. Non tamen cyrum nominans. Non dum enim hoc eius erat nomen sed filium bubulci astyagis. Artembares ut erat ita percitus ad astyagem ducens filium secum contendit & intoleranda passum esse inquires eiusq; humeros ostendens: Siccine indigne ait accipimur rex a filio bubulci serui tui. Audiens atq; certens Astyages uolens ulcisci puerum artembaris honoris gratia iussit accersi bubulcum et filium: Qui cum ambo affuissent intuens in cyrum astyages Tunc inquit hoc tali patre genitus ausus es huius filium uiri apud me primarii tam indignis concidere uerberibus: Cui ille istud inquit here huic ego iure feci. Pueri enim pagani: quorum unus erat me regem suum ludentes constituerant: quippe qui uidebar eis ad hec esse maxime idoneus. At iste cum ceteri pueri iussis obtemperarent audies

dicto esse nolebat: ac me nihil faciebat: propter quod poenas dedit. Quod si ulla malo propterea sum dignus hic tibi presto sum. Hec loquente puero subiit astyagi agnitio: uisq; est figura oris referre ac representare ipsum & gestus esse liberalior: et tempus expositionis cum pueri etate congruere. His percussus astyages aliquandiu sine uoce mansit: uixq; tandem ad se reuersus uolens artembarem dimittere: ut bubulcum sumotis arbitris rimaretur. Ego inquit artembares efficiam: ut filius quoq; tuus ob hec nihil conqueri possit. Dimisso artembare et eius iussu per famulos cyro introducto bubulcum qui solus erat relictus percunctatur: unde puerum accepisset: quisue ei tradidisset: ille ex ipso genitum respondere: et genitricem eius apud se esse. Astyages dicere non bene sibi illum consuluisset qui cuperet ad ingentes uenire necessitates. Simul hec dicens innuit satellitibus hominem comprehenderent: ita cum ad necessitates adduceret: rem ut erat promit: ab initioq; exorsus uera referendo deuenit ad preces: petendamq; sibi ueniam: iubens ut eum haberet bubulco ueritatem elocuto. Astyages pauciora iam uerba fecit. Ceterum cui ualde succensebat Harpagum succensebat. Harpagum uocent satellitibus iubet: Quem ubi habuit: percontatur astyages. Harpagus qua nece interemisti: quem tibi tradidi puerum e filia mea genitum. Harpagus ut uidit pastorem intus esse noluit: tergiuersari mendacio: ne argumentis conuinceretur. Sed ita respondit. Ego postea q; infantem accepi rex: cogitavi quo pacto ex animi tui sententia facerem: et tamen cum apud te innoxius extitissem ne forem aut filie tue aut tibi ipsi carnifex. Eoq; statui agendum. Accersito huic bubulco infantem tradidi: inquiens te esse qui iuberet illum interfici: in quo dicendo mentitus non sum. Tu enim ita precepisti: atq; huic dum puerum trado ex tuo precepto iussi exponeret in deserto monte: perstaretq; in eo obseruando tantisper dum exspirasset: cominatus isti extrema queq; nisi hec effecta reddidisset. Vbi hec effecit imperata: & infans obiit: missis eunuchorum fidissimis rem cognoui: per eosdemq; mortuum sepeliui. Ita res habet rex: atq; hac morte defunctus est puer. Et harpagus quidem directam habuit orationem: Astyages autem dissimulata: qua illi infensus erat causa ob id qd contigerat primum rem ei narrat: quemadmodum a bubulco audisset. Deinde ea narrata eo deuenit loquendo: quod puer ueretur et bene haberet: quia sic actum esset. Namq; ex hoc inquit qd gestum erat circa puerum ego ualde fui et a filia mea insimulatus haud leuiter tuli. Igitur in bonum conuersa fortuna: mutito filium tuum ad puerum

Quo cyrus ab astyage auo
recognoscit.

Quo Astyages harpago filiū
trucidat delectumq; in coena
p̄i apponit.

hunc qui recens uenit. Preterea destino pro liberatione eius diis imolare: q̄b; hic honor debetur. Tu mihi adesto ad coenam. Harpagus cum hoc audisset / adorato rege ac sibi maiorem in modum gratulatus / qđ peccatum commo-
de cessisset / & ultra bonam fortunam ad conuiuium uocaretur / abiit domū:
quam ingressus properanter filium / qui ipsi unicus erat / tredecim ferme na-
tum annos mittit ad domum astyagis iubens exequi quęcunq; imperaret:
ipse gestiens quęcunq; sibi successissent / uxori exponit: eius filium ubi ad-
uerit Astyages mactat concisumq; membratum et partim assūm & partim
elixum ubi esculentum effecit / paratum habuit. Dehinc sub horam coenę
postq̄ affuerunt cum ceteri conuiuę tuū uero harpagus: conuiuiis quidem
aliis atq; ipsi astyagi mensę apposite sunt ex ouilla referre carne: Harpago
autem carne filii sui preter caput atq; extrema manuum pedumq; cetera
omnia. Nam in canistro operta separatim reposita erant. Eum postq̄ satis
depastum eo cibo putauit: astyages interrogat / nunquid sit illis oblectatus
epulis: se uero sane oblectatum dicenti harpago u quibus negocium erat da-
tum afferunt caput filii cum extremis manuum pedumq; uelatum / assiste-
tesq; iubent detegere ac suumeret quid uellet ex eis. Harpagus obtemperans
ubi detexit / cernit reliquias filii. Non tamen eo spectaculo consternatus est
sed apud se ipsum fuit: et percontanti Astyagi nunquid agnosceret / cuius fe-
re carne pastus esset / se agnoscere respondit: sibiq; quicquid rex ageret pla-
cere. Hoc reddito responso receptisq; reliquiis carnum domum abiit / eas
ut ego opinor illinc collectas humaturus. Hac ultiōne Astyages harpagum
prosecutus est / idem de cyro deliberans / eosdem ex magis accersiuit / qui fu-
erant insomnium interpretati. Postq̄ uenerunt sciscitatur eos quid censeant
de uisione sibi agendum. Illi necessario fore inquirunt / ut si superstes esset
puer / nec haecenus perisset / regnaret. Atqui puer et uiuit & incolumis est
Astyages excipit. Et cum ipsi ruri agentem pueri eius pagi regem delegisset.
quę faciunt qui re uera sunt reges / ea omnia hic fecit. Nam satellitibus
ianitoribus internuntiis ac ceteris munus institutis imperium exercuit: q̄
uobis quonam uidentur spectare. Si superest puer magi respondent atq;
regnauit nulla ex prouidentia confidito ob id ac bonum habeto animū
non iam eum regnaturum iterum. Nam quędam uaticinationes nostrę in
exigua reciderunt ueluti insomnia in imbecillum quiddā redactę sunt.
Ego inquit astyages respondens istius uestre magi fere sum sententię me
somnia esse defunctum puero iam rege nominato / nihilq; mihi amplius
eum esse reformidandum. Vos tamen probe considerantes / quenam futu-

ra sint & mee domui et uobis tutissima consulite. Ad hec magi. Etiam nostra rex inquitunt magni interest tuum stare principatum: qui si mutetur et ad hunc puerum qui persa est. transeat. Nos quoque qui medi sumus in seruitutem redigemur et apud persas extranei nullius erimus pretii. Te uero regnante cuius populares sumus. tum ex parte imperamus. tum magnos apud te honores obtinemus. Quomagis per nos tibi & regno tuo prospiciendum est: et nunc siquid cerneremus. quod timendum esset. tibi aperiremus. Verum cum in rem friuolam nunc euaserit somnium: et ipsi confidimus & te itidem confidere iubemus. & ablegare puerum ab oculis tuis in perfidem ad parentes. His auditis astyages gaudens est. accititque cyro. hec inquit. Fili cum ego propter quandam haud sanam somni uisionem in te fuisset inuius. tuo tamen ipsius fato superstes es. Nunc itaque letus ad persas ito cum his quos ad te deducendum mittam. Eo perueniens parentes tuos offendens. non qualis mithridates bubulcus et matrem non qualis uxor eius. Hec locutus Astyages cyrum dimittit: quem ad domum cambisis reuersum acceperunt sui parentes & audita re uehementer amplexi sunt: ut quem statim mortem obuisse crediderant. sciscitabantur quoniam modo superstes esset. Hic senon ait eos antea non nouisse. et ob id maxime errasse. inter uiam tamen omne suum infortunium audisse. Credidisse enim se bubulci astyagis esse filium. Verum in illo itinere omnem rem gestam ab his qui ipsum adduxerant accepisse. Commemorabat autem se ab uxore bubulci fuisse educatum semper eam laudibus prosequens. ita ut in omni eius sermone esset cyro: quod nomen accipientes eius parentes. ut diuinius uideretur persis filius fuisse seruatus. diuulgauerunt. a cane cyrum cum esset expositus fuisse educatum. Vnde hec fabula emanauit. Cyrus ubi in uirilem adoleuit etatem & inter uirilissimos euasit. et idem dilectissimus. constituit harpagus ad eum dona dimittere astyagis ulciscendi cupidus. Nam per sese qui priuatus esset. non uidebat futuram de astyage uindictam: Sed per cyrum cuius casus similes casibus ipsius extitissent: quem cernens adultum sibi socium comparabat. ceterum ante hoc alia ab eo comparantur. Cum esset acerbus astyages in medos. harpagus singulis quibusque eorum se insinuans. primum persuadebat oportere astyagem regno sumoueri cyro delecto. His transactis harpagus ac paratis. ita demum uoluit cyro apud persas agenti suam aperire sententiam: cum aliter non posset. utpote itineribus custoditis. huiusmodi rem commiscitur. Exinterato qui solenter obtinuerat lepore: ut nihil omnino rescinderetur. indidit

Quo cyrus in perfidem ad parentes ab Astyage mittit.

Quo cyrus a cane dr educat.

Quo harpagus ad cyrum scribit. ut bellum Astyagem pareat.

libellum : in quo quę libuit conscripserat : resutoq; uentre una cum re-
tibus tradidit uenatori cuidam suorum domesticorum fidissimo : preci-
piensq; suo ore cum daret leporem cyro diceret : ut ipse suis manibus a-
periret : idq; sine arbitris faceret hominem dimisit in persidem . Hęc
executo nuntio cyrus acceptum leporem aperuit : inuentumq; libellum
qui in eo erat legit in hęc uerba . Fili cambysis quem dii respiciunt nā
aliter nunq; in tantum fortune peruenisses ulciscere nunc astyagem tue
cedis auctorem : quoniam ex huius tu quidem studio perieras deorum
tamen beneficio & meo superstes es : Quę omnia quemadmodum circa
te gesta sunt opinor te olim iam rescuuisse : et item qualia ego ab astya-
ge passus sum : qđ te non occidissem sed bubulco tradidissem . Nunc si
mibi auscultare uis omni tu cui astyages imperat regioni imperabis :
persas cum persuaseris ducito aduersus medos adductum tibi re successu-
ra siue ego dux ab astyage ad tibi occurrendum creatus fuero : siue alius
quispiam medorum illustris . Horum enim primi quiq; ab illo ad te de-
ficientes astyagem conabuntur euertere . Itaq; tanq; cuncta tibi sunt hic
in expedito ista exequere sine mora . Cyrus his auditis considerabat quo-
nam solertissimo modo persas induceret ad rebellandum . Cogitanda tan-
dem comperit hunc esse appositissimum ut ita faceret . Scripto libello de
his quę uolebat . Concilium persarum coegit deinde resignato libello atq;
lecto ducem se inquit persarū ab astyage esse designatum : et nunc perse
inquit edico uobis ut presto mihi sitis cum singulis falcibus . Hoc cyrus pre-
cepit persis : quorum complura sunt genera . Eorum quedam cyrus con-
traxit : et a medis definiendum induxit : sub quibus alia omnia . Ea autē
hęc sunt . arteate perse pasargade maraphii masii . Sed istorum pasar-
gade prestantissimi : in quibus & alchemenidarum cognatio & unde reges
perside sunt oriundi . Alii perse hi sunt panthelei drusiei germani atq;
hi omnes : alii uero pecuarii darii mardi dropici sagartii . Vbi cuncti affu-
erunt habentes quod eis fuerat preceptum . Ibi cyrus iubet locum quenda-
dumosum (Erat enim in perside is locus circiter decem et octo aut uigin-
ti stadiorum totum detergant infra diem . Quo labore perfundis persis
iteq; precepit in posterum diem ut lauti adsint . Interim coactus in unū
caprarurum ouium bouum greges patris sui mactat atq; instruit tanq;
persarum exercitum accepturus : uinoq; ac cibariis q̄ elegantissimis poste-
ro die ubi conuenerunt perse iubet eos discumbere in prato atq; epula-
ri . Deinde coenatos interrogat utrum pridianam an presentem conditio-

Quo cyrus bellum contra
Astyagem parat.

nem preoptarent illis respondentibus multum esse inter hæc duo interual-
 li. pridiana enim omnia mala habuisse: presentem uero omnia bona habere.
 E xcepit cyrus & omnem rem denudauit inquiring uiri perse ita uestre res
 habent. Volentibus uobis mihi obtemperare et hæc & alia infinita comoda ad-
 erunt sine ullo seruitutis labore. Nolentibus uero innumerabiles quales
 hesternæ erunt. Nunc itaq; obtemperando mihi efficiamini liberi: Quæ
 bona ipse diuina quadam sorte genitus uideor in manus uestras allaturus
 quos non arbitror inferiores esse medis cum in aliis tum uero in bellicis re-
 bus: Quæ cum ita sint rebellate q̄ primum ab astyage perse ut qui iam pri-
 dem dedignarentur parere medis nacti perfidem libenter se in libertatem
 uendicarunt. Hæc molientem cyrum astyages cum accepisset, misso nuntio
 accersit. Iste nuntium iubet renuntiare: se prius illuc uenturum q̄ astya-
 ges ipse uelit. His auditis astyages medos cunctos armat usq; aduerso nu-
 mine harpagum prefecit oblitus eorum quæ illi fecisset comparato exer-
 citu: ubi medorum copis cum persis prelium conseruerunt: quicunq; eo-
 rum sermonis harpagi erant expertes preliabantur. Qui uero particeps ad
 persas transibant: pleriq; de industria ignauiter agebant fugamq; faciebant.
 D ilapso turpiter medico exercitu. Astyages ut primum rem cognouit mini-
 tans cyro inquit. Ne sic quidem cyrus gaudebit. Hactenus locutus ante
 omnia eos magos somniorum interpretes: qui suassent ipsi cyrum dimit-
 tendum patibulis affixit. Deinde reliquos medorum qui in urbe erant ado-
 lescentes pariter & senes armat: Quibus eductis cum persis confligens fuga-
 tur uiuusq; capitur amissis quos eduxerat medis: ei captiuo assistens harpa-
 gus insultauit exprobrauitq; cum alia quæ homini doleret dicens. Tum uo
 percontando eum de coena sua: in qua ille ipsum carnibus pauisset: qm̄ re-
 gnium eius ad seruitutem recidisset. Eum intuens astyages uicissim interro-
 gat nunquid ipsius foret cyri opus: harpagus suum esse dicere: idq; merito:
 qm̄ ipse ad cyrum scripsisset. Et astyages eum merito improbissimum atq;
 iniquissimum omnium horum compellauit: Improuidissimum quidem:
 qd̄ si facultas ei aderat ut res efficeretur alteri tribuerit imperium: si mo-
 do illa per ipsum gesta essent: Iniquissimum uero qd̄ coenæ causa medos in
 seruitutem redegit. Si enim oportebat eum omnino comparare alteri
 regnum nec sibi haberet satius futurum fuisse medorum alicui id boni com-
 parare q̄ persarum. Hunc medos qui huius peccati affines non extitissent
 ex dominis factos esse seruos & persas qui fuissent hactenus serui nunc
 dominos effectos esse medorum. Hunc in modum astyages cum quinq;

Medi prima pugna a
 cyro uincuntur.

Quo Astyages uincit a cyro
 capiturq;.

triginta regnasset annis regno amotus est. ob cuius acerbiteriam medi subiecti sunt persis centum ac duo de triginta annos omni supra halym fluvium asię dominantem excepto tempore quo scythę regnauerant. Iidem sequentibus temporibus cum horum factorum poeniteret a dario defecerunt. Sed prelio uicti iteꝝ subacti sunt: perseꝝ qui cum cyro aduersus astyagem rebellauerunt deinceps asię imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo afficiens astyagem penes se habuit: quoad uita excessit. I ta cyrus genitus educatusqꝫ regno potitus est. Et qui mox croesum iniurie uilatorem subegit: quem admodum superius a me commemoratum est: Quo subacto ita omnem asiam est adeptus. Ritus quibus utuntur tales esse comperi: neqꝫ statuas neqꝫ templa neqꝫ aras extruere consuetudo est: quin uno hoc facientibus insanie tribuerunt ob id ut mea fert opinio: qđ non quemadmodum greci sentiunt deos ex hominibus esse ortos. Moris habent edissimis quibusqꝫ concensis montibus ioui hostias imolare omnem gyrum cęli iouem appellantel. Soli luneqꝫ sacrificant et telluri & igni & aque & uentis: quibus solis gubernantur. Ex omnibus diebus precipue uenerandum censent suum cuiqꝫ natalem. Vino perse magnopere temperant. Eisdem nec uomere coram alio nec urinam facere licet. Atqꝫ ita obseruantel tamen cuiuscunqꝫ generis obseruantel tamen cuiuscunqꝫ generis uoluptatibus quas audierunt frui student. Liberos a quinto eorꝫ anno incipientel usqꝫ ad uigesimum tribus duntaxat rebus instituit: equitare arcu sagittas excutere uera loqui. Ante quinquennium filius in conspectu patris non uenit: sed apud foeminas degit: quod ea gratia sic fit: ut si inter educationem dcedat nullam e damno afferat patri molestia. E quidem hunc morem laudo. Laudo item illum ne unam tantum causam liceat neqꝫ ipsi regi occidere quenqꝫ nec alicui aliorum persarum quicqꝫ atrox agere in aliquem ex sua familia: eisdem quecunqꝫ fas non est facere: ea nec dicere. Turpissimum dicitur apud eos mentiri: Secundo loco creditum debere: & in flumen mtere uel spuere uel manus abluere aut aliud quippiam facere: flumina religiosissime omnium uenerantur. Persarum nomina in eandem litteram uniuersa exeunt: quam dores appellant saniones signa. Mortuus ab eis non prius humatur qđ aut ab alite aut a cane trabatur. Atqꝫ ita transigunt. Cyrus postqđ omnem continentem sue distionis fecit assyrius bellum intulit. Assyrie cum alia permulta sint magna oppida tum uero celeberrimi nominis ac ualidissimum babylon: illic ibi euerse ab istis nini regna extiterat. Huiusmodi urbs ingenti planitie sita

De ritu & moribus persarꝫ.

Bellum cyri contra assyrios.

De babylone urbe assyrie

est forma quadrata magnitudine quoquo uersus centenum uicenu
 stadiorum in summa quadringentorum & octoginta in circuitu quatu
 or laterum urbis. Tanta est babylonii opidi magnitudo: quod ita exor
 natum est: ut aliud nullum eorū: quē nos nouimus. Iam primum fossa
 ambit alta atq; lata aquē plena: deinde murus quinquaginta cubito
 rum regionum crassitudine ducentorum celsitudine. Est autem regius
 cubitus q̄ mediocris tribus digitis maior. Opere pretium me prater hoc
 differere: quemadmodum et fossa sit egesta & murus effectus: ut quicūq;
 terre in deprimenda fossa efferebant ex eo lateres ducebant: cum ma
 gnā eorum uin extraxerant: eos in fornacibus coquebant. Postea ce
 no utentes asphaltu feruenti per trigessimū quēq; latey ordinem sū
 mitates arundinum interstipatas conglutinabant: et primum labra fos
 se deinde ipsum murum ad eundem modum: Super quem circa oras ex
 truxerunt dietas singulares altrinsecus conuersas: inter quas tantum in
 tercapedinis relinquebatur: ut quadriga iter agi posset. Eius per ambitū
 centum portę stabant erę omnes cum cardinibus itidem postibusq;. A ba
 bylone octo diey itinere abest alia urbs nomine Is: vbi fluuius est haud
 magnus eiusdem nominis: qui se deuoluit in flumen euphratem. Hic itaq;
 fluuius is una cum aqua permultos reddit bituminis grumos: quē asphaltus
 ad murum babylonis comportabatur. Hunc autem in modum babylon ex
 tructa est. Eius due sunt plage: quas interfuit fluuius nomine euphrates:
 qui magnus et altus & celer ex armenis in rubrum mare decurrit. In hūc
 uterq; murus lacertos expomgit eiusq; incuruę utrinq; ripe coctilibus la
 teribus pro maceria pretextuntur. Ipsa urbs plena domibus est ternarum
 quaternarum contiguationum secta in uias rectas cum alias tum uero tras
 uersas: quę ad flumen pertingunt: Ad quas singulas pro numero uicoy
 portule factę sunt in maceria: quę flumen sapiebat & ipse erę et ad flu
 men idem ferentes. Et hic quidem inurus lorica est: alter uero inferior nō
 multo q̄ hic debilior: sed exilior. Huius babylonis multi quoq; reges ex
 titerunt: quorum mentionē in exponendis rebus assyris faciam: qui &
 muros ornauerunt & templa: et inter eos due foemine. Harum prior: quę
 quinq; etatibus ante posteriorem regnauit uocata est semiramis. Hęc per
 planitiem aggeres extruxit spectaculo dignos: cum antehac flumen eam
 omnem restagnare solitus esset. Posterior regina nyctotris nomine extitit
 superiore sollertior: Cuius cum alia monumenta extiterunt: quę ego cōme
 morabo. Tum uero hoc quod aminaduertens imperium medoꝝ ingens ac

Is urbs. fluuiusq; eiusd
 nōis.

Semiramis.

Nyctotris regina ultima
 babylonie.

pacatum: subacta; ab his multa oppida & inter hec Ninum. Premu-
 niuit se omnibus q̄ potuit maxime. Ante omnia fluuium euphratē:
 qui prius mediam ipsorum urbem interfluens rectus erat tortuosum
 pagum nomine ardeticca reddidit fossis superius depressis. Adeo ut
 quendam assyrie pagum nomine ardeticca ter fluat. Et qui nūc e
 mari per eufratem babylonem uersus subuehuntur ter ad hunc eun-
 dem pagum applicent: idq; triduo: et hunc quidem talem reddidit.
 Aggerem uero ex utroq; fluminis labro aggressit uisu mirandum. Tante
 est & magnitudinis et sublimitatis. Multo supra babylonem aliquā-
 tulum se orsum e flumine effodit paludis eluuiē profunditate quidē
 ad aquam semper ducta. Latitudine uero eius quoquouersus trecento-
 rum uiginti stadiorū. Hec fossicia huius ad fluminis ripas aggesta ē:
 quem locum ubi depressit crepidinem ambitus eius lapidibus induxit.
 Hec duo ut flumen flexuosum & lacuna tota fossa est. Ideo fecit ut flu-
 uius per multos anfractus retentus sedatior mearet: et nauigationes in
 babylonem essent tortuosę: & ex ipsis nauigationibus longus ambitus
 lacunę exciperetur. Ad hoc quęcunq; erat regio ad inuadendum oppor-
 tuna compendiarĩa ex mediis uia hanc intersepsit: ne medi cōmercio
 assyriorum ipsius negocia cognoscerent. Et hec quidem ex profundo cir-
 cūiecit. Ceteris ex eis talem fecit communionem. Cum sit urbs in duas
 direpta regiones fluuiio medium tenente: quotiens aliquis ex altera in
 alteram regionem transire uolebat sub regibus superioribus si necesse
 habebat nauigio transire: qđ erat ut reor sane odiosum. Huic rei ita
 prospexit. Siquidem ubi effodit effluuium latus: aliud eodem opere
 monumentum sui reliquit. Saxa pregrandia præcidit: Quę ubi in ex-
 pedito fuerunt & locus depressus in locum ipsum quem depresserat o-
 mne fluminis dorsum auertit. Dum hic locus defossus impletur interea
 pristino alueo arefacto oras fluminis intra urbem ac descensus: qui ex
 portulis ad flumen ferunt extructis coctis laterib; eadem ratione qua
 muri extructi sunt. Extruxit item circa mediam ferme urbem pontē
 ex iis quos effoderat lapidibus ferro eos ac plumbo deuinciēs. Hunc
 sublicis quadratis per quę babylonii transierunt interdū committe-
 bat: easdem noctu tollebat: hac uidelicet causa: ne per noctem transeū-
 tes mutua furta exercerēt. Vbi lacuna repleta est flumine & opus pon-
 tis exornatum: tunc fluuium euphratem e stagno in pristinum reuo-
 cavit alueum: atq; ita palus quam effoderat uisa est necessario facta:

et pons in usum ciuium extructus eadem regina hunc machinata est do-
lum. Supra portas urbis celeberrimas in loco edito atq; conspicuo sepul-
chrum sibi construxit: idq; his litteris inscripsit. Sicuti regnum babylo-
nis post me futuroꝝ fuerit pecunie penuria aperto sepulchro sumat qua-
tuncunq; libuerit pecunie duntaxat indigens aliter non aperiat. Non eis
satiū fuerit. Hoc sepulchrum tam diu fuit inmotum: dum regnum
peruenit ad darum. Is indignum esse ratus se neq; uti quippiam his por-
tis ideo autem non utebatur: qđ supra caput ipsius transeuntis mortu-
us situs esset: neq; sumere pecunias repositas & eas ipsum prouocantes re-
seruauit monumentum: in quo nō quidem pecunias inuenit sed mortuū
et litteras ita dicentes. Nisi pecunia esses inexplibilis & turpis luctri au-
dus haud aperuisset uenam defunctorum. Talis extitisse hec regina me-
moratur: aduersus cuius filium labynitum patris nomen & assyrie impe-
rium habentem cyrus exercitum duxit. Ducit autem rex magnus exer-
citum probe comparata domi re frumentaria. Portatur item aqua ex
flumine coasposusa profluente: quo uno ex omnibus fluminib; rex po-
tat: cuius coaspi aquam decoctam & in argentea uasa diffusam ferentes
permulte caruæ quatuor rotarum multis trahentibus assidue comitat^r
quocunq; ille proficiscitur. Cyrus babylonem tendens ubi uenit ad
gyndem amnem: qui in manriens ortus montibus per dardaneos in tigrī
alterum amnem fluit: qui opym urbem præterlabens rubro infunditur
mari. Conabatur hunc fluuiū gyndem traicere cum non possit nisi
nauib; traici. Interim ei quidam e sacris equis candidis petulanter in-
gressus fluuiū transire conabatur. Hunc fluuius uerticibus contor-
quens obruendo arripuit. Cyrus p̄q; egre ferens hanc fluminis iniuriā
illi comminatus est se sic redditurū eum tenuem: ut posthac facile uel
a mulieribus transiri posset ne genua quidem tingentibus. Hec mina-
tus expeditione in babylonem intermissa copias suas bifariam diuidit:
dehinc alueos ad funiculum designauit centenos & octogenos utrinq; ad
gyndis labra omnino conuersos: quos distributis copiis effodi iussit. Et
opus quidem: ut qđ a tanta multitudine fieret perficiebat. Tamen in eo
faciendo solidam eam estatē triuerunt. Cyrus ubi gyndem multauit
et in trecentos & sexaginta riuos diductum & alterj uer illuxerat: ire
porro ita babylonem pergit babylonis cum producto exercitu præstola-
tib; qui ubi pro poenis ille urbem promouit cum eo conflixerunt præ-
lioq; fugati in opidum se receperunt: li tamen quia cyrum iam pride

De gynde amne: quem
cyrus in ccc. lxx. riuos
deduxit

Qua uia cyrus babilonia
cepit.

animaduenterant inquietum esse uiderantq; omnes pariter gentes
aggredientem comportauerunt multorum sane annorum cōmeatus.
1 deo tunc obsidionem nullius momenti faciebant. Et cyrus cum iam lō
go tempore nihil admodum res proficerent inops consiliū erat tandem
siue alius ei anxio suggessit siue ipsi in mentem uenit quid in rem esset
sic statuit faciendum instructis uniuersis copiis partim qua fluuius
urbem ingreditur partim a tergo qua egreditur: precepit ut dum cer
nerent alueum posse transiri illac urbem inuaderent. Ita instructis atq;
admonitis suis cum utiliori exercitus parte abiit ad stagnum. Eo ubi
peruenit quę babilonioꝝ regina fecerat apud flumen et apud stagnum
qd̄ erat palus eadem ipse fecit. Nam reuocato flumine alueum eius pri
stinum uado transibilem reddidit. Id tale ubi actum est perse qui ad hoc
ipsiū instructi erant per alueum unde fluuius euphrates abscesserat
medioꝝ fere fēmorū tenus grauit̄ babilonem introierunt. Quos ba
bylonii si factum cyri aut audiuisent aut sensissent baud dubie contē
pto eorum ingressu pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus
quę ad flumen ferunt portulis conscensisq; septis pro ripis stantes illos
progressos ueluti in cauea excepissent. Nunc ex inopinato eis perse asti
terunt: & cum capti essent media urbis incolebant babiloniū. Propter ei
tamen magnitudinem non sentiebant ut fertur ab iis qui circa extrema
habitant. Sed forte qm̄ dies festus eis esset exercendis choreis atq; oble
tationibus opera dabatur: donec plane rem animaduenterent. Atq; ita
primū capta est babilon: cuius ciuitatis quanta sit patientia cum ex
aliis multis pandam tum uero ex hoc: qd̄ cum regi magna omnis plaga
cui imperat sit distributa in ipsius atq; exercitus eius alimentum præter
tributa ex duodecim quibus cōstat annus mensibus quatuor regio baby
lonia: octo reliquis eum omnis asia alit. Ita huius regionis potentia tertiā
asie partem equiparat et eius principatus quam satrapiam perse uocant
omnium prouinciarū longe est optimus adeo ut Tritechmę artabani filio
qui pro rege tributum hoc exigebat singulis diebus singule plene argen
ti pleni artabe penderentur. Est autem artaba mensura persica capacior
q̄ atticus medimnus tribus chiracibus atticis. Ad hæc erant peculiare equi
præter bello destinatos admissarii octingenti cum equarum admittebant.
Nam singuli ad uicenas admittuntur. Præterea canum indicorum tanta
alebatur multitudo: ut ad prebenda eis cibaria quatuor in eadem plani
tie magni uici attributi essent aliorum tributoy immunef. Atq; hæc præ

sidis babylonis pecuaria erant. In assyriorum terra parum pluit. Irrigatur autem & frumentum prouenit non quemadmodum in egypto flumine in sua sponte in rura ascendente sed manibus atq; scrobibus irrigatū. Et tenim babylonia regio omnis quemadmodum egyptiaca distinguitur in fossas: quaz maxima nauibus transiri potest ad solem hybernū uergens ex euphrate exiens in tigrim altez flumen: iuxta qđ urbs ninus sita erat. Hęc regio omnium quas nos uidimus longe optima est duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis ficu uite olea nequanq̃ de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando adeo ferax est: ut nunq̃ non fere ducena reddat: & ubi prestans bonitate se uincit etiam ad trecena quartenū fere digitorum longitudine triticeis atq; ordeaceis foliis. Milu ac sesami proceritatem instar arborum etsi mihi compertam tamen memorare supersedeo probe sciens his qui nunq̃ babyloniam regionem adierunt: quę de frugiferis dicta sunt perq̃ incredibilia uisum iri. Oleo ne utiq̃ utuntur nisi quod ex sesamīs faciunt. Sunt eis passim per omnem regionem palme sua sponte nascentes plerq; fructifere: ex quibus & cibos et uinum & mel conficiunt curantes more ficorum. Harum & aliarum arborum greci mascula uocant: quarum fructum his quę palmulas ferūt penetrans cogat maturescere alioquin occasuras. Masculę enim in fructu culices ferunt quemadmodum caprifici. Venio ad quod ex omnibus: quę de ea regione secundum ipsam urbem mihi sūmo miraculo est disserendū. Nauigia illorum: quę per flumen comitantur babylonem omnia sunt orbiculata atq; coracea: quę pecuarii armeni: qui supra assyrios incolunt excisis salicibus faciunt. internuntq; pellibus nudo illarum extrinsecus posito in modum soli neq; puppe discreta neq; prora acuminata sed in speciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium stramentis stipatum fluuiio deferendum permittunt cum aliis rebus tum uero dolus e palmarum uino onustum illud dirigentibus duobus uiris stantibus cum totidem palis: quorum alter introrsum palam trahit alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hęc & magna admodum & minora: quorum maxima quęq; ferunt pondus quinq; milium talentorum. Singula singulos asinos uiuos intus habentia maiora etiam plures: in quos illi postq̃ nauigantes babylonem peruenerunt onusq; distraxerunt: lignaq; nauigi atq; omnia stramenta adduxerunt pelles congerunt & eos in armeniam agitant. Nā aduerso flumine nauigari pre illius rapacitate nullo modo potest. Quia ex causa non ex lignis sed ex pellibus nauigia fiunt. Iidem ubi asinos agi-

Nauigia quibus babylonenses
utuntur in flumine.

De amictu babylonum.

De legibus babylonum

Optima lex circa foeminas.

agitando in armeniam redierunt / alia in eundem modum nauigia cōparant. Et naues quidem eorum tales sunt. Amictu autem tali utuntur / tunicis una linea usq; ad pedes demissa / altera super hanc lanea: postremo candida et breui penula circumdantur. Calceos gerunt gentis more soleis thebanis simillimos. Capita habentes comata. mitris redimuntur unguentis toto corpore delibuti. Anulum signatorum singuli gestant exectum ac fabrefactum: cui superstat aut malum aut rosa aut lilium aut aquila aut aliud quippiam. Nam absq; his signis gestare sceptrum eis / nefas est. Atq; hic eorum est corporis cultus. Leges uero quę constitutę ab ipsis hę sunt / una quidem prudentissima: altera autem quantum ego sentio: qua benetos ex illiis audio uti per singulis pagos. Semen quot annis ista fiunt. Vbi uirgines effectę sūt nubiles eas congregant / & uniuersas unum in locum conducunt: quā circumsistente uirorum frequentia preco sigillatim uendit: sed primū pulcherrimam omnium: secundum hanc ut quęq; plurimo uendatur auro: aliam euocat: quę post illam est speciosissima. Venduntur autem in contubernium: quarum pulcherrimas quasq; babylonii qui locupletes & iidem celibes sunt mercantur: ut quisq; licitando alterū superat. At ex hac plebe qui sunt celibes his non est opus pulchra forma ideo pecunias ac turpiores accipiunt uirgines. Nam preco ubi uirginum formosissimarū peregit uenditionē excitat deformosissimam si quis illorum mercari uolens existat: edicitq; quisquis uelit q̄ minimo auri sumpto eam in matrimonium habere: donec illi qui minimo contentus foemina addicit. Ita aurum ex speciosis uirginibus conficiūt. et per easdem cuiusq; uolenti deformes ac debiles collocantur: Quarū nullam cuiq; emptori fas erat sine fideiussoribus abducere: sed datis si deiussoribus abducere de contubernio uxoris ita demum licebatur abducere. Qui etiam ex alio pago uementibus licebat uxorem mercari si uellent. Hęc itaq; apud eos honestissima lex erat: quę tamen non per seuerauit. Nouissime aliud quiddam excogitauerunt: ne quis foeminas iniuria afficiat neue quis in aliam urbem abducatur. Nam postea q̄ expugnari male accepti sunt remq; domesticam absumpserunt unusquisq; plebeius ob uictus inopiam filias suas adigit ad questūs corpore faciendū. **A**lteram item sapienter condiderunt legem languentes offerende in forū. Neq; enim medicis utuntur: ut de illorum langore consulant: qui eos ad eunt: si quis et ipse eundē passus est morbum aut alium uidit patientē.

Quo languentes curēt: q̄a
nō utunt medicis babylonii.

Hec uiri: qui illos adeunt consulunt. Hortantur ad ea quae ipsi faciendo effugerint aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuique languentes preterire silentio: nec antequam explorauerit quonam laboret ille languore.

Sepulchra eisdem in melle sunt. Luctus funebris illis egyptiorum persimilis. Quotiens cum uxore miscetur uir babilonijs adhibito thymiamati assidet: & ex aduerso mulier idem facit. Sub diluculum abluunt ambo nullum uas priusquam se abluerint tacturi. Eadem & arabes faciunt.

Hec sunt babiloniorum instituta: Quorum tres sunt familiae: quae nullo alio nisi piscibus uictitant: quos captos ubi arefecerunt (ad solem hoc faciunt) in pilam deiciunt ac pistillis pinsunt: deinde linteis conseruant: unde quisquis uult conspergit: offamque capit: quam in modum torreat. Cyro postquam hanc gentem ab eo subactam incessit cupido massagetas in suam potestatem redigendi: quae gens fertur & magna esse & robusta ad auroram solisque ortum sita trans araxem fluum e regione issedonorum uiroque sunt qui dicant eam scythice nationis esse.

Araxes istro maior et idem minor esse memoratur & in eo frequentes insulae lesbo lesbo pares magnitudine et homines qui illas incolunt estate uesci radicibus quibuscunque: quas ipsi auellunt: arborum autem fructus quos maturos comperiunt in cibum reponere: quo per hyemem uescant.

Apud eos etiam inueniri arborealem fructum ferentes: qui iactus in ignem ab iis qui ad se calefaciendos conuenerunt foco circumsedentes incensos igni sic ebrios reddit odore suo ut uinum grecos & eo uehementius: quo plus eius fructus fuerit iniectum: quoad consurgatur ad tripudiandum ac perueniatur ad cantum. Ad hec fertur esse eorum uiuendi consuetudo. Araxes porro fluius amantienis quidem unde & gyndes quem cyrus in trecentos ac sexaginta deduxit riuos fluit. Sed per sexaginta ora prorumpens: quae uno excepto in paludes diuiesque euoluntur. Vbi feruntur homines habitare qui crudis uictitent piscibus: & pro uestibus utantur uitulorum marinarum pellibus. Reliquum illud per apertum fluit in mare caspium: quod mare per sese est: nec ullo cum alio commiscetur. Nam et illud quod greci omne per nauigant: et id quod extra columnas uocatur atlanticum & rubrum idem est mare. Caspium uero alterum: ac per se ipsum est longitudinis quindecim dierum cursu nauis: quae remis utatur. Latitudinis ubi spatiosissimum est octo dierum. Qua ex parte ad uesperam uergit caucaso praetentum monte tum maxime uastitatis tum summe altitudinis multas in se atque multifarias gentes habente ac plerasque quae omnes

De tribus familijs babilonijs
quae non nisi piscibus uictitant.

Massagetae ubi siti sunt.

De Araxe flumio & quas insulas
efficiat quidque in eis generet.

De mari caspio et eius ambitu
moribusque gentium quae circa id sunt.

Bellum cyri contra Massagetar

De Thomyri Massagetar regina .

agresti materia uiditantes: vbi arborum frondes his: quę sunt apud nos
similes ferunt esse: quibus contusis & aqua dilutis illi animalia sibi per
uestes inscribere dicuntur: eaq; animalia nunq̃ elici: sed perinde atq; in
tio essent intexta: sic cum reliqua lana ueterascere. Horum quoq; homi-
num concubitus sicuti pecudum in propatulo. Et ad uesperam quidem uer-
gens hoc mare quod caspium uocatur Caucasus cohibet. Qua uero parte
uergit ad auroram orientemq; solem planities excipitur imense prospectu
magnitudinis: quam spatiosam planitiem non ex minima parte massage-
te possident: quibus bellum cyrus inferre cupiebat multis ac magnis soli-
citatus incitatusq; causis primum sua genitura qđ uidebant mauis quiddā
homine esse. Secundo loco felicitate qua fuerat usus aduersus hostes. Quā-
cunq; ēt gentem cyrus inuaserat: ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat
autem massegetarum regina defuncto uiro thomaris nomine: ad quam in
coniugium petendam cyrus misit uerbo duntaxat uolens eam habere uxore.
A numaduertens illa non se in coniugium sed regnum massagetarū peti accessu
cyro interdicat. Postea cyrus cum dolus non procederet progressus usq; ad ara-
xein aperte infesto cum exercitu in massagetar tendit flumen pontibus iun-
git: quibus copias traiciat factis ex nauibus turrel desuper edificans: Ad
quem in hoc labore occupatum Tomiris caduceatorem misit: qui diceret
rex medorum desine incumbere in quę incumbis nescius an ista quę con-
stitui tibi conducibilia erunt. Omisso incepto apud tuos ipsius regna &
sine finium quorum sumus principes esse. Vex tu admonitionibus his
uti uoles & omnia males q̃ocum. Quod si tantopere affectas lacessere mas-
sagetar fer quam sustines erunnain. Sed desiste iūgere fluum. A quo no-
bis tridui itinere digressis traucito in nostram regionem: Aut si mauis
nos excipere in uestram: tu hoc idem facito. Hęc ubi cyrus audiuit acci-
tis persarū primoribus coactisq; in medium rem proposuit consulens utrū
sibi agendū constituerent: Illoz in idem conuenere sententię iubentium
recipi in ipsorum regione cum suo exercitu tomirum: Quam sententiam
croesus lydus cum adesset improbat in contrarium disserens his uerbis.
E quidem tibi rex etiam antea dixi: quando quidem iupiter tibi me tra-
didit quicquid animaduertero errati in tua domo id omne per me uiri-
bus auersum. Nam meę ruine etsi ingratę mihi extitere disciplinę: si
tibi esse uideris immortalis & eiusmodi exercitu p̃cesse nihil est opus
ut meam dicam tibi sententiam. Sin uero te qđ agnoscis hominem et
istis eiusmodi p̃cesse: Illud in primis discito humanarum rez circum

esse : qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit. Ideoque de hac quam proposui re secus ego atque isti sentio. Si enim hostes in terram nostram uolumus excipere : id tibi ex hoc periculum erit ne fugatus omne amittas imperium : quia haud dubie uictores massagete non se retro fuga recipient : sed tuas provincias adorientur. Victor autem tu non adeo multum uincis quam multum si traieceris in terram illorum : quod uidetis massagetis instabis fugientibus. Hoc enim pro illo substituo consilium : ut uictor hostium recta pergas ad subigendum tomiridis regnum et quidem sine duce. Deforme est enim atque intolerabile cyrum cambysis filium mulieri cedentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet traiectis copiis procedere eo usque dum illi in occursum prodeant : Atque dehinc ita faciendo dare operam ut illos superemus. Namque ut ego audio massagete bonorum sunt perficorum insueti & magnorum commodorum expertes. His ergo uiris propone in nostris castris instructarum assatum epularum magna ui pecorum interfecta cum etiam ui poculorum uini meri atque omnis cibariorum generis. Hoc ubi fecerimus imbecillissimis quibusque militum ita relictis cum reliquis nos flumen recipiamus : Quibus tantis bonis illi conspectis nisi me fallit opinio se ad ea conuertent : unde nobis supererit facultas magnas res perpetrandi. Atque quidem in discussionem uenere sententie. Cyrus autem priori repudiata croesi que probata sententia indixit Tomiri ut retrocederet : ut pote se aduersus illam traiekturo : illa quemadmodum a principio spoponderat ingressa est. Cyrus in cambysis filii sui cui regnum tradebat manus prebuit Croesum ac maiorem in modum ut hominem honore beneficiisque prosequeret precepit si sua aduersus massagetas traiektio non recte cederet. Hec ubi precepit eosque remisit in perfidem ipse copias suas flumen traiecit. Transmisso araxe ubi nox aduenit uidit per quietem talem uisionem. Videbatur cyrus in somnis cernere maximum natu filiorum hystaspi achamenidi arsameni filio ex liberis natu maximus. Darius tunc ferme uigesimum etatis annum agens in perfide relictus : quod nondum maturus militie esset ex perrectus cyrus uisum suum intra se retractabat : quod cum ei magni momenti uideret uocato hystaspi remotis arbitris inquit Filius tuus hystaspes mihi atque regno meo insidiari deprehensus est. Hoc unde procul dubio noueri per me noscas licet. Dum mihi quod mei curam gerunt quaecumque euentura sunt ostendunt. Siquidem proxima nocte inter quietem uidi liberorum tuorum natu maximum in humeris habentem alas : quare altera asiam altera europam inumbraret : ex quo uiso nulla tergiversatio est quin ab illo mihi ten

dantur insidiæ. Quapropter tu ^uq̄ raptissime in persidem reuertere. facitoq̄ ut cum ego subactis massagetis illuc rediero filium tuum mihi sistas ad causam dicendam. Et cyrus quidem hæc locutus est scilicet. qđ sibi insidiam suspicabantur. At demon ei portendebat ipsum morte appetiturum: et eius regnum ad dareum esse peruenturum. Respondens hystaspes. Absit inquit rex. ut quispiam uir genere perses tibi molatur insidias. Qui si quis sit is primo quoq̄ morte mulctetur. Tu persas ex seruis liberos. ex subditis aliorum dominos effecisti. Qđ si qua tibi uisio filium meum indicat rebus nouis contrate studentem. ego tibi eum exhibebo pro tuo arbitrato. Hoc reddito responso hystaspes atq̄ araxe transmissio in persidem abiit. dareum filium cyro asseueraturus. Cyrus ab araxe progressus unius diei iter. quæ croesus admonuerat. exequitur. relictisq̄ illic imbelli parte copiarum. mox cum expedita manu ad araxem reuertitur. Hos ita relictos ex cyri exercitu aggreddiens tertia massagetani exercitus pars sese defensantes interimit. Eadem conspecto epularum apparatu post aduersariorum cedem ad epulandum discumbit. refertaq̄ cibo ac uino soporatur. Perse superuenientes multos occidunt. multoq̄ plures uiuos capiunt cum alios tum uero ducem eorum reginæ Tomyridis filium. cui nomen erat Spargapises. Tomyris cognito exercitu ac filii sui casu misso ad cyrum caduceato re ita inquit inexplibilis cruore cyrus ne spiritus tollas ex hoc quod actū est. si fructu uicino. quo ipsi distenti adeo desipitis ut debiscite in corpore uino improba a uobis uerba fundantur. tali ueneno filium meum uicisti dolo non prelio superior. Quare meum admittite consilium bene tibi consulenti. Abi reddito mihi filio ex hac regione ferens impune. qđ tertiam massagetarum partem profligasti. Quæ nisi feceris per solem iuro massagetarum domum fore ut ego te etsi insatiabilem cruore. tamen satiem. Hæc uerba ad se perlata cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyridis Spargapises ubi uino lassatus didicit se in malo esse exorauit a cyro ut uinculis solueretur. Statimq̄ cum solutus est ac manuum compos effectus se ipsum interemit. Atq̄ hic quidem talem obiit mortem. Tomyris aut̄ qm̄ cyrus ipsam non auscultauit contractis suis copiis ita confluit cum cyro. ut hanc pugnam ex omnibus. quæ inter barbaros extiterunt acerrimam censeam extitisse. quamq̄ ita gestam ita accipio. Primum utrosq̄ spatio inter se distantes sagittis egisse. deinde sagittis absumptis concurrentes lanceis pugionibusq̄ fuisse conserptos. ac diu pugnantes

Quo cyrus dolo tertiam partem
copiarum massagetarum cum re-
ginæ filio superat.

Quo Spargapises Thomyridis
reginæ. f. uitam finiuit.

Pugna memorabilis inter
massagetas & persas.

perstitisse neutris fugere uolentibus. Ad extremum massagetas superiores
 extitisse: ibiq; cum permagnam exercitus perfici partem tum uero cyrum
 ipsum excubuisse: cum undetriginta omnino regnasset annos: Cuius cada-
 uer inter cesorum persarum stragem Tomyris exquisitum cum inuenisse
 caput in utrem demisit: quem humano cruore compleuerat: mortuoq; in-
 sultans inq; Tu quidem meum uiuentis & in pugna uidtricis filium perdi-
 disti dolo captum. At ego te prout interminata sum cruore saturabo. Hec
 de cyri uite exitu: de quo cum multa referantur: is qui mihi uerisimilis
 uidetur a me commemoratus est. Massagete et amictum gerunt & uictu
 habent scythico similem: ex equis preliantur & pedibus. Vtroq; enim ge-
 nere ualent. Sagittarum item atq; hastati sangares hoc pugiones e more
 gestantes in omnibus auro utentes & ere in omnibus que ad hastas ad pha-
 retas pertinent: Auro autem in cunctis que ad capitis ad balteorum ad
 axillaz thoraces circundant. Circa frenum frenaq; & phaleras aurum adhi-
 bent: ferro atq; argento nihil prorsus utentes: quorum in regione cum im-
 mensa sit atq; eris copia ferri tamen atq; argenti nihil est. Moribus his
 utuntur. Singuli quidem uxorem ducunt: sed ea communiter utuntur.
 Nam qd greci memorant facere scythas id non scythae faciunt sed massage-
 te. Siquidem uir massageta: quoties libidine capitur mulieris suspensa
 ad plaustrum pharetra sine pudore concumbit. Terminus uite eis alijs p-
 positus est: nisi cum quis admodum senuit: cum conuenientes proximi quiq;
 cognati imolant: et cum eo aliquot pecudes: quarum carnibus pro epulo
 ubi decoxerint uescunt. Quod genus obitus apud eos beatissimum habetur.
 Langore extinctos non edunt: sed terra operiunt loco damni putantes qd
 apud imolatione non uenerint. Nihil omnino serunt. pecoribus uictitat
 piscatuq; qui eis abunde ex araxe fluuio suppeditat ac late quod poti-
 tant. Ex diis unum solem uenerant: cui equos imolant. Hic autem est
 eis mos sacrificandi ut deorum perniciosissimo e pecoribus omnibus per-
 nicissimum mactent:~

Mors cyri

De ritu et moribus
massagetarum

HERODOTI ALI CARNASEI LIBER

PRIMVS FINIT INCIPIT SECVNDVS

De cambyse cyri filio q̄ aduersus
egyptios fecit expeditionem
de egypto primum.

Quomodo Psammiticus nouit phry-
gas gñe antiquiores egyptiis fuisse



YRO VITA FVNCTO REGNUM SVSCE-
pit cambyse eius filius et cassanda ne pharnas
po gente: quam ante uirum defunctam cyrus &
ipse ingenti luctu prosecutus est et ceteris quibus
imperabat lugeri precepit. His parentibus ortus
cambyse cum ionel & eolei pro hereditariis sibi ser-
uis existimaret aduersus egyptios fecit expeditio-
nem comparato tum ex aliis tum uero e grecis q̄
bus dominabatur exercitu. Egyptu prius q̄ apud
eos regnaret Psammiticus hominum omnium se primos extitisse arbitra-
bantur. Verum Psammitico regnum adeptu cum incesisset cupido nosce-
di quoniam primi extitissent ex eo tempore putauerunt phrygas q̄ se pri-
ores extitisse: se uero q̄ ceteros. Enimvero Psammiticus ubi sciscitando quā
primi hominum extitissent nullum exitum inuenire potest: huiusmodi
rem machinatur. Pueros ex humilibus parentibus recens natos tradit pa-
stori inter pecora educandos. Hunc in modum iubens neminem coram eis
uocem ullam edere: solitaria in casa ambo sibi ipsis relinqui: eisdem in tē-
pore capras admoueri: ubi lacte expleti forent alia administrari. Hec i-
deo faciebat iubebatq̄ Psammiticus qd̄ cuperet ex pueris ubi inartacula-
te uagire desissent audire si qua uox prima erumperet prout & contigit.
Nam ubi bimatus exactum est tempus pastori qui hec administrabat aperiēti
ianuam atq̄ accedenti ambo infantes porrectis manibus procidentes beccus
clamabatur: qd̄ primo audiens pastor obtulit. Cum uero crebrius adeunti
et obseruanti idem uerbum frequentarent: ita demum re domino indicata
iussus ab eo pueros attulit exhibuitq̄. Quos cum et ipse Psammiticus audi-
isset percontabatur quoniam homines quippiam appellarent. Hec percon-
tans comperit phrygas sic panem appellantes. Tali negotio arguuntur phry-
gas se priores extitisse egypti concesserunt. Quod ita actum esse equidē
ex sacerdotibus uulcani qui sunt memphi audiebam. Greci tamen alia
multa & inepta memorant psammiticum pueros educandos curasse apud
mulieres quarum linguas precidisset. hactenus de puerorum educatione
referebant. Alia quoq̄ apud memphim audiui ex uulcani sacerdotibus:
cum quibus in colloquium ueni: Qui etiam harum ipsarum rerum gratia
et thebas et heliopolim idest solis urbem me contuli animo cognoscendi
nunquid consentanea forent his que memphi dicerentur. Nam heliopo-
litani feruntur egyptiorum esse sollertissimi: atq̄ ex his narrationibus q̄

ad rem diuinam pertinentia esse audiui: ea non libenter enuntiauerim: nisi ipsorum tantummodo nomina existimans omnes homines idem sentire de diis: Quorum quicquid commemorabo: id ratione coactus commemorabo: Quae autem humanarum rerum sunt: haec ita referebant inter se constare omnium hominum primos aegyptios annum comperisse distinguentes eum in duodecim temporum menses: idque comperisse ex astris: eo scientius ut mihi uidetur hoc agentes quam greci: quod greci quidem in tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt temporis gratia. Egyptii uero tricenis diebus: quibus duodecim menses taxant: adiciunt huic numero quot annis quinos dies: unde eis ratio circuli temporum constat eodem redeuntis. Egyptios quoque primos duodecim deorum cognomina censuisse: et ab his grecos fuisse mutuos: Primos item diis et aras et simulachra et delubra statuisse: quin etiam animalia in saxis insculpsisse: Quarum rerum pleraque ita effecta opere demonstrant: Praeterea primum mortalium regnasse Menem ac sub eo omnem aegyptum praeter thebaicam plagam palustrem fuisse: ex eaque nihil eorum quae supra stagnum mirros extant extitisse: in quod stagnum a mari per flumen septem diebus nauigatur. Atque de regione bene mihi dicere uidebantur. Manifestum est enim ei: qui si antea non audierit tamen inspexerit modo sit sollertia praeditus. Egyptum inquam greci nauigant: accessionem esse terre ac fluminis donum. Quin etiam loca supra stagnum: hoc ad trium usque dierum nauigationem: de quorum illi amplius commemorabant. Est autem & aliud tale. Nam aegyptiacae regionis huiusmodi natura est. Iam primum cum aegyptum uersus in alto cursum tendens procul ab ea adhuc diurnae nauigationis spatio patieris sensum cernis etiam in aqua undecum alta passus: Quae res declarat eatenus esse humi aggestum. Ipsi autem aegypti longitudo secundum mare sexaginta schoenorum id est funiculorum est: quemadmodum nos aegyptum distinguimus a sinu plinchi nete id est lateritio usque ad stagnum Serbonidis ad quos mons cassius usque pertingit. Itaque ab hac parte sexaginta schoeni sunt. Etenim qui modicum terre possident metiuntur illam passibus: qui minus inopes terre sunt metiuntur stadiis: qui multum possident parasangis: qui plurimum sane schoenis: Constant autem parasange tricenis. Schoenis sexagenis stadiis. Ita erat aegyptus secundum mare stadiorum trium milium sexcentorum.

¶ Hinc ad heliopolim mediterranea uersus aegyptus spatiosa est supina omnis et aquarum inops simul & limosa. A mari ad heliopolim eundo per superiora eiusdem pene spatii iter est: Cuius ab athenis illud quod ab ara duodecim

Quarum rerum aegyptii reprobis extiterint.

Menel primus aegyptiorum rex.

Longitudo aegypti secundum mare.

deorum fert pisam & ad delubrum iouis olympi: quæ itinera si quis com-
 putet inueniet haud paruum quiddam differre: quo minus paria sunt:
 aut non amplius quindecim stadiis. Nam uix quæ ex athenis pisam fert
 quindecim stadia defunt: quo minus sit mille & quingentorum stadio-
 rum. At ea quæ a mari ad heliopolim ducit hunc stadiorum numerum
 complet. Ab heliopoli per superiora eundo egyptus angusta est. Nam qua
 parte mons arabie exporrigitur: ab aquilone ferens ad meridiem atq;
 ad austrum semper superiora pertingit ad mare qd rubrum uocatur: u-
 inst lapidicines ad pyramides: quæ sunt apud memphim excise. Ab hac
 quidem parte desinens mons declinat in quæ dictum est. Qua uero parte
 productior se ipso est duorum ego audiebam mensum itineris esse ab au-
 rora ad hesperum: et eius extrema quæ ad auroram uergunt feracis thu-
 ris esse: atq; hic quidem mons talis est. Quo autem latere aphyricam egyptus
 spectat: alius mons saxeus extenditur: in quo pyramides sunt: sa-
 bulo obsitus eodem modo quo arabici montis tractus: qui a meridie fert.

1 taq; qd ab heliopoli non ita multorū spatorum est: qd modo egypti sit:
 sed quatuor duntaxat dierum nauigatione egyptus angusta est. Inter
 eos quos dico montes quod intercapedinis est campestris est terra stadio-
 rum ferme ut mihi uidetur: qua parte artissima est non amplius ducen-
 torum. E monte arabico ad eum qui dicitur punicus. Illinc rursus egyptus
 laxa est. Atq; ita situs regionis natura comparatus est. Ab heliopoli
 autem ad thebas nouem diebus nauigatur: spatio quatuor milium octin-
 gentorum & sexaginta stadiorum hoc est unius & octoginta schoenorū:
 quæ egypti collecta secundū quidem mare sunt prout a me superius in-
 dicatum est tria milia sexcenta. Quantum uero a mari ad thebas medi-
 terraneum indicabo. Sunt enim sex milia ac centum uiginti stadia. A
 thebis autem ad urbem nomine elephantinam octingenta uiginti. Huius
 igitur regionis: quæ a me dicta est pleraq; pars: ut et sacerdotes aiebant:
 et mihi ipi esse uidebatur acquisiticia egyptus est. Siquidem qd inter
 predictos montes supra memphim urbem positos medium est: uidetur mi-
 bi sinus mari aliquando fuisse: quemadmodū ea quæ sunt circa helium
 et theutraniam et ephesum & menandri planitiem: ut hæc parua magnis
 comparentur: Qm nullum eorum fluminum: quæ has regiones oblima-
 uerunt dignum est comparari uni ex septem ostiis nili magnitudine.

Sunt alii fluiui nequaquā ad magnitudinem nili qui magna opera ediderūt:
 quorum nomina possem referre cum alii tum uero achelais: qui per acar-

nariam fluens in echinadum insularum mare iam eas media ex parte fecit continentem. Est autem arabie regionis non procul ab egypto sinus maris productus ex eo quod rubrum uocatur longus ita atque arduus ut disserendo ostenda. Prolixitas quidem inchoando nauigationem ex macho in amplum equor consumit quatuor dies remigationis. Latitudo uero ubi sinus amplissimus est dimidiam diem nauigationis. In quo sinu quotidie reciprocatio aquarum & uadosum estuarium. Alium huiusmodi sinum arbitror in egypto extitisse: quorum alter mare ad aquilonem habet ethiopiam uersus: alter arabicum: de quo disserere pergam ferens ex austro in siriam: qui penes inter se suos recessus terminant. Exiguo quodam terre intervallo dirempti. Quod si in hunc arabicum sinum nilus uelit alueum suum conuenire: quid eum prohibebit assidue fluentem: quin intra uiginti milia annorum illum obliuet. Ego enim credo intra decem milia quae ante me natum transferunt sicuti siccania facta sunt nimis et sinum siccanum fieri posse etiam multo quam hic est maiorem a tanto flumine atque ita operoso. Itaque quae de egypto ab referentibus audiui ea et ipse ita habere existimo: quippe cum uideam et egyptum esse expositam a terra contigua & conchylia existere in montibus ac saluginem exundare: quae etiam pyramides corrumpat & montem hunc qui in egypto imminet memphi harenas solas habentem. Præterea regionem hanc nulli alteri conterminæ aut arabie aut apbrice aut syrie assimilabilem esse. Et enim arabie maritima ubi syri incolunt pulla humus est & fragilis ut pote limus ex alluuiionibus ab ethiopia flumine deuectus. Nam puniceum humum scimus magis puniceam esse et magis subarenaceam. Arabicam uero atque syriacam argillosiorem ac suppetrosam. Quin etiam id magni huius terre huius terre documentum tum aiebant sacerdotes sub rege miri fluiuium quotiens octo cubitis dum minimum influebat irrigasse egyptum: quae supra memphim est nec dum ab obitu miri non ingenti sunt anni ad tempus quo hæc ego a sacerdotibus audiebam. At nunc nisi ad sexdecim aut ad quindecim saltem cubitos ascendat fluiuius regione non transcendit: Quae regio si proportionem in altum surgat & tantumdem ad incrementum intendat uidentur mihi egyptum utique uel qui infra paludem incolunt eum alia loca tum uero eum qui uocatur delta idem passuri omni futuro tempore eam regionem nilo non restagnante: quod aiebat ipsi passuros aliquando grecos. Nam cum audirent omnem grecorum terram pluuiis perfundi non fluminibus ut suam dicebant fore: ut dece

pti aliquando magna spe male esurirent: qui sermo hoc dicere uult: grecos
 si nolit eis deus pluuere sed siccitate uti extinctum iri: ut quibus nihil aliud
 aque nisi tantum qđ ex ioue sūministraretur. Atq; hec quidem que ab egy
 ptis in grecos dicuntur recte habentur. Age nunc uicissim dicam ut res apđ
 ipsos egyptios habeant: Si ut superius dicebam que infra memphim est re
 gio. Hec enim est que augetur uelit in altum augescere proportionē prę
 teriti temporis: quid aliud egyptios qui illic incolunt qđ esurituros si neq;
 gustare ea que ab ioue sunt neq; a flumine restagnari queant rura istorum.
 1 Ibi nanq; ex omnibus hominibus atq; ex omnibus egyptiis maxime illabo
 ratum percipiunt fructum: qui neq; proscindendis aratro sulcis neq; subi
 gendo solo neq; aliud quicq; exercendo eorum in aruis colendis ceteri mor
 tales laborem tolerant. Sed posteaq; fluuius sua sponte superueniens irriga
 uit rura & rursus irrigata deseruit: Tunc ī suum quisq; rus iacto semine
 messem deinde expedit. Atq; ubi suis uersauerit: ita demum fru
 mentum percipit. Quod si uelimus de egypto ionum uti sententis qui sen
 tiunt solum deleta esse egyptum a persei specula appellatum dicentes illam
 secundum mare ad peluschia usq; terachia quadraginta schoenorum esse: a
 mari autem mediterranea uersus pertingere ad certasorum urbem: iuxta
 quam scinditur nilus in pelusium fluens & in canopum: cetera uero egypti
 partem esse aphricę ostendemus. hac ratione utentes nullam egyptiis pri
 mitus fuisse regionem. Nam delta eis ut et ipsi dicunt & mihi uidetur
 defluxa humus est ac nuper ut sic dicam extitit. Itaq; si nulla eis terra e
 rat quid curiosi sunt putantes primos homines extitisse: sed semper fuisse
 qui ne in puerorum quidem experimentum quam primam linguam p
 derent ut debebant: quos ego opinor neq; cum loco quem delta ionēs uo
 cant pariter extitisse sed semper fuisse: ex quo genus hominum extitit:
 progressuq; terre multos ex eis reliquos fuisse multos aliunde subingressos.
 1 deoq; olim thebe egyptus uocabatur: cuius ambitus est stadiorum sex milia
 ac centum uiginti. Itaq; si nos de eis recte sentimus: ionēs non recte sentiūt
 de egypto. Sin ionēs recte sentiunt ostendo neq; grecos neq; ionēs scienter
 computare. Qui cum aiunt tria membra totam esse terram: europam asia
 aphricam: quarum membrum annuerat delta egypti: si non sit neq; asia
 neq; aphricę. Nam secundum hanc rationem non est nilus: qui asiam ab
 aphrica disternat: qui cum diuortia faciat circa acumen delte: qđ in
 medio est id asia & aphricę esset: de quo nos ionum sententiā missam facien
 tes ita sentimus: egyptum quidem eam omnem esse: que ab egyptiis inco

latur: quemadmodum quæ a ciliabus et assyriam eam quæ ab assyris. Sed
 asiæ & aphricæ scimus recta ratione nullum terminum nisi terminos egyptiorum.
 Si uero id quod grecis persuasum est sequemur sentiemus omnem egyptum.
 quæ catadupis & elephantina urbe incipit bifariam diuidi: & utrinque co-
 gnomen obtinere. Aliam enim eius partem esse aphricæ aliam asiæ. Quippe
 nilus a catadupis incipiens mediam interfluens egyptum irrupitur in
 mare uno quidem usque ad certarum urbem alueo tripartito deinceps:
 quorum alueorum unus ad auroram: quod pelusium ostium/alter ad ue-
 speram tendit: quod canobicum ostium nominatur: tertius quo recta ni-
 lus meat talis est. Delatus per superiora in acutum delta proficiscitur. De-
 hinc medium delta scindens in mare euadit non minimam huic alueo por-
 tionem aquæ præbens: nec minime celebrem: quod sebenniticum hostium
 appellatur. A sebennitico item duo alia diuiduntur ostia in mare ferentia:
 quibus hæc sunt imposita nomina uni sanicum/alteri medensium. Nam
 quæ bolboticum & bucolicum nominantur non sunt natia ostia sed defos-
 sa. Nunc meæ opinioni tantam esse egyptum quantum ratione demonstra-
 ui testimonium dat etiam oraculum: quod ab hamnone est redditum: quod
 ego posterius quam ita in animum induxeram circa egyptum audiui. Nam
 qui sunt ex urbe marea & apia incolentes egypti fines aphricam uersus:
 quod sibi poeni non egyptii uiderentur: quodque perosi sacrorum ceremonias
 uolent bobus foeminis prohiberi: miserunt ad hammonem negantes cum
 egyptiis quicquid sibi esse commune. habitare enim se extra delta: nullumque
 sibi cum illis lingue esse commercium: ac uelle sibi fas esse omnia gustare.
 Hoc eos deus facere non permisit inueniens egyptum eam esse: quam nilus
 supergressus irrigaret: quique elephantinam incolentes ex hoc flumine potaret
 eos esse egyptios. Hæc illis ita responsa sunt. Porro nilus ubi inflatus est
 non modo delta inundat uerum etiam plagam quæ dicitur aphricana etiam
 aliquotiens & arabicam: idque utroque uersus duorum dierum itinere & ampli-
 us eo uel minus: de cuius fluminis natura neque a sacerdotibus quippiam
 neque ab alio ullo percipere potui: cum promptissimo forem animo ad hæc
 ab illis audienda: cur nilus aquis inflatus deueniret inchoans intumescere
 ab æstiuo solstitio ad centum usque dies & prope totidem retrocederet relin-
 quens fluentia ita ut per omnem hyemem tenuis esse perseveret. Ad solsti-
 tium rursus æstiuum de his omnino nihil potui percipere ab egyptiis susci-
 tando num aliquam uim nilus haberet naturam diuersam a ceteris flumi-
 nibus. Hæc ego noscendi cupidus eos interrogabam: Et cur solus omnium

De nili fluis na.

Nō falsam esse eorū opinionē :
q̄ credunt nilum etesūs intu-
mescere.

Qd̄ falsa est secunda opinio
eorū qui dicūt nilum esse oce-
anum.

Qd̄ falsa est. iij. opinio eorū
q̄ dicūt ē niuib; liquescentib;
manare nilū.

Quare nilus estate impleat.

nullas ex se auras remitteret : De qua tamen aqua grecorum insignes cum uellent effici sapientia trifariam disseruerunt : quarū opinionū duas ne mentione quidem dignas existimo nisi eatenus ut illas tantum significem . Earum una ait uentos ethesias esse in causa ut nilus infletur prohibentes eum effluere in mare . Atq; non nunq̄ ethesie nondū spirauerunt : cum nilus id agit . Ad hec si ethesie causa foret / oporteret alia quoq; flumina / quęcunq; etesūs obnoxia sunt idem qd̄ nilus pati : et eo magis quo tenuiora sunt minores gurgites exhibentia . Sunt autem multa in syria / multa in aphrica flumina / quę nil tale patiuntur : quale patitur nilus . Altera opinio incredibilior quidem : q̄ hec quę dicta est dictu tamen admirabilior : quę ait illum qd̄ ab oceano fluat istud efficere ipsum uero oceanum orbem terrarum circūfūsum . Tertia opinio ut multo modestissima ita longe falsissima est : quippe quę nec ipsa aliquid dicit inquiring e niuib; liquescentibus manare nilum : qui cum ex aphrica per medios ethiopes fluens in egyptum euadat ex locis calidissimis ad frigidissima quantus ex niuib; flueret . De qua re multa sane sunt : quę quis coniectare possit non esse credibile eum qui talis sit manare e niuib; primum ac maximum testimonium perhibentibus uentis : q̄ ab his regionibus calidi spirant . Secundum ea plaga : quę sine umbris et sine glacie perpetuo est . Super niuem autem quę cedit necesse est omnino intra quinq; dies pluere : ut si in his regionibus plueret etiam mergeret . Tertium homines qui ab estu solis nigri sunt & miluii atq; hirundines : quę illic perennant / grues quoq; quę scythice plage hyemē fugientes ad hec loca se conferunt hybernatum . Si igit̄ uel quantulūcunq; ningeret in ea plaga per quam fluit & ex qua incipit nilus profecto nihil tale esset / quemadmodum necessitas arguit . At is qui de oceano loquitur ad occulta fabulam referens caret argumento . Neq; enim ego ullum noui fluium : qui esset oceanus . Sed hoc nomen opinor hominum aut aliquem priscorum poetarum cum inuenisset in poeticā intulisse . Quod si opiniones quas proposuit improbatam me oportet de occultis ferre sententiā dicam quare mihi uideatur impleri estate .

H yberno tempore sol ascendens a pristino cursu super hyemale sidus me-
at in superiora aphrice . Hoc quidem ut breuissime demonstretur to-
tum dictum est . Et enim deum hunc ut cuiq; terre proxime accedit /
ita eam maxima siti afficere credibile est & scaturigines indigenarū
amnum arefacere . Vt aut̄ plumbis uerbis demonstretur ita habet .

Sol apbrice superiora permeans istud efficit. Nam cum omne ueris tempus sit serenum in his regionibus: et ipse regiones sint torride: quas sol transiens uentos frigidos facit: quemadmodum medio celo means estate facere consuevit ad se trahit aquam attrahamq; in superna abicit loca: quam excipientes uentia ac dissipantes liquefaciunt: hi uidelicet ut credibile est: qui ab regione flant auster & apbricus multo oñz pluuiosissimi: quanq; mihi uidetur non omnem sol humorem eius a nilo remittere: sed penes se ipsum reseruare. Idem mitigata hyeme rursus in medium celi regreditur. Atq; illinc iam itidem ex cunctis fluminibus trahit humorem: que flumina mox multarum aquarum umbre cōmixto terram madefaciente utiq; lacunosam magna decurrunt: at estate cum destituantur ab imbribus & a sole attrahantur exiliora sunt.

Nilus autem qui imbribus caret cum attrahitur a sole merito solus fluuiorum eo tempore fluit multo exilior q̄ solet p̄ estatem. Tunc enim pereque attrahitur. Ita solem censui huius rei esse causam. Idem mea sententia auctor est aere siccatatis in ea regione dum exequat transitu suum: ita semper apbrice superiora estas obtinet. Quod si finium ac celi situs immutaret: & ubi nunc aquilo situs est et hyems ibi austri situs est et meridiei: et ubi auster illic aquilo collocatus esset. Si hec ita haberent profecto sol amotus e medio celo sub hyemem & aquilonem meraret supra europam: quemadmodum nunc supra aphricam: pertransiensq; nobis omnem europam faceret opinor eadem in histro que nūc facit in nilo. De aura autem que nulla e nilo efflat hoc mea refert opinio consentaneum e locis ualde feruidis nihil respirare aure: que ab aliquo frigido flare gaudet. Verum hec ita sint quemadmodum & sunt & initio fuere. Nili tamen fontes nemo neq; egyptiorum neq; grecorū neq; aphrorum cum quibus in colloquium ueni se nosse professus est preter scribam sacrarum minerarū pecuniarum apud egyptum in urbe say: qui mihi iocari uidebatur affirmans se id procul dubio nosse. Sic autem dicebat esse geminos montes cacuminibus in acutum tendentibus inter sienem posita urbem Thebaidis & elephantinam: quorum uni nomen esset cophri alteri mophi: et ex illo medio nili fontes abyssos hoc est immenses altitudinis emanare: cuius aque dimidium egyptum uersus et neutrum aquilonem fluere: reliquum dimidium ethiopiam uersus atq; austrum.

Qd autem abyssi forent fontes aiebat psamiticū regem periculū huius rei fecisse: qui funibus multorum milium passuum connexis in fontem demissis

De nili fontibus.

cum ad fundum non deuenisset. Scriba hic si modo gesta fuerant quæ dicebat affirmando faciebat: ut ego opinarer uortices quosdā esse rapacissimos ac reflexus quemadmodum precipitantis e montibus aque nequit funis ad explorandum demissus peruenire in fundum. Aliud ab ullo audire non potui: nisi cum ipse inspicuendi gratia ad elephantinam usq; urbem profectus sum quiddam longissime narrationis: qđ ex fama illic iam inquirendo accepi eunti ab urbe elephantina ad superiora esse locum accliuem: ubi necesse sit nauigio utrinq; alligato tanq; boue pergere: et si funis abrumptur abire in iugum rapiente fluminis impetu: abesse autem hunc locum ultra quatuor dierum nauigatione: ibiq; nilum tortuosum uelut meandrum ad duodecim schoenorum: quibus hunc in modum nauigare oportet & postea peruenire planum in locum: ubi sit insula nilo circūflua nomine tacompsio ab elephantina desuper ethiopes incolere & dimidium insule: nam alterū dimidium incolere egyptios. Insulam contineri ingenti stagno accolentibus circum ethiopibus pastoribus: in quod e nilo subuectus peruenias in alueum: qui in stagnum infunditur. Deinde egressus itinere pedestri quadraginta dieꝝ pergas propter flumen. Nam in nilo acutos scopulos existere & saxa frequentia: per quæ nauigare non licet: peragrato quadraginta diebus eo loco alterum rursus ingressus nauigium subueheris: dum uenias in oppidum magnum nomine meroem: quæ fertur aliarum urbium ethiopie esse metropolis: Cuius incolæ solos deorum incolunt iouem & liberum: eosq; magnopere uenerantur. Ioui etiam cōstituerunt oraculum: cuius responsis postea q̄ iubentur & quocunq; iubentur eo sumant expeditionem. Ab hac urbe tantundem temporis intra quantum ad ipsam ex elephantina peruenitur nauigando peruenias ad transfugas: quibus nomen est asinach: qđ uerbum græca in lingua idem pollet qđ sinistra regie assistentes. Isti cum essent egypti bellatores ducenta & octo milia ad hos ethiopes transiere. Hac de causa sub rege psammetico fuerant in presidio collocati alii ad urbem elephantinam & ad daphnas pelusias aduersus ethiopes: alii aduersus arabes et syros: alii ad meroem aduersus poenos: quibus in locis quemadmodum sub rege psammetico erāt: ita mea etate persarū presidia excubant. Nam & in elephantina & in daphnis perse excubias agunt. Cum igitur triennium in presidio fuissent egypti neq; illinc ab aliquo dimitterent cōmuni usi consilio a psammetico ad ethiopiam sibi transcundum putauerunt: Quos re audita psammeticus insecutus ubi est assecutus multis uerbis obsecrabat uetabatq; patrios deos ac liberos uxoresq; deserere. Ibi quidam illoꝝ fertur ostenso ueretro dixisse: ubi

cunq;

cunq; id esset ibi sibi et uxores et liberos fore. Hi postea q̄ in ethiopiam p̄
fecti sunt sese ethiopum regi tradiderunt. Quos ille ita remuneratus est. Erāt
enim nōnulli ethiopum aduersari: quorum terram eripientes istos iussit in
colere. Ethiopes his colonis inter se collocatis facti sunt mansuetiores morib;
egyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur mensium partim nauigationem parti
ter cognoscitur. Nilus pr̄ter id quo fluit per egyptum tot enim menses
in sūma reperientur impendi ab his qui ex elephantina ad hos profugos per
gant. Fluit autem ab hespero et occasu: dehinc quid sit nemo potest pro com
perto narrare. Est enim deserta pr̄ feruore ea regio. Accepi tamen hęc ex
quibusdam cyreneis: qui se ad hammonis oraculum isse commemorarent:
collocutusq; cum ethearcho hammoniorum rege & ex aliis sermonibus deue
nisse in gratulationem de nilo: cuius nemo nosceret fontes fontes ethearchūq;
narrasse aliquando nasamonē quosdam ad se uenisse quę gens sit punica
Syrtem incolens eo oram quę uergit ad auroram non multum supra syrtim
Eo cum uenisset interrogarenturq; nunquid amplius haberet qđ referret de
aphricę desertis retulisse apud se fuisse uirorum pr̄potentū filios procaces
eos cum in uiridem etatem adoleuissent cum superuacua alia fuisse machi
natos: tum uero ex sese quinq; socios ad inspicundas aphricę solitudines si qđ
amplius haberent qđ referret de aphricę desertis retulisse cernerent qđ hi qđ lo
gissima inspexissent. Oram enim maritimā aphricę aquiloni obnoxiam &
poenoz permultas gentes ab egypto incipientes omnem obtinere usq; ad pro
montorium soloentem quod aphricam terminat: pr̄ter id demum qđ aut
greci obtineant aut phoenices. Supra maritimam oram & eos qui ad mare
incolunt feris habitari: ulteriora feris arenosa uehementerq; arida ac prorsus
uasta. Igit̄ eos iuuenes ab equalibus dimissos aqua atq; cibariis probe instru
ctos. primum per loca hominibus habitata perrexisse. Hanc per menses in illa
feris frequentem peruenisse: & ex ea per solitudines iter fecisse in uentum ze
phyrum: peragratoq; multo spatio fabulosi loci pluribus sane diebus aspexis
se demū arbores in planitie quadam enatas ad easq; accessisse: ac fructum
qui inerat decerpisse: eisq; inter decerpendum superuenisse quosdā infra me
diocrem staturam pusillos uoce quę nec a nasamonibus cognosceretur nec
nasamonum uocem ipsa cognosceret & ab his prehensos ductosq; per maxi
mas paludes atq; illas trāgressos peruenisse in urbem: in qua uniuersi foret
equali statura illis qui abduxissent colore nigro. Eam urbem pr̄terlabi
grande flumen ab hespero ad orientem solem flumen: in quo apparerent
cocodrilli. Hactenus a me de sermone hammonii etearchi commemora

tum sit : nisi quod is aiebat Nasamonēs ut cyrenēi referebant reuertisse : et eorū hominēs ad quos illi peruenissent omnes esse fallaces . Flumen autē quod præterfluebat & ctearchus coniectabat nilum esse : et ratio sic dicat . Ex aphyrica enim nilus fluit : eamque mediam secat : et ut ego ex aptis ignota coniecto , pariter tractu atque histēr meat . Ister namque fluuius ex celis atque urbe pyrenē profluens . Certe autem sunt extra cyppos berculī cynesium finitimi omnium in europam ad occasum habitantium ultimis mediam europam scindit : totamque permensus : quā histriam milesiorū coloni incolunt : maxi euxino finitur . Et histēr fluit quidem enim per terram habitatā inter primos cognoscitur . De Nili uero fontibus nemo habet quod referat & merito utpote aphyrica per quam fluit , deserta : de cuius fluxu quod potuit longissime narrari dictum est . Euadit autem in egyptum . Porro egyptus montangē cilicię fere opposita est . Hinc recta ad sinopem in ponto euxino positam quinque dierum iter est uiro expedito . Sinope autem histro mare irrumpenti ex aduerso sita est . Ita nilus totam permeans aphyricam uidetur mihi equiperandus histro .

Hactenus de nilo dictum est . Venio ad plura de egypto referenda : quia plura quam alia omnis regio mirabilia habet : et præter omnem regionem exitu opera relatu maiora . Horum gratia plura de ea commemorabuntur .

Egypti quemadmodum & celo quod apud eos est et flumine diuersa ab aliorum natura : ita ipsi pleraque omnia a ceteris hominibus diuersa constituerunt et instituta et iura . Apud quos quidem foemine negotiantur cauponanturque & inlicitis operis uacant : Viri autem intra domos texunt : alii nullum subtegminis desuper tramant . Egypti subter onera uiri capitibus foemine humeris baiulant : Foemine stantes mungunt : uiri sedentes . Domi uentrem exonerant : exterius in uis comedunt : reddentes rationem quę sunt turpia : sed necessaria ea in occulto fieri debere : palam uero quę non turpia . Mulier neque dei neque deę ulla sacerdos est : sed uiri deorum omnium & dearum . Alendi parentes filiis nulla nolentibus filiabus etiam ut nolint summa necessitas est . Deorum sacerdotes alibi comati sunt : in egypto derasi . Apud alios ritus est statim in fune proximi capita deglabrare : egypti in funebus sinum capitis crines augetescere : barbam tamen tondent . Apud ceteros mortales uictus a ferarum secretus est consortio : egypti cum feris uescuntur . Alii frumento atque bordeo uictitant : egyptus uictitare uis quę ex iis facta sunt maximo opprobrio est : sed cibis e farre confectis : quod quidam siliginem appellant .

De egyptiis & eorū ritu
& moribus .

C onspersionem pedibus lutum manibus subigunt. Virilia prout contin-
gerent alii esse permittunt præter eos qui ab istis didicerunt: egyptii circū-
cidunt. Viri binas uestes habent: foemine singulas. Alii uelorum infulas &
funes extrinsecus assuunt: egyptii intrinsecus. Greci lras scribunt et cal-
culis computant a sinistro in dextram manum ferentes: egyptii a dextro
in sinistram. Litteris bifariis utuntur: quarum unas sacras uocant: po-
pulares alteras. In deos religione supra modum supraque omnes homines.
T alibus etiam moribus utuntur. In eis in poculis potant: singulis ea diebus
extergentes. Non eorum aliquot etiam aliquot: sed uniuerſi. Linea ferunt
uestimenta semper recens abluta: huic rei præcipue uacantes. Virilia cir-
cumcidunt: Mundicie gratia: pluris facientes se mundos esse quàm decoros.
S acerdotes tertio quoque die totum corpus eradunt: nequid eis inter deorum
cultum aut pediculi aut alterius sordis creetur. Idem tantummodo linea
calceos papiraceos gestant. Aliam uestem aut alios calceos induere eis fas
non est. Lauantur quotidie frigida interdum ter noctu bis. Alias præte-
rea cærimonias: prope dixerim infinitas exercent: Qui etiam non exi-
guis afficiuntur commodis. Nam neque e re domestica aliquid conterunt
neque conterunt erogant. Sed eorum singulis quotidie cibi sacri cocti præsto
sunt & carnis bubulæ & anserinæ satis abundeque uinum quoque uineale
traditur. De piscibus gustare nefas est illis. Fabas egyptii in sua terra
neque admodum serunt neque natas aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes
uero ne aspicere quidem sustinent arbitantes: haud illud legumen ef-
ſe. Initiantur non sigillatim cuique deorum sed gregatim: quorum unus est
pontifex. Vbi quis defunctus est: filius eius subrogatur. Boues mares e-
paphi esse censent: Eaque de re illos hunc in modum explorant. Si pilum in
eo nigrum uel unum uiderint: nequaquam mundum censent. Explorat autem
hec sacerdotum aliquis ad id constitutus. Linguam pecudis tum stantis
erecte tum resupinate exerendo: si munda sit his signis: quæ ego alio re-
feram in libro inspicit & caudæ pilos: nunquid habeat secundum naturam
procreatos. Eam si fuerit his omnibus munda notat: alligato cornibus ca-
nabo: deinde applicata terra sigillari anulo impressa: atque ita abducunt.
N am umolare non notatam poena morte sancita est. Et hunc quidem in
modum pecus probatur. Sacrificandi autem hic eis est ritus. Pecude quæ
obsignata est ad aram ubi umolant adducta: pyram incendunt: deinde
supra pecudem libatam contra templum uino ac deo inuocato eam ma-
ctant: mactatæ caput abscidunt: corum detrahunt: multisque uerbis

De sacerdotibus egyptiis
cultuque eorum.

De ritu sacrificandi apud
egyptios: et quos deos colant.

execrati caput absportant in forum si nundine sunt et eis greci negociatores affuerint. Atque illis uendunt: qui non affuerint in flumen abiciunt. Execrantur autem capita in hec uerba. Siquid mali aut ipsis imolantibus aut uniuersae egypto futurum sit: id in caput hoc conuertatur. Eodem ritu circa capita pecudum imolanda et uini libamina omnes pariter egyptii ad omnia templa utuntur. Atque ex hoc ritu nemo egyptiorum de capite ullius animantis degustat. Est autem sacrorum delectus: et alius apud alia templa dolendi modus ab eis institutus. Quae uero aut demonem maximum censent aut diem festum maximum agunt nunc pergam dicere. Posteaque ieiunauerunt pridie festi atque obdormiuerunt uaccam imolant eamque corio exuunt et toto alio uacuant intestina intra uentrem adipemque relinquunt: crura truncant et extremos bombos arinosque et ceruicem. His actis reliquum uaccae corpus stipant panibus puris et melle et uua passa et ficis et thure et myrrha atque aliis odoribus. Vbi hec inferserunt adolent multum olei et uini infundentes ieiunium tum priusquam sacrificent dum sacrificium ardet omnes uerberantur. Posteaquam uapulauerunt dapes ex sacrificii reliquiis proponuntur. Boues inares eosdemque mundos ac utulos uniuersi egyptii imolant. Foeminae ei imolare non licet: utpote isidi consecratae. Nam isidis simulacrum muliebre est bubulis praeditum cornibus: quemadmodum iohannes greci describunt: bouesque foeminae omnes itidem uenerant ex omnibus pecudibus longe plurimum: Eoque nemo egyptius egyptiae uel greci uiri aut ossa in etretur aut cultro ueru uel olla uel pura bouis carne greco cultro incisa uterentur. Boues qui demortui sunt in hunc modum sepeliunt foeminae quidem in flumen abiciunt inares autem in suburbanis singuli defodiunt uno uel altero cornu extante signi gratia. Vbi compruuerunt et statutum tempus aduenit presto est ad singulas urbes nauis ex insula noie prosopitide: quae est in delta nouem schoenorum ambitus. In qua aliae sunt cum frequentes urbes tum ea unde profiscuntur naues ad ossa tollenda nomine atarbechis: ubi templum ueneris extructum est. Ex hac urbe alii per multi uagantur in alias urbes. Vbi effoderunt ossa absportant: eaque uno in loco cuncta sepeliunt: quem in modum boues in eundem defuncta alia pecora sepeliunt. Ita enim apud eos circa hec legibus comparatum est. Nam neque intermunt. Ceteri qui iouis thebani templum incolunt haud thebani ritus sunt: hi omnes ab omnibus se abstinentes capras imolant. Non enim eosdem deos pereque colunt uniuersi egypti praeter isidem et osirim: quem bacchum esse aiunt. Hos pereque uniuersi colunt: qui mendetis templum

- obtinere suae mense ritus sunt. Hi capris abstinentes imolant oues.
- 1 itaq; thebani et quicumq; propter illos ouibus parant / aut sibi ideo conditam esse hanc legem: qd iupiter cum ab hercule cernere eum uolente cerni nollet / tamen exoratus id commentus sit: ut amputato arietis capite pelleq; uillosa quam illi detraxerat induta sibi ita sese herculi ostenderet / et ob id egyptios instituisse iouis simulachrum facere arietina facie: et ab egyptiis hammonios accepisse: qui sunt egyptiorum atq; ethiopum coloni: et linguam inter utrosq; usurpantes: qui etiam mihi uidentur ea de re se hammonios cognominasse: qd egypti iouem hammonem appellant.
- Ob hanc rem arietes non mactantur a thebanis sed eis sacrosancti sunt. Certo tamen die quot annis in festo iouis unum denuum arietem amputant: cuius pellem detractam hunc in modum iouis simulachro induunt: ad illudq; deinde aliud ducunt herculis simulachrum. Hoc acto cuncti qui circa templum sunt arietem uerberant: deinde in sacra eundem urna sepeliunt. De hercule hunc ego audiui sermonem: qd sit unus de diis duodecim. Nam altero quem greci norunt nulla in parte egypti quippiam potui inuenire: cuius nomen non egypti a grecis acceperunt sed greci potius ab egyptiis et hoc nomen filio imposuere amphitrionis. Quod ita se habere cum multa mihi indicia: tum uero illud: qd huius herculis uterq; parens amphitrion & alcmene fuerunt ab egypto oriundi. Ideoq; egypti negant se aut netunni aut tindaridaz nomen nosse: neq; hos deos inter ceteros admisserunt. Qd si nomen demonis nullius a grecis mutuati essent non minus immo uel magis istorum mentionem fuissent habituri. Si etiam tunc nauiculariam exercebant ut ulli grecorum nauicularii erant ut credo et mea fert opinio. Quapropter istorum potius deorum q; herculis nomen egypti percepissent. Atq; uetus quidam deus est apud egyptios hercules & ut ipsi aiunt decem & septem annorum milibus a damasis regem ex quo herculem ex octo diis: qui duodecim erant / unum esse arbitrantur: Quibus ego de rebus certior fieri cupiens a quibus possem: in tyrum et phoenicem nauigavi: qd ibi templum herculis ee audirem: quod et uidi opulente ornatum cum aliis multis denariis tum uero duobus cypris altero ex auro excocto / altero ex lapide smaragdo maiorem in modum splendente per noctes. Veniensq; in colloquium cum dei sacerdotibus percunctabar quantum temporis foret ex quo id templum fuisset extructum. comperi nec hos quidem congruere cum grecis qd dicentes ab urbe condita fuisse dei templum pariter extructum. Esse aut Tyro condita annorum duomilia ac trecentos. Vidi preterea tyri etiam aliud

Quare arietes non mactantur
ab egyptiis thebanis sed
eis sacrosancti sunt

De hercule egyptiorum deo.

herculis templum cognomine Thasii. Quin etiam in thasum profectus su-
 ubi inueni templum a phoenicibus conditum: qui ad inuestigandam eu-
 ropam nauigantes thasum condiderunt: qđ quinq; uirorū etatibus prius
 fuit qđ herculis amphitrionis in greca existeret. Hec quę cōmemorantur
 plene declarant herculem uetustum deum esse: eoq; uidentur hi uerissie
 facere ē grecis: qui bifaria herculi templa edificanda colendaq; esse cen-
 suerunt: uni quidem ut immortalī cognomine olympio uolandum sub
 pompa fuisse deductum: ac tantisper quietem tenuisse: dum illi ante arā
 illum stetissent: Ibi ad uim conuersum omnes interemisse: Quę cum di-
 cunt greci: uidentur mihi se et nature egyptiorū et morum ignaros pror-
 sus ostendere: Quibus enim nullam pecudem fas est uolare pręter suę
 pręterq; boues mares et uitulos dūmodo mundos et anseres. Hi qua rati-
 one uolarent homines aut quomodo hercules unus esset & adhuc ut
 aiunt homo tot milia uirorum interemisset. Hec tamen tot quę de his
 rebus diximus sint et a diis & ab hominibus in bonam partem accepta.
 Capras & hircos eade causa u quos diximus egyptiorum non mactant:
 quod pana inter octo deos mendesii numerant: quos octo aiunt priores
 duodecim diis exitisse. Panos simulachrum et pictores pingunt & sta-
 tuarū sculpunt quemadmodum greci caprina facie hircinisq; cruribus
 haudquaq; existimantes eum esse talem sed similem ceteris diis. Quatum
 eum causa talem describant non est mihi relatu iucundum. Verum u
 cum capras tum uero capros hircos ue omnes uenerantur et inter mēdesi-
 os caprarii pręcipuo honore afficiuntur: et ex his unus maxime: qui cum
 decessit ingens mendesie plage luctus existit. Vocatur autem & hircus
 et pan egyptiace mendos. In hac regione contingit hoc mea memoria pro-
 digium hircus cum muliere coit propalam: qđ in ostentationem hominū
 peruenit. Suem egypti spurcam beluam arbitrantur: quam si quis uel trā-
 seundo contigerit abit lotum sese cum ipsis uestimentis ad flumen: eoq;
 soli omnium subulci in egypto etsi indigne tamen nullum ingrediunt
 templum: nemoq; aut filiam cuiuspiam eorū nuptum dare uult: aut cuiuspiā
 eorum filiam in matrimonium ducere. Ipsi inter se subulci dant recipiūtq;
 filias. Aliis diis uolare suę uel egyptiis non est pręter qđ lune tantum &
 libero nisi per tempus plenilunii quos suę uolant ac suilla carne fruun-
 tur. Ideoq; aliis diebus festi suę reformidant: cum in isto mactent: cuius
 rei ab egyptiis ratio redditur: sed eam intellectam mihi magis decorum
 est non referre. Sacrificium autem de subis lune hunc in modum fit

De pana deo egyptio

Qđ spurcam beluam suem
 esse egypti arbitrantur

Quo fit sacrificiū lune &
 baccho de subis apud egyptios.

inviolata sue ex extrema eius cauda et liene : et omenta simul componunt et adipe qui circa alium pecudis existit ea operiunt : ac deinde igni admovent : reliqua plenilunii die uescuntur : quo die sacra faciunt . Alio die non amplius degustarent . Qui sunt ex eis inopes propter tenuitatem facultatum assimilatos quosdam suos coquunt : quos imolent baccho : quoque in eius festo singuli in coenam porcum pro foribus mactant redduntque subulco qui eum tradidit . Quin et alium diem festum baccho egyptii agunt sine porcis fere per omnia greco festo similem . Sed loco phallorum idest ficulneorum ueretroꝝ a collo pendentium sunt ab eis excogitate statuę cubitales e nervis compactę : quas foemine circumferunt per pagos mentula quę prope modum est instar reliqui corporis inuente & tibia preunte : quam foemine bacchum canentes sequuntur . Cur autem mentulam habeat iusto maiorem statua & unum corporis membrum agitet redditur ab eis ratio : ut iam melampus amytheonis filius non imperitus huius sacri sed peritus fuisset uideatur . Siquidem melampus fuit : qui grecis dionysii idest liberi patris uel bacchi nomen & sacrificium et pompam phalli enarrauit non tam omnem plane rationem complexus . Verum ii qui postquam extiterunt sophisterem in maius explicauerunt . Itaque phallum dionysio missum narrandi melampus auctor extitit : a quo edocti greci faciunt ea quę faciunt . Equidem melampodem ego iudico uirum fuisse sapientem : diuinationemque sibi ipsi comparasse : eundemque cum multa alia ab egypto accepta grecis enarrasse : tum uero nulla de dionysio tum commutata . Neque enim dixerim : quę in egypto fiunt huic deo congruere cum his quę in greca . Nam consentanea essent grecis non autem nuper introducta . Neque tamen credam egyptios a grecis fuisse mutuatos aut hoc aut aliud quippiam . Sed melampodem quę ad dionysium pertinent audisse ex cadmo aliisque tyrinis : qui cum illo e phenice uenerunt in terram quę nunc boetia appellatur . A deo deorum nomina omnium fene ex egypto in greciam peruenerunt : idque ego ex barbaris sciscitatus . Ita rem habere comperio ac reor ex egypto precipue uenisse : et ideo illic non esse uspiam nomina neque netuni neque castrorum quemadmodum a me superius dictum est neque iunonis neque ueste neque themos neque gratiarum neque nereidum neque aliorum deorum agnoscere nomina : Qui dum uidentur a pelasgis fuisse nominati preter netunum quem ab aphricanis audierunt . Nam netuni nomen ab initio non usurpauerant nisi aphri semper hunc deum in honore habuissent . Eum igitur egyptii putant esse sed nullo honore prosequuntur . Hęc itaque & alia preterea quę ego re-

Quod greci multa de egyptiis edocti sunt : pluresque deos cum ab egyptiis tum uero ab aliis acceperunt .

feram greci sunt ab egyptiis mutuati. Sed non id mercuri facerent statua porrecto cum ueretro: uerum a pelasgis & primi ex omnibus grecis athenienses & ab aliis deinceps alii. Nam prestabant inter grecos athenienses in quorum regione permixti pelasgi una habitabant ex quo ceperunt pro grecis haberi. Nec quae dico quisquis cabirorum sacra imitatur: quibus thraces imitantur nouit a pelasgis esse sumpta. Nam samothraciam quondam incoluerunt: a quibus samothracae ceremonias mutuauerunt. Itaque primi ex grecis athenienses a pelasgis edocti statuas mercuri erecta tenere iurilia idem factitauerunt: De qua re pelasgi sacrum quendam sermonem retulerunt: qui in samothracis mysteris patefactus est. Idem antea in deorum inuocatione tum omnia imolabant: quemadmodum ego apud dodonam audiendo cognoui tum nulli deorum aut cognomen aut nomen imponere: quippe quod alicunde nunquam audiuissent. Quos autem cognominauerunt eos ob id cognominauerunt: quod omnes res atque homines regiones illi tenerent redactas in ordinem. Multo deinde progressu temporis aliorum deorum nomina audierunt in egypto allata post quos diu nomen liberi acceperunt. Itemque aliquot post de illorum nominibus in dodona oraculum omnium quae apud grecos sunt oraculum uetustissimum esse existimant. Atque adeo solum erat ea tempestate. Consulentibus igitur pelasgis apud dodonam nunquid nomina quae ex barbaris aduenissent asciscerent oraculum est redditum: ut illis uterentur.

Atque ita ex eo tempore sacrificauerunt deorum nomina nuncupantes: et ea deinceps a pelasgis greci acceperunt. Vnde autem singuli deorum extiterunt an cuncti semper fuerint aut qua specie hactenus ignoratum est nisi nuper atque heri ut sic dicam. Nam hesiodus atque homerus: quos quadringentis non amplius annis ante me non opinor extitisse. Fuere qui grecis deorum prolem introduxerunt: eisque & cognomina et honores & diuersa artificia et figuras attribuerunt: Quibus posteriores uidentur extitisse hi poete qui fuisse priores dicuntur. Et prima quidem illa dodonee sacerdotes meminere. Posteriora autem ad hesiodum usque & homerum ego referam. Ac de oraculis quae in grecia ut de illo quod in aethiopia est talia egypti commemorant. Nam enarrabant sacerdotes iouis thebani duas foeminas: quae essent sacerdotes et thebis a phoenicibus fuisse exactas: et harum unam in aethiopia fuisse uenundatam se audiuisse alteram in grecia. Atque has foeminas esse: quae primum apud dictas gentes oracula condidissent: Percontantique mihi unde id quod commemoraret plane compertum haberent respondebant maiorem in modum se instituisse uestigare de his mulieribus nec tamen unquam inuestigare potuisse. Sed po-

Vnde singuli deorum extiterunt
an cuncti semper fuerint aut qua
specie

ista hec quę dicebantur de eis audisse. Hec igitur thebis e sacerdotibus
 audiebam. Antistitis autem dodoneorum illa auunt geminas ex egypto co-
 lumbas aduolasse utranq; nigram unam quidem in aphricam alteram ue-
 ro ad ipsos: quę fago insidens humana uoce elocuta sit/ eo loci iouis ora-
 culum condi debere et se interpretatos esse/ qđ ipsis annuntiarent/ diui-
 nitus fieri & ob id se ita fecisse: Eam uero quę ad aphros abiisset colum-
 bam uoluisse aphris: ut hammonis oraculum conderent: quod oraculum
 & ipsum iouis est. Ista referebant dodoneorū sacerdotes cum assensu cetero-
 rum dodoneorū templo uicinarum: quarum antiquissime nomen erat pro-
 menę proxime Timacetę minime nati nicandre: de quibus ita mea o-
 pinio/ si re uera foenices ablegauerunt foeminas sacerdotes et earum alte-
 ram in aphrica alteram in greca uendiderant: hanc quę in greca/ illa q̃
 pelagia uocabatur uenit eam esse quę apud thespotos uenit. Atq; deinde
 ancillantem ibidem condidisse sub fago enatam phanum iouis: quemadmo-
 dum bos erat thebis ministrare in iouis templo. Hinc processit ut hic memo-
 ria eius haberetur atq; hinc oraculum institutum. Et postea q̃ illa grecam lin-
 guam accepit dixisse auunt sororem suam in aphrica ab eisdem pboenicibus
 ut ipsa fuisset uenundatam. Quod autem mulieres a dodoneis columbe uoca-
 te sint/ ob id mihi uidet factum: quia barbare essent: quod uidelicet simile
 quiddam auius sonarent. Interiecto deinde tempore columbam humana
 uoce locutam auunt/ postq; more ipsorū mulier locuta est/ tam diu uolucris
 modo sonare uisa/ qđ diu barbare loquebatur. Nam columba quodammo-
 do humanam uocem sonat. Nigram autem columbam esse dicentes/ egyptia
 foeminam fuisse significant. Sunt itaq; simillima inter se oracula/ et illud
 thebas egyptias & hoc apud dodonem. Estq; diuinandi in templis ratio ab
 egypto ascita: cum ipsi egypti extiterint principes conuentus & pompas
 et conciliabula faciendi/ ab eis greci didicerunt: cuius rei hoc apud me
 argumentum est: qđ illas constat priscis temporibus/ grecanica uero recens
 fuisse instituta. Nec semel quotannis conuentum agere grecos sed frequen-
 ter cum alibi tunc precipue et studiosissime in urbe bubasti in honorem
 dianę: secundo loco in urbe busiri in honorem isidis: in qua urbe maximū
 est templum isidis. Ipsa in medio delta egypti sita. Est autem isis: quę gre-
 ca lingua lingua dicitur demeter idest ceres. Tertio gradu in urbe saim in
 honorem minerue: Quarto in heliopoli in honorem solis: Quinto in urbe
 buti in honorem latonę: Sexto in urbe papremi in honorem martis. Ceterę
 postea q̃ se conferunt in urbem bubastim hoc faciunt. Nauigant enim uiri

pariter ac mulieres magna in singulis nauibus utroq; multitudo. Inter nauigandum assidue mulieres aliquot crepitacula tenentes plaudunt uiri tibiis canunt: ceteri ceteraq; modulantur manusq; complodunt. Ita nauigando ut ad quamq; urbem peruenerint talia agunt appulsa ad terram nauis. Mulierum alie ea que dixi faciunt alie compellentes eius urbis foeminas ingerunt probra alie saltant alie surgentes retrahunt alias. Talia ad singulas ciuitates flumen accolentes agunt. Cum ad urbem bubastum peruentum est diem festum celebrant magnis ostiis offerendis: Quo in festo plus uini uinealis absumitur q̄ in reliquo anni tempore. Comeant illuc et indigene aunt uiroz ac mulierum preter pueros ad septingenta milia. Atq; hec quidem in ea urbe fiunt. At in urbe busiri qd̄ diem festum isidi agant superius a me dictum est. Verberantur enim post sacrificium cuncti multa sane hominum milia: Quo autem uerberentur non est mihi fas dicere. Sed ex omnibus precipue hoc faciunt carer: qui egyptum incolunt adeo quidem ut gladiis quoq; frontes concidant: ex quo facto datur intelligi eos hospites esse non egyptios. Vbi uero in saim urbem sacrificatum conuenerunt noctu sub diuo uniuersi circum moenia frequentes lucernas accendunt imbutas sale & oleo plenas cum multo lychnio: quod tota ardeat nocte: cui festo nomen impositum est accensio lucernarum. Ad huc conuentum quicumq; egyptioz non uerint obseruantes sacrificii noctem et ipsi lucernas accendunt: neq; id in sai modo: sed etiam per uniuersam egyptum. Qua uero gratia nox hec lumen & honorem sortita sit sacra quedam ratio commemoratur. At ad heliopolim & ad butim qui ueniunt tantum sacrificasse contenti sunt. In papremi uero quemadmodum in alia et hostias & sacra operantur. Sed quoad sol circumfertur pauculi sacerdotes exercetur. Complures eoz tenentes ligneas clauas stant pro foribus templi. Alii e regione plus mille uiroz qui nota exequuntur cum singulis fustibus frequentes consistunt: qui pridie simulachrum ligneum ex ligneo sacello deaurato in alias sacras edes exportant: paucis illis: qui ministerio simulachri delecti sunt: trahentibus plaustrum quatuor rotarum: quo uebitur sacellum cum simulachro: qd̄ intus est. Hos ingredi prohibet hi qui in uestibulis stant. At hi qui uota exequuntur opitulantes deo pcutiunt hos sese defensantes. Hic uehemens existit fustuaria pugna mutuo capita ferientium: multiq; ex uulneribus ut ego opinor pereunt: etsi egyptii quempiam mori negant. Aunt autem indigene ne conuentum hunc ideo institutum: qd̄ id templum incolunt mater martis: et ad eam

matrem iam adultum ac uirilis etatis uenisse gratia coeundi cum matre
 quem materni ministri: ut qui eum a principio non agnoscerent: cum in
 gredi ad matrem non sinerent. hunc ex alia ciuitate allatis hominibus
 illos male multasse et ad matrem fuisse introgressum: et ob hanc rem aut
 solennem esse marti die festo hanc rixam & institutum ne in templum cum
 foeminis coiretur: neue a uenere nisi ablutis templa adirentur. Hi sunt
 qui primi cerimonis uacauerunt. Nam ceteri fere mortales preter egyp-
 ptios ac grecos coeunt in templis & a uenere surgentes non abluti introeunt
 templum putantes hominem ut ceteros animantes. Etenim uidere licet
 & pecudes omnes & uolucrum greges coire in deorum templis atque in pha-
 nis. Quod si non esset deo gratum non facturas illas fuisse allegant. Mihi
 autem ista facientes non probantur. Egypti cum in aliis ad sacra pertinen-
 tibus tum uero in his superstitiose agunt. Ceterum egyptus cum sit aphri-
 ce finitima non tamen adeo feris est frequens. Quae uero illic sunt: eae omnes
 pro sacris habentur partim mansuefactae partim inmansuefactae. Qua autem
 causa pro sacris habentur si dixeris ad res diuinas oratio mea descenderet:
 quas ego in primis enarrare de uita quarumque quicquid dixi ad necessitate
 coactus tamen delibando dixi. Consuetudo quae de feris est ita se habet. Ea-
 rum educandarum curam seorsum a ceteris egypti atque egyptiae suscipiunt:
 in quo honore filius patri succedit. His feris omnes qui urbibus sunt uota
 persolunt: quae susceperunt illi deo: cuius illa fera est hunc in modum.
 De eras filiorum capitibus aut in totum aut ex media aut ex tertia parte ap-
 pendunt crines una cum lance & in altera tantundem argenti: quae pecu-
 nia cum lancem traxerit eam tradunt curatori ferarum. Ille pro hoc am-
 putatum piscem praebet feris escam. Talis enim cibus illis praebetur: Quam-
 siquam quis necauerit si uolens morte multatur: si inuitus plectitur
 ea multa quam sacerdotes statuerint. Quisquis tamen ibum aut accipi-
 trem necauerit siue uolens siue nolens necessario morte afficitur. Sed cum
 multe sint fere: quae una cum hominibus uidentur multo tamen plures
 essent: nisi res haec officeret felibus feles postea quam cum enixae non amplius
 adeunt masculos. Eas isti coeundi gratia indagante tamen potiri nequeant.
 Ergo contra illa talia comminiscuntur. Ereptos aut subreptos earum foetus oc-
 cidunt non tamen occisos edunt. Ille filius orbate cupiditate aliorum Aman-
 tissima enim filiorum fera est: ita demum ad mares se conferunt felem in-
 censa strue diuina res occupat. Nam quotiens ignem extinguere negle-
 xerunt egyptii custodias felium dispositi agunt. At ille aut intrudendo

De sacris feris apud egyptios.

De crocodillo.

sese hominibus aut transiliendo in ignem insiliunt. Hoc dum contingit ingenti luctu afficiuntur egyptii et quibuscumq; in domibus ultro foelix operit mortem. Earum domorum habitatores cuncti sola supercilia eradunt. totum autem corpus et caput in quorum domibus sic moritur canis. Efferunt feles mortuas ad sacra tecta ubi salsi sepeliuntur in urbe bubasti. Canes autem in sua urbe quisque tumultantur sacratis in loculis. Eodem quo canes modo indagatores sepeliuntur. Nam mygalas idest mures araneos & accipitres in urbem butum absportant. Vrsos autem qui sacri sunt et lupos non multo uulpibus grandiores eo loci sepeliunt ubi iacentes inueniuntur. At cocodillo talis est natura: ut quatuor maxime hybernis nihil omnino edat: et cum sit quadrupes tamen terrestre & aquatile est. Nam oua humi parit excluditque et plerumque diei in sicco agit sed totam noctem in flumine quippe calidior aqua quam nocturno sereno & roscido. Ex omnibus que mortalia cognoscimus hoc maximum existit ex minimo. Siquidem oua gignit haud multo maiora anserinis & proportionem oui foetus excluditur. Excretus ad decem & septem cubitos & amplius peruenit. Oculos habet suillos dentes magnos proportionem corporis et prominentes atque serratos. Cui ex omnibus feris soli lingua innata non est. Idem inferiorem maxillam solum non mouet sed superiorem inferiori adinouet: ungues quoque robustos habet pellemque circa tergum impenetrabilem. Inter aquas cecus sub dio perspicacissimus. Itaque cum in aqua uitam degat os fert introsum rudibus refertum. Cumque eum ceterae fere ac uolucres fugiant solus ipsi trochilus pacatus est: quod uidelicet ei est utilis. Etenim posteaquam cocodillus ex aqua in terram egressus est ac deinde hiauit semper enim hoc fere ad Zephyrum facere solet: Tunc in eius os trochilus penetrans deuorat sanguisugas. Qua utilitate delectatus cocodillus ex aqua in terram nihil omnino trochilum ledit. Quibusdam egyptiorum cocodilli sacrosancti sunt: quibusdam non sunt sed ueluti hostes exagitantur. Sacros admodum esse eos existimant: qui circa thebas et mirios itagnum incolunt: quorum utriusque unum ex omnibus cocodillis alunt cicurem et edoctum manu tractari appendentes eius auribus uel gemmas uel ex auro fusiles in aures etiam primoribus pedibus catenam innectentes cibaria quae accommodata ac sacra prebentes consectantur tanquam pulcherrime uiuentem. Vbi mortem obit sale conditum in urnis sepeliunt. Atqui circa elephantinam urbem incolunt quod sacros esse non censeant etiam comedunt. Neque uero cocodilli uocantur sed campse. Iones appellauere cocodillos: illi generi cocodillorum quod apud eos in sepibus gignitur comparantes. Hos capi-

endi cum sint complura ac multiplicia genera: vnum tamen hoc qđ maxime dignum relatu uidetur puto scribendum. Vbi tergum suillum hamo circumdatum ad illicendum crocodillum pertulit in medium fluminis uenator porcellum quem uiuum tenet uerberat: cuius uocem crocodillus audiens secundum illam tendit nactusq; tergum deuorat. Et postq; attractus est ante omnia eius oculos uenator ceno opplet. Hoc acto cetera facile sane obtinet alioquin cum labore adepturus. Iam uero fluuiales equi in plaga papremitana sacri sunt talein speciem naturamq; habentes quadrupedes bifidis pedibus ungulis bouinis sumo naso equina iuba eminentibus & cancellatis dentibus fulgida cauda equina uoce magnitudine maximi tauri tam crasso corio: ut ex eo arefacto fiant pila missilia. Gignuntur preterea in fluuio aquatilia quedam: que egypti sacrata esse arbitrantur. Arbitrantur item sacrum genus piscium: quod uocatur squamosum atq; etiam anguillam. Hos noli pisces aiunt sacros esse: ex uolucris uero uulpanseres. Est & alia uolucris sacra nomine phenix: quam equidem nunq; uidi nisi ex pictura. Et enim perrara apud eos comineat quingentesimo quoq; ut belio poli aiunt anno. Et tunc demum cum pater eius decessit. Is si picture assimilis est talis tantusq; est. Pennę coloris partim aureoli partim rubidi maxima ex parte cum habitu tuum magnitudine simillimus aquile. Eum aiunt quod mihi nō fit uerisimile hoc excogitare. Ex arabia proficiscentem in templum soli gestare patrem myrrha obuolutum & in eo templo humare: sic autem gestare primum ex myrrha ouum componere qđ ipse ferre possit deinde ferendo illud experiri. Hoc expertum ita demum ouum exterare atq; in illud parentem inferre. Et qua parte ouum exinaniuit patremq; intulit eam parte alia myrrā inducere: et cum tandem ponderis imposito parente effectum sit obstruitor rursus foramine baiulare illud in templum solis. Hęc facere hanc auem commemorant. At circa thebas sunt sacri serpentes nihil omnino hominibus noxi pusillo corpore binis predicti cornibus e summo uertice natis: quos defunctos in iouis ede sepeliunt. Huic enim deos sacros illo esse predicant. Est arabię locus ad butim urbem fere positus ad quem locum ego me contuli: qđ audirem uolucres esse serpentes. Ego cum perueni ossa serpentum aspexi & spinas multitudine supra fidem ad enarrandum: quarum acerui erant magni & his alii atq; alii maiores ingenti numero. Et autem hic locus ubi spine proietę iacebant huiusmodi ex artibus montibus exporrigitur in uastam planitiem egyptię contiguam. Fertur ex arabia serpentes alatos ineunte statim uere in egyptum uolare: sed

De phenice aue.

De Ibis et auibus que
necant serpentes.

De ritu egyptiorum

eis ad ingressum planitiei occurrentes aues ibides non permittere. Atque ipsos interimere: et ob id opus ibidem magno in honore apud egyptios haberi. Arabes autem aiunt confitentibus ipsis egyptiis: ideo se his auibus honorem exhibere. Eius auis species talis est. Nigra tota uehementer est cruribus gruinis: rostro maxima ex parte adunco: eadem qua crex magnitudine. Et hec quidem species est nigra: que cum serpentibus pugnant. At earum que pedes humanis similes habent (nam bi farie ibides sunt) gracile caput ac totum collum: pennae candidae praeter caput ceruicemque et extrema alarum et natium: et facies alteri consentanea. Serpentis porro figura qualis hydrogalarum: alas non pennatas sed glabras gerit: et alis uespertilionis maxime similes. Haecenus de sacris feris dictum sit. Ipsorum autem egyptiorum: qui circa partem egypti frumentariam colunt: memoriam omnium hominum comitantem sunt fere eorum: in quorum ego ueni experimentum longe excellentissimi ante omnia tali genere uitae degentes. Singulis mensibus triduo purgant se uomendo: atque intestina diuoluendo gratia sanitatis seruandae: existimantes omnes languores hominibus creati ex cibis. Nam sunt alioquin omnium uirorum secundum aphros maxime salubri corpore aeris ut mihi uidetur beneficio: qui nunquam immutant: cuius mutationibus praecipue existunt in hominibus morbi. Pane uescuntur: quem ex farre conficiunt: quem cyllesten nominant. Vino utuntur facto ex hordeo. Desunt enim in ea regione uites. Viditant quoque cum piscibus partim crudis ad solem arescitis: partim salguine conditis: tum auibus: sed earum crudis prius tamen sale conditis coturnicibus uel piscibus anatis atque auiculis. Ceteris autem uel uolueribus uel piscibus: quae ipsi in proximo sunt praeter illa: quae ab eis sunt recepta pro sacris partim assis: partim elixis. Apud locupletes cum multi conuenerunt et a cena discessum est: circumfert aliquis in loculo mortuum e ligno factum sed pictura et opere uerum maxime imitantem: longitudine omnino aut bicubitali: ostendensque singulis conuiuorum ait. In hunc intuens pota et oblectare talis post mortem futurus. Haec illi apud conuiuia faciunt: contentique moribus patriis nullum alium asciscunt. Quibus cum egregia instituta: tum uero illud adhibendi modulatore: qui & in phoenice et in cypro et alibi nomen pro differentia gentium habet. Idem tamen conuenit cum eo quem greci decantant appellantes linum: ut ego ad aures cum alia multa quae sunt apud egyptum: tum uero id unde nomen lini

acceperunt: quem semper quodam modo decantare cognoscantur. Vocat autem linus egyptiace maneris: quem egyptii tradiderunt: cum filius unicus extitisset: his lamentis ab egyptiis fuisse decoratum et cantilenam hanc eamque solam ipsis institutam. Congruunt preterea in hoc cum solis grecorum lacedemonibus egyptii: quod minores maioribus natu obui cedunt uia. Aduenientibus e sedili assurgunt: qua in re cum nullis aliis grecorum conueniunt. Inuicem compellendi se mutuo in uis adorant genu manu demissa tenus. Vestibus amiciuntur lineis circa crura fimbriatis quas calasiris appellant super quas candida ferunt amacula tanquam superiecta. Laneque uestes neque in edes sacras gestantur nec una cum cadauere sepeliuntur. Propbanum enim est: quae consentanea sunt iis quae orphica et bacchica appellantur ab egypto et pythagora ortum ducentibus. Nam his caerimoniis participantem laneis indutum uestibus humari religiosum est: de quibus redditur ratio. Alia insuper sunt ab egyptiis excogitata: quis menses dies uel cuius deorum sit. Et quo quis die genitus et qualia sortietur et quam mortem obibit et qualis existeret: Quibus rebus qui in poesi uersati sunt & uis fuerunt plura quinetiam ab eis prodigia comparata sunt: quam a ceteris hominibus. Nam cum prodigium extitit scribunt id obseruantes quomodo uenerit. Et si quando postmodum huius simile extiterit exemplo prioris putant euenturum. Diuinitas apud eos ita est constituta: ut eius artificium nulli mortalium uindictetur sed certis diis. Siquidem herculis illic oraculum est et apollinis & minerue dianaeque & martis ac iouis: sed quod praecipuo honore colunt ex omnibus oraculis latone est in urbe buti. Verum haec uaticinia non eodem modo sunt omnia instituta sed differenter. Iam uero medicina apud eos hunc in modum est distributa: ut singulorum morborum sint medici non plurium. Itaque omnia reposita sunt medicis. Alii enim dentibus alii aliis partibus alii morbis occultis. Luctus eorundem ac sepulture tales sunt. Quibuscumque domesticus aliquis decessit homo alicuius momenti: ibi omnis muliebris sexus familia caput sibi et uultum oblinunt luto deinde domi cadauere: ipse per urbem uagantes se plangunt succi de nudatis manillis et cum eis proximeque. Altera ex parte uiri & ipsi expellorati se uerberant. His actis ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum constituti: qui hoc artificium faciunt: qui cum ad ipsos cadauer portatum est ostendunt iis qui portauerunt exemplaria mortuorum lignea pingendo assimulata: et eorum unum accuratissime ac fabrefactum esse aiunt: cuius ego nomen si nuncupauero haud

Quo medicis utuntur
egyptii.
Mos funeris apud egyptios.

faciam sancte. Alterum illo inferius ac uilioris pretii tertium uilissimi.
E adicentes sciscitantur ab eis ad quod exemplum uelint effingi mortuum
suum. Isti conuento de pretio illinc abeunt. At u qui relinquuntur in e
dibus diligentissime condiunt corpus. Ante omnia incuruo ferro cerebrum
per nares educunt ut quamque partem educentes ita locum eius medicame
tis explentes dehinc acutissimo lapide ethiopico circa illa conscindunt atque
illa omnem alueum protrahunt: quam ubi purgarunt ac humo phoeniceo
explerunt rursus odoribus contusis reficiunt cum omenta complentes
contusa myrrha & casia et ceteris excepto thure odoribus itaque consumunt.
Ubi hec fecere saluunt intro abditum septuaginta dies. Nam diutius salere
non licet. Exactis septuaginta diebus cadauer ubi abluerunt syndone
byssina totum incisus loris inuoluunt gummi illinientes: quo egypti glu
tinis loco plerumque utuntur. Eo deinde recepto propinqui lingneam hominis
effigiem faciunt: in qua mox ingerunt mortuum indusumque ita thesauri
zant et reponunt. Hi autem qui mediocria uolunt numium fugientes sum
ptum ita comparant. Clysterem unguine: quod e cedro gignitur complent:
deinde ex hac aluum mortui ipsam neque scindentes neque extrahentes: sed p
secessum prehenso uice posterioris hiatus inferiunt & tot quot dixi diebus
sale condiunt: quorum dierum ultimo cedrinum unguen: quod prius ingesserat
ex alio egerunt: quod tantam habet uim ut una fetum aluum atque intestina
tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit: mortuique tantum cutis
et ossa relinquuntur. Vbi ista fecere ex quo sit tradidere mortuum nihil
amplius negotii suscipiunt. Tertia conditura est hec adornandis eorum
mortuis: qui tenuiori sunt censu dilutionibus uentrem abstergunt affici
untque sale septuaginta per dies deinde tradunt reportandum. Vxores tamen
in signum uirorum non statim uita defunctas tradunt condiendas. Ac ne
eas quidem foeminas que conspicue ualde & maioris momenti fuerunt: sed
triduo aut quatruiduo defunctas: ea de causa ita facientes ne cum foeminis
salinari concumbant. Deprehensum enim quendam aiunt coeuntem cum
recenti cadauere muliebri delatumque ab eiusdem artificii socio. Quis autem
uel ipsorum egyptiorum uel hospitem compertus sit mortuus siue a crocodil
lo raptus siue ab ipso flumine necessarium est prorsus ei ciuitati ad quam
eiectus est condire & quod honestissimo funere sepelire sacris in monumentis:
quem ne contingere fas est alicui alteri aut proximorum aut amicorum nisi
ipsis nisi sacerdotibus utpote maius quiddam quam hominem mortuum tradita
tibus ad sepeliendum grecanicis institutis uti recusant: et ut semel dicam nul

lorum hominū aliorum institutis uti recusant uelint. Et hoc quidem ce-
 teri egypti obseruant. Est autem chennis oppidum grande thebaice plage
 prope nouam urbem: Quo in oppido est templum persei dane filii quadratū
 ac palmeto circūdatum ingenti sane e saxis uestibulo stantibus desuper dua-
 bus grandibus e lapide statuis. In hoc uestibulari ambitu est sacellum, et in
 eo simulacrum persei: quem chemnitani memorant sibi apparere frequen-
 ter e terra existentem: frequenter intra templum eiusq; sandalium qđ gesta-
 bat inuentum bicubitali magnitudine: qđ postq; apparuit exuberare omnē
 egyptum. Hec quidem illi aiunt. Faciunt autem perseo greganice gymni-
 cos ludos p omne certandi genus propositis premiis tum pecorū tum pallio-
 rum tum pellium: percontantiq; mihi cur eis solis consuesset apparere per-
 seus, et cur in edendo gymnico certamine a ceteris egyptiis discreparent:
 aiebant perseum ex eorum ciuitate esse oriundum. Danaum enim & lynceū
 qui essent chemnitani nauigasse in greciam: a quibus originem gradatim
 ducendo deueniebant ad perseum. Hunc in egyptum profectum: qua & gre-
 ci dicunt gratia afferendi ex apbrica caput gorgonis uenisse quoq; ad ipsos
 ac cognatos omnes agnouisse: quos postq; didicisset & nomen chemnis ex ma-
 tre audisset in egyptum uenisse & gymnicum certamen celebrari iussisse.

Hec omnia opinantur egypti: qui supra paludes incolunt. Qui uero in paludi-
 bus utuntur eisdem quibus ceteri egypti moribus cum in aliis tum in haben-
 dis singulis uxoribus quemadmodum greci. Ceterum ad uictus facilitatem
 alia sunt eis excogitata. Siquidem cum fluuius plenus campos inundaui-
 t: in ipsa aqua oritur ingens uis liliorū: que loton egypti uocant. Ea ubi demes-
 fuerunt ad solem exiccant: deinde quod mediū loti est papaueri assimile
 postq; excollerunt et ex eo faciunt panes assos. Est autem huius loti radix
 quoq; esculenta etiam suauitate prestanti orbiculata magna magnitudine.

Sunt et alia lilia rosas similia & ipsa in flumen nascentia: quorū fructus in
 alio calice germinans terra simillimus specie fauo uesparum. In eo esculen-
 ta quedam instar nuclei oliue coagmetata in nascuntur: que tenera come-
 duntur & arefacta. Iam uero uncum annuum ubi e paludibus extraxerunt
 superiorem partem amputant: quam in aliud quiddam conuertunt quod
 relictum est inferius longitudine cubitali id edunt pariter & uenundant.

Eo si qui admodum suauis uti cupiunt in luculento furno torrefactum ita come-
 dunt. Sunt preterea ex eis: qui solum piscibus uictitant: quos ubi coeperunt
 exinteratos: exiccatisq; deinde uescuntur. In fluminibus non fere gignuntur
 pisces gregales: Qui nutriunt in stagnis hec faciunt simulac incescit eis libi

do gignendi gregatim in mare enatant ducibus masculis genituram spargentibus. Eodem ubi pregnantēs in mari sunt effectę remeant omēs rursus ad sibi consueta non amplius eorundem ductu sed foeminaę.

Ducunt enim illę quemadmodum fecerant mares gregatim oua fundentes instar milii parua: quę mares adēuntes deuorant. Sunt autem ea tanq̃ milii grana pisces ex quorum reliquiis non deuoratis sed nutritis pisces fiunt. Ex his piscibus qui capiuntur dum in mare emeant ii detrita capitis parte sinistra deprehenduntur: qui dum remeant ii detrita dextra: qđ ea de causa patiuntur: qđ dum in mare tendunt a sinistra terram legunt rursus eadem uia reuertentes incurfant atq; offensant contingendo terram: plerunq; ne itinere aberrēt propterea qđ decursum nilo incipiente augescere in primis depressa terrarum et lacunę fluuio proxime impleri incipiunt: confestimq; redundante e flumine aqua hec plura fiunt et continuo cuncta piscib; inuictis opplentur. Vnde autem secundo uerisimile sit eos gigni hoc mihi uideor cause intelligere: qđ superiore anno postq̃ nilus abcessit pisces qđ oua in ceno peperant una cum postremis abeunt aquis. Circūadto rursus anno: ubi aqua restagnauit protinus ex iis ouis gignuntur pisces. Qđ ad pisces attinet ita habet. Utuntur egyptii qui plaustris accolunt unguento ex fructu silicypriorum: qđ appellant egyptii κικι. hunc in modum illum conficientes. Silicypria hec quę apud grecos ultro nascuntur agrestia ad oras fluminum stagnorumq; serunt multumq; dem fructum ferentia sed grauiolentem. Hunc ubi collegerunt alii cōtusum ad ignem alii in sartagine coquunt et quod ex eo profluit excipiunt pingue quiddam et nihilominus ad lucernas idoneum oleum sed grauiolentiam exhibens. Sunt autem aduersus magnam uim culicum hec ab eis excogitata. Cum enim his qui supra paludes incolunt munitione sint turrel: quas dormitum ascendunt. Nam culices uentus prohibet in altum uolare. Alia sunt machinati: qui infra paludes habitant: singuli sua obtinent retia: quibus per diem pisces capiant: eisdem noctu utuntur cubili: in quo requiescunt circūdati. Illi deinde operi somnū capiunt si in uestimento inuoluti aut in sindone dormierēt: eos per ipsa indumenta culices morderent. Per retia uero non tantulum mordere conantur. Naues eorum onerarię sunt factę e spino: cuius figura simillima est loto cireneę: et cuius lachryma gummi est. Ex hac spino ligna concidunt: quę magnitudine bicubitali tanq̃ latericio opere componunt hūc

in modum compingentes ligna cubitalia circū densos ac longos stipites appendunt. Vbi hunc in modum compegerunt desuper frequentia transtra extendunt commissuris nequaquam utuntur sed introrsū compages uinco innectunt. Gubernaculum rite uel scite faciunt: et hoc per nauem trāsit. **M**alo quoque spinaceo et uelis uinceis utuntur. Hęc nauigia contra flumen meare non possunt: nisi luculentus ingruat uentus. Verum a terra protrahuntur secundum decursum hoc pacto feruntur. Est ianua ex myrica facta harundinaceis potaminibus strata. et lapis politus duorum ferē talentorum pondō. Huiusmodi ianuam fune alligatam in anteriori nauis parte sinitur deferri lapidem uero retrorsum alio fune. Ita ianua impetu aque incidente protinus meat & trahit barim hoc enim his nauigiis est nomen. Lapis autem dum retrorsum trahitur fundo admotus dirigit nauim. Horum nauigiorum ingens apud illos est copia: quorum quedā ferunt multa milia talentorum pondō. Cum regionem supergressus est nilus solę urbes apparent eatenus extantes: ut insulis egei maris ferē assimiles eē uideantur. Nam cetera egypti pelagus efficiuntur: Ipsęq; urbes quę solę extant stationes nauium faciunt. Hęc iam cum hoc contingit per alueum fluminis sed per medium campi nauigatur. Ex neucrate quidem memphim uersus non iam iuxta pyramides ipsas sed iuxta acumen delte. A mari autem a canobo neucratem uersus per campum ad antyllam urbem ueniens et ad urbem quę uocatur archandri. Harum urbium antylla quę est insignis datur peculiaris in calceamenta uxori eius quę in egypto regnat. Quod factum est ex quo egyptus fuit ditionis persarū. **A**ltera uidetur mihi nomen habere ab achandro danai genero pythii achei filio. Achandri enim urbs nominatur: quod alius quispiam achander esse nequaquam egyptum nomen foret. Hactenus quę uidi quę noui quę interrogauī dicta sunt. Nunc pergā disserere de egypto quę audiebam addens aliquid quod ipse uiderim. Minem qui primus apud egyptum regnauit aiebant sacerdotes iunxisse pontibus nilum ad memphim. Nam cum aphricam uersus totum præter labi montem psimminum et supra memphim centum circiter stadia meridiem uersus aggesta humo ad anfractum fluminis arefecisse pristinū alueum: ita flumen facto sibi alueo per mediū montium fluere. Adeo nūc quoque sub persis iste anfractus nili tanquam coertus fluat magnis presidis custoditur quotannis obseptus aggeribus: Quos si refringens flumen uelit ea parte redundare omnis memphis adibit periculum ne quis operiatur. Ab hoc mine qui primus extiterit rex id unde

De Mine qui primus
apud egyptum regnauit.

cobibitus fuit amnis esse terrestre : ibiq; ab eodem urbem hanc conditam
 que nunc memphis appellatur. Est enim memphis in angustis egypti si-
 ta : et exterius aquilonem uersus et uesperum ex flumine effossum est sta-
 gnum. Nam ab aurora ipse nilus ardet : et ab eodem in ea urbe extructum
 hoc templum uulcani tum magnum tum memoratu dignissimum. Post
 hunc recensabant e libro sacerdotes nominatum aliosrecentos ac triginta
 reges : In quibus tot etatibus hominum decem et octo fuissent ethiopes &
 una alienigena ceteri uiri indigene. Mulieri que regnauit fuisse nomen
 idem qd regine babylonice Nitocris : quam dicebant ultam fuisse fratrem
 ab egyptiis apud quos regnabat interemptum etsi ubi hunc interemerant
 regnum ad hanc detulissent. Vitam autem fratrem dolo multis egyptioꝝ
 absumptis. Nam extruxisse eam permagnum edificium subterraneum per
 causam quidem noui operis animo autem aliud agitantem. Et conuocatis
 ad conuiuium multis : quos precipue nouerat fraternę cecis auctores exti-
 tisse per occultum quendam specum immisisse flumen discumbentibus de-
 mum de illa referebant preter q̄ quod ubi hoc fecisset conspersisse eam mul-
 to cinere edificium : quo impunita esset. Aliorum autem regum referebatur
 clarum opus editum nisi unius qui postremus horum extitit Maris. Hunc
 enim edificasse memoratu digna uulcani uestibula ad uentum aquilonem
 uergentia et stagnum effodisse : cuius quot sunt in ambitu stadia posterius
 aperiam et pyramides in eo extruxisse de quarum magnitudine simul cum
 ipsius lacus mentionem faciam. Hunc itaq; tantum operum edidisse alios
 autem nihil prorsus : quos ego pretergressus eius qui eis successit nomine se-
 lostris mentionem habebo. Istum dicebant sacerdotes primum longis nau-
 bus ex arabico sinum profectum rubri maris accolae in suam potestatem re-
 degisse : progressumq; longius iam inuadosum & proinde non nauigabile.
 1. Illic ubi retro se ad egyptum recepisset secundum sacerdotum commemora-
 tionem coacti ingenti exercitu per continentem perrexisse omnesq; gentes
 ut in quamq; incedebat subegisse : et quascunq; earum nanciscebatur fero-
 ces & uehementer studiosas libertatis : in earum regionibus cyppos statu-
 bat inscriptos litteris sui nominis et patrie : & que referrent ipsum illos ui-
 subegisse. Quarum uero urbes nullo prelio nulloq; negotio cepisset : is cyppos
 inscripsit cum eisdem litteris quas scripserat eis gentibus que uiriles exti-
 terant : cum muliebria genitalia planum facere uolens illos haudquaquam
 uiriles extitisse. Hec faciendo peregit continentem : donec ex asia in euro-
 pam transgressus scythas subegit et thraces : Ad quos usq; et non ulterius

Maris rex

De sesosti egyptioꝝ rege.

mibi

mihi uidetur egyptius exercitus peruenisse: quoniam in istorum terra
 tituli non ultra positi demonstrant. Hunc digressus retro abiit: & poste
 aq̄ ad phasim subleuit: quid deinceps non habeo qđ dicam an ipse rex Se
 sostres diuiso suo exercitu aliquantulum copiarum reliquerit ad eam re
 gionem incolendam an aliqui militum perthesi peregrinationis circa flu
 uium phasim substituerint. Nam colchi uidentur egyptii esse: quod ipse
 notum qđ ex aliis auditum refero: cuius rei cum mihi cupido incessisset:
 ut utrosq̄ percontarer magis colchi reminiscebant egyptiorum qđ egyptii
 colchorū. Dicebant tamen egyptii se opinari colchos e sesostris esse exerci
 tu. Ipse ex hoc coniecturā capiebam qđ atro colore sunt et crispo capillo:
 tametsi pro nihilo putari posset: cum et alii sint huiusmodi. Sed qđ isti
 precipue preterea qđ soli omnium hominum colchi et egyptii et ethiopes
 ab initio statim pudenda circuncidunt. Nam et phoenices & syri qui sunt
 palestina didicisse sed id ab egyptiis et ipsi confitentur. Syri uero qui flu
 uium Thermodontem & Parthenium accolunt et horum contermini ma
 cronēs a colchis didicisse se aiunt. Hi eim ex hominibus soli sunt qui cir
 cunciduntur: et in hoc faciendo agnoscuntur egyptii esse. Tamen egyptii
 atq̄ ethiopes non queo dicere utri ab utri didicerint: magnum mihi fit hoc
 testimonium: qđ hi phoenices qui cum in grecia consuetudinem habent
 non amplius circa uirilia imitantur egyptios: sed eorum qui postea procrean
 tur uirilia non circuncidunt. Agedum & aliud de colchis dicam esse eos simi
 les egyptiorum. Hi soli atq̄ egyptii linum eadem ratione operantur: omnisq̄
 utrorumq̄ uita pariter et lingua consentanea est. Linum autem colchorum
 a grecis sardonium appellatur: cum illud qđ ab egypto uenit appelletur
 egyptiacum. Titulorum quos Sesostris rex per egyptum regionatim erexit
 pleriq̄ iam incolumēs non extant: quosdam in syria palestina ipse uidi in
 scriptos: tum quas dixi litteris tum muliebribus genitalibus. Circa ioniam
 quoq̄ duę huius uiri figure uisuntur in petris incise: una quidem: qua ex
 epheso in phoceam itur: altera uero qua ex sardibus smyrnam uersus: in
 quarum utraq̄ insculptus est uir magnitudine quinum palmorum: dexte
 ra spiculum tenens sinistra arcus ceteramq̄ item armaturam. Et enim egypti
 acam & ethiopicam gestans ex altero ad alterum humerum euntes sacre lit
 tere egyptię sunt incise in hec uerba. Hanc ego regionem meis obtinui hu
 meris. Quis tamen aut cuias fuerit ab altera parte non indicant ab altera.
 Eam quidam conspicati Memnonis imaginem esse coniectant multum a
 ueritate deficientes. Sesostris egyptium sacerdos hunc esse dicebant re

deuntem multosq; mortales earum gentium ac regionum quas subegerat reportantem. Eundem posteaq; ad daphnas pelusias se receperat fuisse a fratre quem egypto profecerat una cum liberis inuitatum. Et cum ille domum exterius materia constipasset struesq; incendisset re hunc intellecta extemplo cum uxore deliberasse. Nam et uxorem secum duxerat: et ea suadente ut duos ex se liberos super ardentem pyram extendens pontem faceret: super quos ipsi transeuntes euaderent: ita fecisse et duob; filiis ita incensis ceteros unacum patre fuisse seruatos. Sesostrum in egyptu reuersum ultionem de fratre sumpsisse. Quam uero multitudinem e terris in potestatem redactis abduxerat ea usum in hec fuisse. Si quid isti fuerunt: q; sub hoc rege immense magnitudinis lapides in templum uulcani portatos pertraxerunt: quiq; ad diuortia aquarum: que nunc in egypto sunt cuncta effodienda sunt adacti: quia inuicti faciebant: ut egyptum prius equis & palustris agendis ubiq; idoneam redderent non idoneam. Nam ab eo tempore egyptus que omnis plana est tamen ineqtabilis et plaustris inhabilis extitit propter multiplices fossas et uniuersa loca occupantes: quas ideo rex fodiendas putauit: ut ciuitates que non accolerent flumen sed in medio egypti essent refliuo flumine non laborarent penuria aque ad potandum sed ea suppedicaret e puteis.

H ac de causa egyptus interita est: et ab hoc rege ut dicebant in omnes egyptios disperita soli quadrati equa portione uiritum per sortem data: atq; hinc prouentus instituti imposita certa pensione: quam illi quot annis soluerent. Quod si cuius portionem abluuione flumen decurtasset is adiens regem rei que contigerat certiore faciebat. Rexq; ad prelium inspicendum mittebat qui mentirentur: quanto deterius factum esset ut ex residuo proportionem taxatum uestigal penderetur. Atq; hinc geometria orta uidetur in greciam transcendisse. Nam polum & gnomonem idest normam et duodecim diei partes a babylonis greci didicerunt.

S olus hic egyptius rex imperio potius ethiopie. Monumentu quoq; sui reliquit ante uulcani lapideas statuas duas quidem tricenum unam suam alteram uxoris quatuor autem uicenu cubitoru totidem filioy.

H uius statue longo post tempore cum dari perse statua anteponeretur non tulit id sacerdos uulcani negans darium darium tales res gessisse: q; les gessisset Sesostris egyptius: Quippe qui cum alias nationes non pauciores q; darius: tum uero scythas subegisset: eoq; iniquum esse huius ante illius sisti donaria: qui rebus gestis non esset illum supergressus. Hec locu-

to sacerdoti tamen ignouisse darium ferunt. Defuncto sesostre regnum suscepisse pheronem eius filium & hunc nullā sumpsisse expeditionem: s; ei cōtigisse ut luminibus caperetur: idq; hac de causa cum flumen eo tpr copiosissimū manaret: ita ut supra decem et octo cubitos rura transcendēt uento ingruente: qui fluctus eiicerent. Ferunt hunc regem facinus admisisse: qđ sumptum spiculum in medios fluminis uortices contorsit: statiq; laborasse ex oculis ac uisum amisisse: decēniōq; cecum fuisse. Vndecimo aut anno ex urbe buti ei oraculum aduenisse: iam exactum esse tempus calamitatis: uisumq; ei redditurum: si oculos abluisset lotio mulieris: quę ad suum solius uirum accessisset aliorum uiroz expert & ante omnia urinā uxoris experiretus: cum nihilo magis cerneret ceterarum deinceps urinā expertum tandē uidisse: ibiq; omnes mulieres quas fuisset expertus: pręter eam cuius lotio ablutus uisum recepisset: unam in urbem coegisse: quę erytrabolus idest rubra gleba dicitur: Et eas ibi coactas cum ipsa urbe omnes concremasse. Et eam cuius lotio lotus uisum recepisset uxorem duxisse.

A tq; ea clade liberatum: cum alia aliis in templis donaria posuisset: omnia memorata digna tum maxime memorabilia ac spectaculo digna in templo solis gemina saxa quos obelos uocant a figura ueru centum cubitoz longitudinis. Huc in regno successisse aiebat uirum memphitem: cui nom esset lingua gręca proteus: cuius nunc memphi uisitur phanum decorum sanę ac ualde adornatum: ad australem partem uulcani positum circūquaq; phoenicibus tyriis habitantibus: qui locus omnis castra tyriorum appellatur. In hoc phano protei est edes: quę uocatur ueneris hospite: quam conuicio helenes tyndari filię: quia & apud proteum fuisse diuersatam audiui et cognomine ueneris hospite appellatam. Nam quęcunq; sunt alterius ueneris templa ea neutiq; hospite appellantur. Et sanę percontanti mihi sacerdotes de helena referebant ita rem esse gestam. Alexandrum rapta ē sparta helena cum re nauigaret domum in mari egeo uentis cursu excussum in egyptiacum pelagus atq; illinc non remittentibus flatibus appulsum in egyptum ad hostium nili: quod uocant canobicum atq; ad tricheas. Erat in eo littore: qđ nunc quoq; est herculis templum: ad quod si quis cuiuscunq; hominis seruus confugiens capiat sacras notas sese deo tradens cum nefas est tangere: quę sanctio ad meam usq; etatem prorsus immota perseverauit. Eam templi legem mancipia alexandri cum audiissent: ab eo p-fugerunt: assidentesq; deo supplices alexandrum insimulabant eum destru-ctum uolentes: remq; omnem exponebant: ut circa belenam gesta erant et

De Pherone rege
Sesostri f.

De Proteo rege egyptiorū.

Quo helena a paride rapta
Illi nō est aduēta: sed a
proteo rege egypti retenta
ad quem menelaus in cēso
ilio nauigauit: helenaq; si-
bi est reddita.

et ulata menelao iniuria. Insimulabant autem de his apud sacerdotes et apud huius ostii nili prefectum nomine Tonum. His auditis Tonus q̄raptissime memphum ad p̄teum mittit hęc nuntiatum his uerbis. Venit peregrinus quidam genere teucer: q̄ rem nefariam in grecia perpetravit: quippe seducta hospitis uxore: quam secum ducens cum multis admodum opibus ad tuam terram uentis appulsus est. Vtrum ne sinamus abire impunem an ea quę attulit secum eripimus? Ad te misit p̄teus qui diceret uirum istum undecunq̄ is est: qui rem nefariam in hospite perpetravit: comprehensum ad me deducite: ut quidnam dicturus est sciam. Hoc ubi accepit tonis alexandrum comprehendit: nauesq̄ eius detinet. Dehinc illum helenamq̄ cum opibus atq̄ etiam seruos memphum ducit. Quibus omnibus representatis proteus percontatus est alexandrum quisnam esset & unde cum naubus profectus. Alexander illi & genus suum commemorauit et patrię nomen & unde nauigasset et quo. Sed interrogante proteo unde helenam accepisset titubantem in loquendo ac tergiversantem coarquebant ii qui fuerant supplices exponentes omnia quę in scelere admittendo gesta essent. Tandem proteus apud eos hanc sententiam tulit inquiring. Ego nisi magni interesse arbitraret de peregrino aliquo supplicium capitis sumere ad terram meam uentis appulso: supplicium pro illo greco de te sumerem omnium hospitem deterrere. Sceleratissimum facinus ad misisti a tuo ipsius hospite recepta uxore: neq̄ his contentus cum ea abisti. A c uerbis quidem satis habens compilata hospitis domo uenisti. Itaq̄ qm̄ magni momenti esse duco necare hospitem mulierem hanc atq̄ opes tibi ut abducas non sinam. Sed hęc ego greco hospiti reservato: dum ille ipse constituerit uenire ad ista reportanda. Tibi uero ipsi tuisq̄ conuectoribus: ut e mea terra in aliam triduo transfretari precipio alioquin uos pro hostibus persecuturus. Hunc helenę ad protea aduentum fuisse sacerdotes referebant: quam famam uidetur mihi et homerus accepisse. Sed quia non perinde decora res erat in carmine alio loquendi modo esse usus in quem transtulit declarans se hunc famę sermonem notum habuisse. Id manifestum est qđ in iliade facit mentionem eiusdem erroris alexandri: nec usq̄ alibi retractat alexandrum ferentem helenam fuisse abductum et alibi errandum sidona phoenicie applicuisse. Meminit huius rei in laudanda uirtute diomedis uersibus inquiring. Pictura inerant ubi pallia opus mulierum Sidonidum qua ipse paris formosus ab urbe Sidonia duxit sulcans freta lata carinis. Cum retulit magnis helenam natalibus ortam. Meminit quoq̄

in odyssea his uersibus. Hoc habuit ioue nata probum presensq; uenenum.
 Quod polydamna sibi tonis donauerat uxor Egypto que terra ferax fert
 plurima mixtum. Multa autem proba multa autem damnoſa uenena. Hec
 quoq; alia ad telamachum menelaus inquit. Hunc etiam egypto dū me
 tenuere reuerti Conantem quibus haud tuleram solennia sacra. In his car
 minibus homerus declarat se nosse errorem alexandri in egyptum. Est h
 syria egypto contermina & phoenices quorū sidon est in syria incolunt. Itaq;
 cum hi uersus tum uero locus non minimum me maxime probant cyprios
 uersus non homeri sed cuiuspiam alterius esse. In quibus dicitur alexan
 der ex sparta helenam ducens triduo ilium peruenisse secundo uento uſus ac
 tranquillo mari: cum in iliade dicatur illum cum helenam duceret errasse.
 Sed homerus et cyprium carmen ualeto. Ceterū nunquid greci uana: que cir
 ca ilium gesta memorarent necne. Percontanti mihi sacerdotes ita respon
 derunt se nouisse ab ipso menelao rapta helenam magnas grecorū copias auxi
 lio uenisse menelao in regione teucriam: que in terram egressa locoq; comu
 nito miserunt ilium legatos cumq; eis & ipsum menelaum iſſe. Hos postq;
 introgressi sunt moenia tum helenam opesq; quas furto abſportasset repo
 ſuisse tum iniuriarū satisfactionem. Teucros autem tunc eadem narraſſe
 deinde et iratos & iniuriatos negaſſe se habere helenam atq; opes de quib;
 arguerentur: sed ea in egypto eſſe omnia: neq; se iure reatum ſuſtinere
 earum rerū: quas proteus egyptius rex teneret. Grecos cauſa ſe ab illis de
 rideri arbitrarentur id obſediſſe ilium donec expugnauerunt. Vrbe ca
 pta cum helenam non exiſteret et eandem orationem quam prius audirent
 greci. Ita demum habita prioribus uerbis fide ipsum menelaum ad proteu
 mittunt. Hic ubi peruenit & ad memphim nauigauit expoſita rei geſte ue
 ritate honorificentissimo hoſpitio exceptus eſt: helenamq; malorum immu
 nem recepit & inſuper omnes pecunias ſuas. Et cum hec aſſecutus eſſet mene
 laus tamen iniurius in egyptios extitit. Nam cum conaretur nec per uen
 tos poſſet idq; diu rem indignam excogitauit. Sumptis enim duobus pue
 ris: quorū indigenarū filiis exetiſq; aruſpicinam fecit: Quod ubi feciſſe re
 ſcitum eſt inuiſus & exagitatus fuga abuit in inſulas aphrice obiacentes.
 Eo poſtq; ſe contulit nihil amplius quod referrent habebant egypti: atq;
 horū alia ſe ex hiſtoris noſſe dicebant alia apud ipſos geſta uel magis ha
 bere comperta. Hec aiebant egyptiorū ſacerdotes. Ego uero ad ea que de he
 lena comemorata ſunt et ipſe aduicio hoc coniecturę. Si intra ilium fuiſſet
 helenam utiq; fuiſſet grecis tradita ſiue uolente alexandro ſiue inuito. Neq;

enim ita desipiebat priamus aut eius propinqui : ut suis ac liberoꝝ corporibus atq; etiam urbe periclitari uellent : quo alexander helenę contubernio potiretur. Quod si inter initia ita sensisset : non tamen id fecisset postea q̃ cum multi aliorum troianoꝝ tum uo priami filioꝝ duo tresue aut plures perierant cum grecis preliantes siquid referentibus credi uersificatoribus debet. Quę cum contingerent ego crediderim priamum uel si ipse in contubernio habuisset helenam acheis reddituꝝ fuisse cupiditate presentia mala deuitandi. Neq; uero regnum ad alexandrum erat peruerturum : ut iam sub eo res essent seniore priamo. Cum hector & natus maior et uirtute prestantior q̃ ille regnum esset defuncto priamo suscepturus : quem haudquaq; decebat fratri iniuste agenti indulgere : cum preteritum tanta mala propter eum tum priuatim ipsi tum ceteris troianis omnibus euenirent. Sed quia nec poterant reddere helenam nec uerę dicentibus eis fidem greci habebant demonio ut qđ sentio dicam disponente funditus euersi : ut planum facerent hominibus magnarum iniuriarū magnas a diis esse ultiones. Et hec quidem ut mihi uidentur dicta sunt.

De Rapsinito rege egyptioꝝ.

Protei autem regnum dicebant suscepisse Rapsinitum : qui memoriam sui reliquit uestibula ab occasu spectantia templum uulcani et e regione uestibuloꝝ statuit duo simulacra quinum & uigenum cubitorum longitudinis : quoꝝ qđ aquilonem spectat id estatem : qđ austrum id hyemem egyptum uocant prepostere facientes. Huic regi ingentem etiam pecuniarum uim fuisse : quam nemo regum qui deinceps scripti sunt superare potuerit. ac ut proxime quidem accedere et cum in tuto eam pecuniam collocare uellet edificium extruxisse lapidem cuius parietum unus in exteriorē eduiam partem pertingebat. Sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum. Is unum e lapidibus ita struxit : ut e pariete facile tolli a duobus uiris atq; adeo ab uno posset. Edificio absoluto regem in eo pecuniam reposuisse. Interiecto tempore structorem illum cum esset uita excessurus uocasse ad se filios : nam duos huic fuisse eisq; narrasse se illis prospicientem ut affluenter uitam detegerent astute edificasse regis erarium. Deniq; omnia illis exposuisse planē : mensurasq; ad lapidem admo uendum docuisse ac tradidisse : quę filii obseruantes regū erariū questores forent. Patre uita defuncto haud in longum filios rem distulisse.

Noctu enim ad regiam accedentes lapidem edificiū inuentum nullo negotio amouisse multumq; pecunię expilasse. Cum autem rex forte fuisset edificium ingressus : uideretq; uasa numoꝝ imminuta obstupuisse : nec

habuisse quem insimularet : cum & signa salua & edificium obseratum esset : ubi iteꝝ ac tertio aperiēti minor assidue pecunia apparebat hoc fecisse / ne fures cum furto abirent / laqueos faciendos curasse / et eos circa uasa in quibus pecuniae inerat collocasse / fures quemadmodum superiori tempore cum uenissent et alter eorū penetrans ad uas recta perrexisset eum fuisse laqueo retentum. Et ubi agnouit quo in malo esset protinus fratrem uocasse / et presentis conditionis suae certiore fecisse : iussissetq; ut q̄ celerrime ingressus sibi caput abscideret : ne ipse conspectus agnitusq; quis esset etiam illum una perderet : Qui cum uisus esset probe dicere fratrem ei obsequentem ita fecisse & adaptato lapide domum abiisse caput fratris absportantem. Vbi dies illuxit ingressum in edificium regē expauisse cernentem corpus furis in laqueo sine capite et edificium incorruptum nullum neq; ingressum neq; egressum habens. Itaq; abiisse atq; ita faciendum statuisse / ut suum cadauer e muro suspenderet : custodesq; illic apposuisse iussos ut si quem plorantem aut miserantem animaduertisset eum ad se perducerent. Suspenso cadauere matrem indigne tulisse / allocutamq; filium / qui supererat imperasse : ut quacunq; ratione machinare posset corpus fratris resolveret absportaretq;. Id si negligeret minata se regem esse adituram ad eum indicandum qd̄ pecunias regias haberet.

Aduersus hanc cum filius multa uerba faceret nec persuaderet : qd̄ illam rem grauius accipiebat eum talem rem fuisse commentum. Instratis asinis utres uino completos imposuisse : et postq; agendo asinos iuxta custodes fuit ante suspensum cadauer duos tresue pedes utrem resoluisse et cum uinum profluere tum caput cedentem uehementer uociferatum tanq̄ nescientem ad utrum prius asinorum se conuerteret. Custodes cū multum uini profluere uideret concurrisse cum uasis in uiam : et id qd̄ profluere lucrifacientes comportare. Isto simulato iracundia omnibus maledicente aliquanto post illis consolantibus hunc finxisse se mitigatū et ab irascendo desisse : tandem seduxisse e uia asinos atq; instruxisse et cum plura uerba inter eos fierent : et quidam faceto dicto hominem lacesseret ut risum eliceret donasse illis uinum ex utribus. Atq; eos illic erāt discumbentes potare constituisse prensantes hominem ac iubentes ut secum ad potandum maneret : atq; istum obsecutum remansisse. Et cum inter potandum comiter acciperent donasse insuper alterum utrem. Ita se uino ingurgitantes custodes admodum temulentos esse factos somnq; oppressos ibidem ubi potauerunt obdormisse. Istum ubi multum noctis

erat tunc corpus fratris dissoluisse & custodum malas dextras in contumeliam deraſiſſe: & aſinos imposito cadauere domum uerſus agitaſſe executū imperia matris. Regem ubi ei renuntiatum eſt furem cadauer ſubripuiſſe acerbè tuliſſe. et cum uellet quoquomodo inueniri quiſnam eſſet iſta machinatus hoc feciſſe: qđ apud me caret fide filiam ſuam domi proſtituiſſe uillam omnes indifferenter excipere ſed priuſq̃ couent adigere ad ſibi dicendum quidnam inuita eſſet actum a ſe ſollertiſſimum. Et qui narra-
 ret: quę circa furem acta eſſent eum comp̃henderet neq̃ permitteret exire.
 Cum itaq̃ filia patris imperata faceret furemq̃ audiſſet quā obrem iſta fierent cupientem euadere uerſutiam regis hoc egſſe recentis mortui amputatam ex humero manum ſub pallio ferentem uſſe atq̃ ingreſſum ad filiam regis cum interrogatus eſſet eadem quę ceteri enarraſſe rem ſe ſciletiſſimam perpetrariſſe qđ fratris in crario regis laqueo caput amputaſſe: ſollertiſſimam autem qđ cadauer fratris ſuſpenſum reſoluſſet: cuſtodi-
 bus priuſ ebriis factis. Illam cum hoc audiſſet manum in hunc inieciſſe: eiq̃ furem in tenebris manum mortui porrexſſe quā mulier cum app̃hendſſet manum ſe huius iſtiuſ tenere rata iſtum per foreſ ſe proripuſſe mulier deluſa. Poſtq̃ hec & renuntiata ſunt regi ſtuporem incuſſiſſe tum audaciam tum aſtutiam hominis. Ad extremum diſmiſſis per om̃es urbes nuntiuſ regem edidiſſe non inodo ueniam ſed etiam magna mune-
 ra manere furem ſi in conſpectu eiſ ueniret. Ita fidem fide habita ad eum ueniſſe: eiq̃ Rampſinitum magna uiri admiratione ductum filiā ſuam collocaſſe tanq̃ ex omnibus mortalibus plura ſcienti. Nam egyptioſ quidem ceteriſ hunc autem egyptuſ antecellere. Poſt hec aiebant regem hunc deſcendiſſe uiuum ſub terram eo ubi gręci opinantur eſſe ſedes infernaſ & ibi cum cerere alea luſiſſe et aliquando uictorem aliquñ uidtum fuiſſe et ſurſum iteꝝ rediſſe munuſ ab ea obtinentem mantile aureum: Quod tempuſ a rampſiniti diſceſſu ad redituſ dicebant feri-
 tum eſſe apud egyptioſ. Idq̃ ego ad meam uſq̃ memoriā ſcio obſerua-
 tum. Verum an ob id ſic feriati ſint egypti aſſerere non poſſum. Sed ſacerdotē palliuſ quoddam: qđ intra unum diē detexuerunt uni ex ſuiſ induere et oculoſ intra obducere: quem geſtanteſ palliuſ ubi ī uiam deduxerunt: quę fert ad ueneriſ templuſ ipſo redire illo relicto.
 Hunc autem ſacerdotē oculoſ uelatoſ habentem aiunt a geminiſ lupiſ
 agi ad cereriſ templuſ: quod ab urbe uiginti ſtadia abeſt: et ruriſ a
 templo in eundem locuſ a lupiſ redigi. Quę ab egyptiſ referuntur cui

cunq; credibilia uidentur is eis utatur: is eis utatur. Mihi autem in omni sermone constitutum est ea scribere quę auditu cognoui. Inferorum principatum tenere cererem & liberum egypti aiunt: uidemq; primi extiterūt. qui dicerent animam hominis esse immortalem: quę de mortuo corpore subinde in aliud atq; aliud corpus: ut quocunq; gigneretur immigraret.

A tq; ubi per omnia circūtulisset terrestria marina uoluctia: rursus in aliquod gentium hominis corpus introiret. Atq; hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria milia. Hanc orationem sunt e grecis qui usurparunt tāq; suam ipsorum alii prius alii posterius. Quorū ego nomina sciens non duco scribenda. Ad Rampsinum usq; regem aiebant in egypto sane uiguisse ius omne. Post hunc autem qui in regno successit cheopem in omne flagitium fuisse prolapsū. Omnibus namq; eum templis obseratis ante oīa egyptiis ne sacrificarent interdixisse: deinde iussisse ut in suis ipsius operibus exercerentur: alius ut ex lapidicinis arabici montis saxa exciperent et illuc ad nilum usq; pertraherent: alius ut transmissio flumine illa acciperent et ad montem qui dicitur aphricus traherent. Faciebant autem opus circiter decem myriades id est centum milia hominum ternis semper mensibus singulis. In ea uia populus dum trahendis saxis atteritur decenne tempus truit: qđ non multo minoris operis mihi uidetur qđ pyramidem extruxisse: cuius longitudo est quinq; stadiorum latitudo decem passuum: altitudo ubi maxima est octo passuum lapide polito & animalibus insculpto.

De cheope rege egypti.

De ingenti pyramide:
quā cheopis aegypti rex
edificare fecit.

In hac decem annos fuisse consumptos et in subterraneis edibus in tumulo supra quem pyramides stant: quas fecit sibi pro sepulchro in insula intro misso per fossam nilo. Verum in pyramide hac annos uiginti fuisse absorptos: cuius singule frontes. Nam est forme quadratę sunt octonum iugerum pari altitudine saxis dolatis decentissimeq; coagmentatis: quorum nullum est minusq; triginta pedum. Est autem extructa hęc pyramis in speciem graduum: quas quidam scalas quidam arulas uocant. Postea qđ eam principio talem fecerat attollebat reliquos lapides breuibus machinis e ligno factis ex humo in primum ordinem gradatim leuantēs. Vbi super hunc gradum lapis erat in alteram machinam. Nam quot ordines graduum totidem machine erant: siue eandem machinā quę una est & facilis ad ferendum est: trāsferebatur ad singulos ordines: quoties saxum amoliebantur dictum sit uobis de utroq; quemadmodū refertur. Effecta sunt igitur ita primaqueq; ex pyramide ut erant altissima deinde gradatim sequētia nouissime uero quę solo sunt iuncta et infima. In ipsa pyra

inde littere egyptiace sculpte indicant quantum sit erogatum in operarios pro apio cepis & aliis: quod interpret earum litterarum prout reminiscor aiebat in summa mille & sexcenta talenta pecunie. Quod si ita se habet: quantum in alia credibile est fuisse consumptum uel in frumenta uel in cibos uel in uestiarium operariorum. Atque per id quod dixi tempus opera extruebant: alio item tempore ut ego opinor lapides exedebant atque portabant: et alio non exiguo subterraneam fossam effecerunt propter quod eo flagitii deuenisse cheopem: ut pecunia defectus filiam suam in quodam edificio prostituerit imperans ut quantumcumque faceret questum non enim quantum dicebatur: eamque cum patris iussa fecisse tum uero priuatum de relinquenda sui memoria cogitasse. Itaque singulos ad se intrantes orasse ut sibi opera singulos lapides donarent. Ex his lapidibus aiebant extructam fuisse pyramidem: que stat in medio trium in conspectu pyramidis magne: cuius unumquodque latius sequi iugerum est. Quinquaginta annos regnasse hunc cheopem egypti dicebant: eoque defuncto accepisse regnum fratrem chebrenem. Et hunc eodem instituto usum cum in aliis tum uero in facienda pyramide non tamen que ad magnitudinem fraterne accederet. Eas namque et nos fuimus dimensi. Nam subterranea non subsunt. Neque per fossam deriuatus in eam nilus quemadmodum in alteram influit: sed extructo anfractu introrsum insulam circuluat: in qua situm esse ipsum cheopem aiunt. Fluxisse tamen ex ethiopico lapide uersicolore primum domum quadraginta pedibus depressiorem altera sed habentem idem quod grande edificium magnitudinis. Stant autem super eundem tumulum ambe centenum fere pedum celsitudinis. Sex & quinquaginta annos regnasse chebrenem aiebant. Et ita centum et sex anni supputant: quibus egypti in omni calamitate uersati sunt: nec templa aperta sed semper fuerunt occlusa. Hos reges egypti pro odio ne nominare quidem uolunt: sed eorum pyramides uocant pastoris philitis: qui ea tempestate pecudes per hec loca pascebat. Post hunc regnasse in egypto dicebant Mycerinum cheopis filium eumque paterna prorsus facta et templa referasse: et populum ad ultimum calamitatis afflicto fecisse potestatem res agendi & sacrificandi: quoniam etiam super omnes iustitiam exercuisse. Quo nomine ex uniuersis regibus hunc egypti maxime predicant: cum ob alia que bene iudicabat tum uero quod conquerenti de ipsius sententia de suo donabat: ut indignationi hominis satisfaceret. Cum esset in ciues ita clemens Mycerinus atque

De chebrene cheopis fratre:
q et ipse rex egypti fuit
pyramidemq struxit.

De Mycerino rege egypti.

studiosus principium ei malorum contigisse obitum filie : que domi u-
 nica soboles erat : qua clade supra modum cum doleret : uelletq; filiam
 excellentiore aliquo genere sepelire q̄ ceteri fecisse ligneam bouem uacu-
 am : quam cum inaurasset in eam filiam sepelisse defunctam. Neq; hu-
 mo bos hęc condita est : sed ad meam usq; memoriam in propatulo fu-
 it in urbe sai apud regiam in conclauis quodam exornato posita : Cui sin-
 gulis diebus omnifarii odores inferuntur : noctibus autem perpetuo in-
 censa lucerna adstat. In altero contiguo conclauis imagines stant concu-
 binarū mycerini ut in urbe Sai sacerdotes aiebant. Stant enim colossi
 grandia simulacra circiter uiginti e ligno fabricati nudi pleriq; : qui
 quarum sint mulierum non possum dicere præter q̄ que narrantur. Sūt
 qui de hac boue colossis hęc referant. Mycerinum amore filie sue captū
 uim ei intulisse deinde illam cum præ moerore se suspendisset patrem
 in hac sepelisse : Matrem autem manus ministrarum : que filiam patri p-
 didissent procidisse : et nunc earum hęc esse simulacra eius mali qđ ui-
 ue passę fuissent. Hęc ut ego opinor dicunt nugatores ut alia ita et de
 manibus colossorum : quippe quas ipsi uidimus temporis diuturnitate
 delapsas : que ad meam usq; etatem ad pedes eorum strate uisabantur. Bos
 quoq; cum ceteris corpus operta est phenicio pallio : tum uero ceruicem &
 caput crasso adnodum auro : cuius inter media cornua circulus aureus
 inest soli assimulatus. Neq; stans est bos sed ingenua cubans magnitudie
 quanta est granlis uacca. Effertur aut e conclauis quot annis et postq; e-
 gypti uerberarunt deum quendam intali negotio non puto mihi no-
 minandum : tunc bouem in lucem proferunt. Aiunt eam orasse patrē
 mycerinum : ut defuncta quot annis semel solem intueretur. Huic re-
 gi post calamitatem filie secundo loco hęc accidisse. Ex urbe buti uenis-
 se ei oraculum fuit ut sex omnino annos uiueret septimo defuncturus
 id hunc egre ferentem uicissim misisse ad oraculum contumeliosas que-
 rimoniais : qđ cum pater suus & patruus qui deorū immemores templa clau-
 serant hominesq; perdiderant tam diu uixissent : ipse pie faciens tam-
 cito foret uita defuncturus. Rursus ei uenisse dicuntur ex oraculo respon-
 sum. Ea propter ipsum propere uita funditur : qđ non id faceret qđ debe-
 ret. Oportere enim egyptum centum quinquaginta annis affligi : idq;
 duos q̄ ante eum fuissent reges didicisse : ipsum uero nequaq;. Hęc ubi ac-
 cepit Mycerinus se iam a numinibus damnatum lucernas fecisse per-
 multas : quibuscum noctesceret accensis potaret ac se oblectaret neq; diu

neq. noctu intermittens quin p. paludes perq. nemora uagaretur: utq. audiret iuuenilibus in rebus studiosissime uersari. Hec igitur excogitauit: qd. uellet oraculum conuincere mendaci: ut duodecim pro sex fierent ante diebus factis ex noctibus. Pyramidem et hic reliquit longe maiorem paterna uicinis pedibus ex omni parte. Nam est quadrangularis: breuioremq. trium iugerum admodum usq. ethiopico ex lapide. Hanc quidam grecorum uolunt rhodopis mulieris prestantis non recte sentientes: qui ne nosse quidem uidentur: quenam fuerit rhodopis de qua loquuntur. Neq. enim talem pyramidem illa sibi facere destinasset: in qua talentorum ut sic dicam: milia consumpta sunt. Ad hec non istius sed amasis regis temporibus rhodopis floruit. Multis enim post hos reges annis qui istas pyramides reliquerunt Rhodopis extitit genere thracia ancilla Ladinonis Samii ex urbe uulcani conserua esopi fabularum scriptoris. Nam et hic Ladinonis fuit: postq. is huic mulieri non minimum coram fuit: Siquidem cum sepe numero delphi ex oraculo pronuntiaretur: si quis suumeret poenas anime esopi alius nullus extitit qui suumeret nisi Ladinonis ex filio nepos alius Ladinon. Ita et esopus Ladinonis fuit. Rhodopis autem in egyptum abut portata a xantheo Samio profecta illuc ad questum faciendum magna pecunia fuit redempta a charaxo uiro mityleno Scamaedonyini filio Sappho poematum conditricis fratre. Hunc in modum Rhodopis libertatem nata est & in egypto remansit gratiosaq. uehementer effecta ingentes opes comparauit: que rhodope transcenderent: non que ad talem pyramidem faciendam ascenderent. Ex quarum opum decima parte cuiq. etiam hoc uolenti cognoscere licet non magnam ab illo pecuniam fuisse repositam. Nam cum optaret memoriam sui in greciam relinquere fecit opus quod ab alio excogitatum non esset neq. donatum: idq. donauit in templo delphico monumentum sui. E decima enim suarum opum tot e ferro uerua ad boues torrendos fecit: ad quot facienda sufficeret decima ipsa quam delphos misit: que nunc quoq. posita sunt e regione templi post aram quam chi donauerunt. Gaudent autem quodam modo in nauitate prostibula fieri gratiosa. Nam hec de qua mentio habetur adeo nobilitata est fama: ut nemo non grecorum edidicerit rhodopis nomen. Alterius quoq. que posterius fuit nomine archidice fama per greciam celebris extitit sed minus q. prioris: cuius amore charaxus insaniens mithylenen rediit: ut meminit sappho conuiciis eum infestata. Et de rhodope quidem hactenus. Post mycerinum aut egypti regem fuisse dicebant sacerdotes asychum: cuiq. fecisse vulcano

De rhodope muliere: que
esopi fabularum scriptoris
conserua fuit.

De Asychi egypti rege.

porticum ad solem orientem longe pulcherrimam longeque maximam . ha-
bere enim ubique tum figuras insculptas tum aliam infinitam edificiorum
speciem . Illud uero multo maximum ab hoc rege fuisse factum : ut cum ue-
hementer laboraretur ex ere alieno legem hanc egyptus promulgauit : ut ita
denuum quis pecuniam mutuo acciperet : si cadauer patris pignori daret :
idque ad hanc legem adiecisse , ut penes creditorem esset potestas omnis sepul-
chri debitoris : utque hec irrogaretur multa pignus deponenti : cui si dissol-
uere et alienum recusaret fas non esset sepeliri aut in paterno aut ullo in
alio sepulchro . Ac ne alium quidem ex se ipso progenitorum sepulture man-
dare . Hunc preterea regem superiores antecellendi cupidum reliquisse
memoriam sui pyramidem latericiam incisus in lapide litteris in hec uerba .
Hec me lapideis cum pyramidibus congreges : que tantum illis precello qua-
tum iupiter ceteris diis . Nam fundum lacus conto uerberantis quod luti
conto adherescebat id colligentes me composuerunt et in talem mensuram
redegerunt . Atque id demum operis hunc regem edidisse : Post hunc regnas-
se cecum quendam ex urbe anisi nomine anisim . Atque eo regnante excurris-
se in egyptum magna cum manu ethiopum Sabacum regem : et cum cecus
hic fuga se in palustria proripuisset : Illum regnasse in egypto quinqu-
aginta per annos : idque intra tempus ista edidisse . Quotiens egyptiorum
quispiam aliquid reliquisset ne minime uoluisse inorte afficere : sed pro
sui quaque delicti magnitudine damnare ad agendam certam mensuram
aggerum ad urbem unde quisque incolentium erat : atque ita urbes sunt et
sublimiores effecte . Nam primum humus aggesta erat ab his qui sub rege
sesostre riuos effoderant : Iterum sub rege ethiope ualde sunt urbes fa-
cte excelsae : cum ceterae que in egypto sunt tum uero ut mihi uidetur bu-
bastis urbs ibi precipue terra exaggerata . In qua urbe templum est buma-
stis : que nostra lingua dicitur diana : omnium maxime memorabile : quo
etsi alia sint tum grandiora tum sumptuosiora : nullum tamen est aspectu
iucundius . Sed ita se habet : cetera preter accessum insula est : cuius ad
ingressum usque duo e nilo fluentia uicina currunt nec confluunt hinc atque
illinc preterfluentia centenum utrumque pedum latitudinis arboribus in-
umbrata . Eius uestibulum decem passibus sublime est figuris senum cubi-
torum adornatum . Id templum in media urbe situm undique circumuentum
oculis subicitur . Nam cum urbs sit aggesta terre sublimis : templum que
admodum a principio conditum nec loco motum prospectulo est : illud ma-
ceria figuris exculta interius delubrum ingenti procerissimis arboribus

De Anisi rege egypti .

De Sabaco ethiopum rege :
qui egyptum cepit : & quin-
quaginta annis in ea re-
gnauit et qua de causa ex
egyptio discessit .

De templo bubastis . i . dia-
ne : quod in bubasti ur-
be egypti est .

manu consitis luco ambiente. In quo delubro statua est. Longitudo templi quoquo uersus unius est stadii. ab eius ingressu uia per forum orientem uersus unius est stadii. que fert ad mercuri templum tria circiter stadia longitudinis et quatuor iugey latitudinis. Strata lapide est utrinq; arboribus manu consitis ad celum euntibus. Atq; hunc quidem in modum templum habet. Verum se ita ad extremum liberatos ethiope referebant: qđ ille per quietem oblata sibi tali uisione fuge se mandauerit.

¶ isus est sibi uidere quendam adstantem: qui suaderet ipsi: ut congregatos cunctos egypti sacerdotes incideret medios. hac cum uisione conspecta dixisse uideri sibi deos permonstrare causam: ut piaculo in sacra cōmisso aliquid cladis aut a diis aut ab hominibus acciperet: se uero nequaquā ista facturum sed abiturum: quoniam excessisset iam tempus: quod ipsi a diis uaticinatum esset: quousq; foret in egypto regnaturus. Et enim cum ethiopia egeret oraculis: quibus utuntur ethiopes responderat deus fore ut is in egypto quinquaginta regnaret annos. Id tempus cum excessisset: et uiso insomni perturbatus esset Sabacus ultro ex egypto concessit. Eo profecto ex egypto rursus cecum e plaustribus egressum accepisse imperium: ubi quinquaginta habitans annos insulam cinere atq; humo exaggerauit.

¶ am & quisq; egyptiorū iussus illuc ibat portans frumentum ei mandabat: ut clam ethiope ad se dono cinerem ferret. Hanc insulam ante amyrtheū inuestigare potuit. Sed septingentis et amplius annis superiores amyrtheo reges nequierunt eam inuenire: cui insule nomen est elbo decem omnino stadiorum magnitudinis. Post hunc regnasse sacerdotem uulcani nomie Sethon: eumq; bellatoribus egyptiis abusum fuisse contemptui habens tanq; sibi non opportunos et cum aliis ignominii affecisse: tum uero agris exuisse: quibus fuerant a superioribus regibus singuli duodenis donati. Ex q; factum est: ut cum postea sanacharibus arabum assyriorumq; rex cum magnis copiis inuasisset egyptum noluerunt ei opitulari: Tunc sacerdotem consilii inopem in coenaculum se contulisse. Ibiq; apud simulacrum complorasse quanta pati periclitaretur: eiq; inter lamentationem obrepisse somnum: et inter quietem uisum adstare deum exhortantem nihil eū molesti passurū: si copis arabum obuiam iret. Se enim auxilarios ei missurum. His insomniis fretum sacerdotem sumptis egyptiorum iis qui sequi se uellent castra in pelusio posuisse. Hac enim egyptus inuaditur. Nec eum fuisse quempiam bellatorum secutum: sed institores et operarios et forenses homines. Et cum peruenissent noctu effusam ipsis hostibus uī

De Sethone vulcani sacerdote: qui in egypto post cecum regnauit.

agrestium murium : qui illorum tum pharetras tum arcus tum scutorum habenas excederent. Ita in postero die hostes armis exuti fugam fecerunt multis amissis. Eoq; nunc iste rex in templo uulcani lapideus stat murem tenens atq; hæc per litteras dicens. In me quis intuens pius esto. Ad hunc usq; narrationis locum et egyptū et sacerdotes referebant a primo rege ad vulcani sacerdotem. hunc qui postremus regnavit progenies hominem fuisse trecentas & quadraginta unam & totidem in terra pontifices totidēq; reges. Trecentę progenies idem qđ decem milia annoꝝ pollent. Nam tres uirorum progenies centū anni sunt : Ex quibus una et quadraginta que relique sunt ultra trecentas sunt anni mille trecenti quadraginta. Ita intra decem milia trecentosq; et quadraginta annos negabant ullum deum forma humana extitisse. Ac ne in regibus quidem egypti aut prius aut posterius extiterunt aliquid tale fuisse dicebant. Sed intra hoc tempus quater solem præter cōsuetudinem esse ortum : bis quidem illinc exortum / ubi nunc occidit : bis autem unde nunc oritur illic occidisse. Nec tamen sub hæc aliquid in egypto esse unmutatum : non ea que e terra non ea que e flumine ipsius proueniunt non etiam que circa morbos aut que circa mortes eueniunt. Atq; ante hecateum sermonum scriptorem apud thebas originem generis sui recensentem ac progenitores familie sue repetentem ad sextum decimum deum sacerdotes iouis tale quiddam fecerant : et mihi non recensenti originem familie mee introducto in quoddam grande coenaculum enumerando demonstrabant tot e ligno colossos quot dixi. Ibi namq; stabant pontifices sub imagine uitę qua quisq; uixerat. Enumerantes itaq; sacerdotes ostendebant mihi unumquēq; eorum esse filium proxime defuncti sacerdotis imagines eorum singulas gradatim percensendo donec omnes exposuerunt. Atq; hecateo originem suam recensenti et ad sextum decimum deum recensenti occurrebant e diuerso progeniem recensentes et in enumeratione non admittentes id qđ ab illo diceretur hominē progenerari e deo. Occurrebant autem in repetenda progenie hunc in modum : quod dicerent unicuiq; colossorum fuisse pyromum ex pyromi procreatum : donec trecentos quadraginta quinq; commemorarent pyromum assidue ex pyromi procreatum non referentes ad deum : ullos ad heros. Est autem pyromis gręca lingua expositum καλὸς καὶ ἀγὼς idest honestus et bonus. Eos itaq; quorum imagines erant demonstrabant omnes tales extitisse. Sed multum a diis distantes. Priores tamen his uiris fuisse deos in egypto principes una cum hominibus habitantes : et eoꝝ semper unum

ex eoq; placito fecerant labyrinthum paulo supra stagnum myrios maxie urbem uersus que dicitur crocodiorum: quem ego aspexi fama maiorem.

Siquis enim ex grecorum narratione muros & operis speciem rationetur: minus concipiet q; pro labore et sumptu huius labyrinthi: Tametsi templum ephesi est memoratu dignum & insano: tum pyramides erant ad narrandu maiores: quarum singule multis ac magnis operibus grecis equiperande sunt.

Sed eas quoq; labyrinthus antellit. Etenim duodecim eius aule sunt tecto opere portis oppositis altrinsecus. Sed ad aquilonem contigue totidem ad austrum uergentes eodem extrinsecus muro precluse. Bifaria in eo sunt domicilia una subterranea altera superiora illis imposita utraq; numero tria milia quinquaginta: Quorum ea quidem que superiora sunt ipsi uidemus et que aspeximus errauimus. Subterranea uero auditu didicimus. Nam prepositi egyptiorum nolebant ullo pacto illa monstrari quod dicerent illic sepulchra esse: tum eorum regum qui edificandi labyrinthi fuere auctores tum sacro crocodillorum. Ita de inferioribus edificis fando cognita refecimus. Superiora ipsi aspeximus humanis operibus maiora. Nam egressus per tecta & regressus per aulas diuersissimi infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclauia transitur ex conclauibus in cubicula ex cubiculis in solaria alia e conclauibus in alias aulas. Horum omnium lacunar quemadmodum parietes lapidum est sculptilibus passim figuris ornatum. Singule aule maxima ex parte digesto lapidis albi columnarum ambitu redimite. Angulo quo finitur labyrinthus adheret pyramis quadraginta passuum: in qua grandia sunt insculpta animalia: ad quam iter sub terra fit. Et cum talis sit labyrinthus: Tamen stagnum myrios: ad quam labyrinthus edificatus est plus prebet admirationis: cuius in circuitu mensura trium milium & sexcentorum stadiorum est schoenorum sexaginta: quanta uidelicet ipsius egypti ad mare mensura est. Iacet autem stagnum longo situ aquilonem uersus austrumq; altitudine ubi eius profundissimum est quinquaginta passuum.

Quod autem manu facta sit ac depressa est indicat: quod in eius ferme medio stat duae pyramides quinquagenos passus ab aqua extantes altero tanto edificii aquis tecto: Super quarum utraq; lapideus est colossus in solio sedens.

Ita pyramides sunt centum passuum. Centum aut iusti passus sunt stadium unum sex iugerum. Passus inq; mensure sex pedum siue quatuor cubitorum. Pedes autem quatuor palmarum: cubitus uero sex palmarum. Aqua stagni naturalis non est: utpote solo illo admodum arido: sed e nilo deriuata sex mensibus in stagnum fluens totidem retro in nilum refluens: illisq; sex

mensibus quibus effluit augens regum fiscum talentis argenti singulis in singulos dies prouentu piscium cum influit uiginti minis. Hoc stagnum dicebant indigenę euadere in syrtim aphrice perforato sub terram meatu in mediterranea hesperum uersus secundum montem memphi imminentem. Verum cum humum e lacu egestam nusq̃ uiderem. Hoc enim mihi indagare cura erat, percontabar proximos accolarum ubinā esset humus illinc effossa: illi dicere fuisse exportatam facile id mihi suadentes: Quippe qui simile quiddā factum esse apud nitum urbem assyriorum auditu cognoueram. Siquid fures quidam magnam uim pecunię Sardanapali: qui nini rex erat in thesauris subterraneis abstrusā compilare cum constituissent a suis domibus fodere exorsi sunt dimensi uiam sub terram ad regias edes: eamq̃ humum e cuniculis effossam ubi nox aderat in flumen tigrum: qui nunc preterfluit exportabant: donec id quod optabant perficerent. Eodem modo audiui in egypto hanc alteram fuisse factam lacunam preter q̃ qđ non noctu hęc sed interdiu est facta. E gyp̃tios enim humum quam effodiebant in nilum extulisse: quam ille acceptam dissiparet: et hic quidem lacus ita fertur fuisse depressus. Duodecim autem reges cum iuste degerent: ac statuto tempore in templo uulcani sacrificassent: et ultimo die festo libaturi essent: porrexit eis pontifex aureas phialas: quibus libare consueuerant aberrans numero duodecim uidelicet uiris undecim phialas: ibi psammeticus: qui postremus omnium stabat: cum non haberet phialam: detractam sibi cream galeam tenuit libauitq̃. Ferebant autem ceteri omnes reges: & tunc quoq̃ gestabant galeas: nec dolo malo psammeticus galeam tenuit. Ceteri tamen id cōsulto factum esse a psammetico existimantes & in memoriā redeuntes oraculum ipsi esse redditum: qui erea in phiala libasset: eum solum regē egypti futurū non censuerunt equum esse psammeticum morte multandum postq̃ rimando compererunt non id illum fecisse de industria: sed maxima potentię suę parte exutum in palustria relegandum: ne illinc egressus ceterę egypto se immisceret. Hunc psammeticum cum Sabacum ethiopem qui patrem eius nemo interemerat fugisset in syriam. Post habitum ethiopis ex insomni uisione reduxerunt ii egyptii qui sunt e tribu sartana. Deinde cum regnaret una cum undecim regibus contigit ei ut fugeret itez propter galeam in paludes. Igitur intelligens q̃ ignominiose ab illis tractatus esset statuit ultum ire eos: qui ipsi persecuti fuissent. Sed ex oraculo latone quod in urbe buti apud egyptios ueracissimum est: ad

quod ipse miserat redditum est responsum affuturam ultionem edificiis
 fando cognita refecimus. Superiora ipsi aspeximus ei e mari uiris greis
 existentibus: qđ responsum magnam ei incredulitatem effudit uiros e-
 reos fore auxilarios. Non longo tempore interiecto iones quosdam & ca-
 res predandi gratia nauigantes necessitas compulit applicare ad egyptū.
 11 cum in terram exissent ferro armati egyptiorū quidam nuntiū fert psā-
 matico ad paludes: et quia nunq̄ uiderat aliquos ere armatos: ut egres-
 sos e mari greos uiros campestris populari. Ille agnoscens oraculum esse
 perfectum amicitiam cum ionibus & caribus facit eosq; magnis pollicita-
 tionibus hortat ad secum manendum. Vbi persuasit ita demum una
 cum iis egyptiis: qui secum sentiebant: cumq; auxiliariis reges sustulit.
 O mī potitus egypto fecit in memphi tum uulcano uestibula ad uentum
 austrum uergentia: tum e regione uestibulorum aulam api: in qua cū
 apparuit apis educatur undiq; columnis cinctam ac figuris refertam: in
 qua aula loco stant columnarum colossi duodenuin cubitorum. Apis
 autem gręca lingua epaphus est. His ionibus caribusq; quibus fuerat usus
 adiutoribus psammeticus dedit ad habitandum posita altrinsecus predia,
 nilo medio dirempta: quibus impositum est nomen castra. Et cum hęc eis
 loca dedit: tum uero cętera quę fuerat pollicitus representauit. Pueros qñ
 etiam egyptios commisit lingua gręca imbuendas: a quibus linguam gręcā
 edoctis oriundi qui nunc in egypto interpretes sunt. Incoluerunt autem io-
 nes & cares diu hęc loca contra mare atq; titulum supra urbem bubastum
 ad ostium qđ dicitur pelusiacum sita. Vnde postea amasis rex memphim
 transtulit in sui tutelam aduersus egyptios. Post sedes ab istis in egypto col-
 locatas ita gręci cum illis commercium habuerunt: et nos res in egypto ge-
 stas a psammetico rege exorsi & quę deinceps extiterunt omīa sine ambi-
 guitate nota habemus. Hi enim primi egyptum qui diuersę lingue essent
 incoluerunt. Atq; unde demigrarunt illic & uestigia naualium et domoz
 rudera ad meam usq; etatem ostendebantur. Atq; hunc quidem in modum
 psammeticus egypto potitus est. De oraculo autem: qđ et in egypto cum feci
 multa iam uerba tum faciam tanq̄ de re memoratu digna. Est enim oracu-
 lum hoc in egypto templum latone positum in magna urbe: cui nomen est
 ut superius a me didum est Buto contra ostium nili: qđ sebbeniticum appel-
 latur a superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sūt
 apollinis dianę et in quo redduntur oracula latone grande illud est &
 porticum habens decem passibus sublimem: Vbi quid mihi ex iis quę in a

De latone delubro posito in
Buto egypti urbe.

Apollo . orus . 7
Ceres . Isis } egyptiace
Diana . Bubastis } anr .

De Neco rege .

De fossa que ad rubrum mare
ferebat : qua necos egypti rex
cauam fecit .

perto erant maximo miraculo fuerit referam . Est in hoc plano latone delu-
brum ex uno factum lapide : cuius parietes equali celsitudine ac longitudine
quadragenuum cubitorum : cuius lacunari protecto impositus est alius lapis
quatuor cubitorum per oras crassitudinis . Itaque eorum que circa templum
hoc sunt in propatulo apud me fuit id delubrum . Secundo loco insula que
uocatur echenus in lacu profundo ac spatioso sita preter templum quod in-
buti est : que insula ab egyptiis fertur inuatum . Ego tamen neque innatante
uidi neque se mouentem . Et cum audire in admiratus sum si uerum est insula
uitare posse . In hac igitur templum apollinis est : & arx trifarie extructe &
paline frequentes enate alieque partim fructifere partim steriles arboree . Cur
autem ea innatans sit hanc egypti rationem reddunt . quod latona que ex
octo numinibus : que prima extiterunt unum est cum in urbe buti hoc eius
oraculum est habitaret . Apollinem ab iside commendatum sibi occultauit in
hac insula nondum innatanti : ac sospitem reddidit : quo tempore typhon
omnia indagans : ut osiris filium inueniret aduenisset . Nam apollinem et
dianam aiunt dionysii & isidis filios esse : Latonam uero nutriceam horum ac
liberatricem . Et apollo quidem egyptiace orus dicitur Ceres autem isis : Dia-
na uero bubastis atque hinc solum non aliunde . Eschilus euphranoris filius ra-
puit : quod dico ut solus omnium qui poete dicuntur fecerit dianam cereris fi-
liam . Ob hoc igitur insulam redditam esse natantem . Hoc illi sic aiunt . Psam-
metichus in egypto quatuor & quinquaginta regnauit annos : per quorum unde
triginta magnam syrie urbem obsidens oppugnavit donec expugnauit . Hec est
azotus : que diutissimam inter omnes urbes duntaxat quas nouimus sustinuit
obsidionem . Psammetichi filius qui regnum egypti suscepit extitit necos idem
fossam ad rubrum mare ferentem primus aggressus est : quam darius perses secun-
do loco depressit longitudinis quidem quatuor dierum nauigationis : latitudinis
autem ut per eam due possent simul agi tirenes . Aqua que in hac e nilo de-
ducitur paulo supra bubastis urbem iuxta oppidum arabie patamon deducit
euadens in mare rubrum . Initium fodiendi sumptum est a planitie egypti ara-
biam uersus . Nam que supra planitiem sunt continens prope memphim occu-
pat mons in quo lapidicines sunt . Itaque ad huius montis una ducta est fossa
hesperum uersus & auroram longo tractu & deinde pertingens diuortio mon-
tis tenuis : quod diuortium ad meridiem et uentum austrum fert in sinum arabicum
qua breuissimus tractus et maxime compendarius est e mari septentrionali
ascensus ad australe : quod uidem rubrum uocant a monte casio : qui egyptum
syriamque determinat . hunc stadia mille sunt in arabicum sinum . Et hoc quid

breuissimum

breuissimum est. Verum fossa multo longior scilicet quanto est confrago
 sior: in qua fodienda sub rege neco centum uiginti milia egyptiorum peri
 erunt. inq. eius medio opere necus destitit hoc interpellatus oraculo cum ad
 opus barbaro premunire. Egypti barbaros omnes uocant: qui non ipsorum
 lingua loquuntur. Super sedens itaq. a facienda fossa necus ad militum co
 pias se conuertit: atq. classes: quę partim in mari septentrionali partim in si
 nu arabico ad rubrum mare sunt edificate: quarum adhuc uestigia naualiū
 ostenduntur. Et classibus quidem necus dum opus fuit usus est. Terrestri
 autem acie congressus cum syris in magdalo uictoria potitus est: et post
 prelium cadyti magna syrie urbe. In uestitu autem curiosus cum fuisset il
 lum apollini dicatum ad branchidas milesiorum misit. Hic perfectis decē
 & septem imperii sui annis decessit tradito imperio Psammi filio suo. Eo a
 pud egyptum regnante nuntii eliorum dimittebantur iactantes a se in o
 lympia iustissimum ac maximum inter mortales propositum esse certamē
 rati ne egyptios quidem hominum sapientissimos aliquid ultra hec esse inuen
 turos. Isti ubi in egyptum peruenerunt eaq. exposuerunt quorum gratia
 uenerant rex conuocat ex egyptiis qui sapientissimi haberentur: Qui cum cō
 uenissent et helios audissent omnia commemorantes: quę par erat ab eis fie
 ri in edendo certamine: et se uenisse dicentes sciscitatum nunquid possent
 egypti reperire iustus. Habito inter se consilio interrogant Helios nūqd
 apud eos certarent ciues: et illis respondentibus sine discrimine et suorum
 et ceterorum grecorum cūcunq. uolenti certare fas esse. Atqui inquirunt il
 los cum tale certamen proponant ab omni iure excedere. Nullo et enim pa
 cto posse fieri quin conciu pugnanti ciues fauerent facientes iniuriam hospi
 ti: Sed si uellent iustum proponere certamen: et eius rei gratia uenissent in
 egyptum: iubent hospitii ponere certamen nullo beliorum certare permissio.
 Hec egypti helis subiecerunt. Psammi cum sex omnino regnasset annos in e
 gypto: facta in ethiopiam expeditione innox uita defunctus est: Cuius regnū
 apries filius accepit: qui secundum psammeticum proauum suum fortunatus
 simus extitit omnium ad eam etatem regum quinq. et uiginti dominatus
 annos: qđ intra tempus & bellum sidoni intulit & cum tyrio pugna nauali di
 micauit. Sed cum calamitas eum maneret contigit ob eam causam: quam ego
 pluribus dum res punicas exequar paucis contentus in presentiarum cum ad
 uersus cyreneos apries exercitu missio magnam cladem accepisset: Id ei impu
 tantes egypti rebellauerunt: opinati se ab illo in apertam perniciem fuisse
 dimissos: ut nō intermitione deletis: ipse ceteris egyptiis imperaret securus.

De Psammi rege.

De Aprie rege.

De Amasi rege : et quo egypti
regnum adeptus est .

Septem hominum gna
apud egyptios .

Hec perq^{ue} grauit^{er} ferentes tum hi qui redierunt / tum eorum qui intereme-
rant amici ingenue descuerunt . Id ubi rescivit apries mittit ad eos uer-
bis sedandos amasim : qui cum uenisset reprehendensq^{ue} dissuaderet / ne ta-
lia facerent : quidam egyptiorum ei a tergo stans galeam circumdat / eaq^{ue}
circūdata inq^{uit} se illam ob regnum imposuisse . Neq^{ue} hoc qd^{am} fiebat eo in-
uito fiebat : ut ostendebat . Nam simul atq^{ue} ab his qui descuerant egyptiis
declaratus est rex sese apparabat tanq^{am} aduersus apriem moturus . His co-
gnitis apries mittit ad amasim ex iis qui secum erant egyptiis spectatu^m
quendam uirū nomine patabremem iussim / ut ad se uiuum amasim p-
duceret . Hic ubi peruenit amasim ad se uocat . Amasis sedebat autem
in equo ad suos cohortandos / insolenter stolide iubet uicissim hunc ad se
adducere apriem . Et cum patabremes eum rogaret / ut regem adiret / ac-
citus respondit se iam dudum dare operam : ut id ageret : nec de ipso apri-
em esse questu^m . Se enim illi presto futurum et alios adductu^m . Patabre-
mes non ignarus propositi illius / tum ex oratione / tum ex apparatione / qua
uidebat / statuit sue diligentie esse q^{uod} celerrime regem rerum quę ageren-
tur facere certior^{em} . Huic redeunti / qd^{am} amasim non adduceret / nullo
uerbo edito apries ira percitus precidi aures iussit nasumq^{ue} . Id intuentes
ceteri egyptii : qui cum eo hactenus senserant uirum inter probatissimū
ita sede indigneq^{ue} affectum : ne tantisper quidem differentes ad alios
transeunt / sese amasim tradunt . His quoq^{ue} auditis apries armatis auxi-
liariis (habebat autem auxiliorum circa se ex ionibus & caribus triginta
milia) in egyptios tendit . Erat ei regia in urbe Sai ingens ac spectatu di-
gna . Itaq^{ue} utriq^{ue} aduersus alteros apriani & amasiani in Memphi urbe con-
stituerunt tentaturi pugne discrimen . Sunt autem in egypto septem
hominum genera : quorum alii sunt sacerdotes / alii qui pugnatore^s ap-
pellantur : alii bouum pastores : alii subulci : alii institores : alii interpre-
tes : alii gubernatores nauales . Tot sunt egyptiorum genera a suo artifi-
cio appellata . Sed pugnatore^s uocantur calasyres & hermotybies : qui ha-
rum regionum sunt . Nam in regiones distincta est omnis egyptus . her-
motybio^{rum} quidem he sunt plage / busiritana / saitana / chemmitana / pa-
premetana / insula prosopitis : quę uocatur natho / ex dimidia parte ex
iis tradibus . Hermotybies cum plurimi centum & sexaginta milia : quo-
rum nemo quippiam opificii questuarii didicit / sed omnes rei militari
uacant . Calasyrium he plage sunt / Thebana / bubastiana / aphtitana / ta-
nitana / mentiesia / sebbenitana / athribitana / pharbititana / tuitana / cri-

phitana anisia miecphoritana. Hæc tribus insulam incolit. Exaduerso bubastis urbs. Hæc tribus calasyrium: dum quoad possunt plurimi coguntur ducenta quinquaginta uiroy: quibus nec ipsis licet ulli artificio operam dare sed solum rei militari filio discente a patre. Hoc ab ægyptiis ne mutuati sint greci non possum pro certo diiudicare: cum uideam & apud thraces & scythas persasq; & lydos demq; apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus ciuibus eos qui artificia discunt: eorumq; liberos: generosiores autem eos qui a manuariis operibus abstineant: presertim qui cessent ob bellum. Hoc itaq; cum ceteri greci didicerunt: tum precipue lacedæmonii corinthii quoq; minimi faciunt opifices. His solis ægyptiorum præter sacerdotes hoc eximium honoris habetur: ut singulorum duodeni agri sint egregii atq; immunes singuli agri centum cubitorum ægyptiorum quoq; uersus. Ægyptius autem cubitus samio est par. Hæc tamen uniuersorū pecuaria sunt: quibus per uices in orbe fruebantur. Et nunq; iidem calasyrium millem et hermotybiū circa regem fungebantur annuosatellitum munere. Istis præter prædia dantur uiritim hæc alia panis tostī pondō quinquenæ carnis bubulæ uini sextarii quaterni. Hæc assidue satellitibus præbebantur. Vbi igitur ex diuerso uenientes apries cum auxiliariis et amasis cum uniuersis ægyptiis in urbem momemphum peruenere congressi sunt. Et peregrini quidem egregie pugnauerunt tamen qd̄ erant multo inferiores numero fugati sunt. Apries ea fuisse persuasionē: ut nullus neq; deorum neq; hominum posset sibi adimere regnum. Adeo uidebatur sibi illud stabilisse: et tamen tunc congressus prælio fugatus est uiuusq; captus et ad urbem sami ductus ad edes quæ ipsius antea fuissent. Tunc autem amasis regia ibi q̄diu in regia pascebatur cum amasis honeste seruauit. Tandem inculantibus ægyptiis nō iuste agere qui suum & ipsorum inimicissimum aleret. Ita illis apriem tradidit. Eum isti ubi strangulauere paternis in monumentis sepelierunt: quæ sunt in templo mineræ proxime coenaculum ad leuam manus intrantis. Nam saitani cunctos qui tribules eorum fuere reges intra templum sepelierunt. Etenim amasis monumentum ex altera parte coenaculum q̄ illis apries eiusq; progenitorum. In eiusdem templi aula hoc quoq; est ingens cubiculum lapideum tum columnis excultum palmarum arboreis imitantibus tum alio sumptu intra ad cubiculum gemini postes stant: in quibus urna est. Sunt etiam sepulchra: cuius nomen si nuncupauero hac in re haud sancte fecero. Apud Sami in tē-

Pugna inter Amasim & Apriem: in qua apries capr. Amasis uero victor rex effiatur.

plo minervæ post totum delubrum prope minervæ parietem atq; in fa-
no stant ingentes obeli. idest uerua lapidei. locusq; contiguus lapidea cre-
pidine adornatus et circūquaq; probe elaboratus. magnitudine ut mihi
uidetur. quanta illi in delo. qui dicitur trochoidos idest rotæ speciem. In
hoc lacu imagines suorum quisq; affectuum noctu faciunt. quæ uocant egyp-
pti mysteria. de quibus cum per multa ego norim. quomodo se habeant
singula tamen absit. ut proloquar. De cereris quoq; initiatione. quam gre-
ci tesmophoria uocant hoc est legum lationes. Absit ut eloquar. nisi quate-
nus sanctum est de illa dicere. Danaï filias extitisse. quæ ritum hunc ex
egypto attulerunt. eos eoq; pelasgicas foeminas imbuerunt. Sed deinde omni
peloponneso adonibus eiecta sedibus suis ritus initiandi abolutus est a solis
arcadibus. qui e peloponnesibus non eiecti sunt. sed relictis conseruati.

A prius extincto regnauit amasis e tribu saitana et urbe cui nomen est suiph.

Eum inter initia egypti contemnere nec ullius sane momenti ducere. ut
qui plebeius fuisse nec insigni familia ortus. Sed hos amasis ad se soler-
tia non asperitate perduxit. Erant ei cum alia bona infinita tum uero
peluis aurea. in qua tam ipse q̄ omnes conuiuere semper pedes abluebant.


Hanc ille confregit. ex eaq; demonis statuam facit & in appositissimo urbis
loco statuit. Egypti simulacrum adeuntes magnopere uenerari. Id ama-
sis fieri e popularibus edoctus conuocatis egyptiis aperit. ex illa pelui. in
quam prius egypti euomere immingereq; & in qua pedes abluere consu-
essent. factum esse simulacrum quod tunc tantopere uenerarentur. Itaq;
se aiebant perinde atq; peluim esse factum. qui si ante fuisset plebeius. i
presentiarum tamen esse rex. eoq; iubere. ut sibi honor haberetur atq; reue-
rentia. Hunc in modum ad se trahit egyptios ita ut equum censerent ei
seruire. Idem hoc usus in rebus agendis instituto ab aurora usq; dum refer-
tum esset forum. accurate negocia quæ expediebant. agebant. deinde pota-
bant. et inter compotores iocabatur morionem ac scurram. Quibus offe-
si amici. talibus eum uerbis castigabant. Rex dicentes non e dignitate
tua degis. qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam deberes auguste
in solio sedens auguste interdum res administrare. Ita et egypti cognosce-
rent magno sibi uiro presidere. et tu melius audires. Hunc haudquaq; e re-
gia dignitate. His ille respondit. arcus ab his quorum sunt. cum opus in-
tendi. eos si semper intenti sint. ruptum iri. nec posse eis illos cum indigeant
uti. Ita & hominis institutum si assiduo laboraret. studio. nec ullam partem
ad lulum sibi indulgere uelit. fore ut pedetentim aut mente captus sit aut

membris: Quod ego intelligens utriq; impertio. Hec amasis amicis respondit. Et enim fertur amasis cum priuatus foret fuisse iocandi potandiq; cum dicacitate studiosus: et uir ne utiq; rerum agendarum anxius: et quotiens eum potantem ac se oblectantem necessaria defecissent solitus circueundo furari. Et cum reposceretur ab his qui dicerent eum ipsorum habere pecuniam ac negaret adduci ad oraculum quocunq; eo loco erat: et frequenter ab oraculis conuictus frequenter absolutus. At postq; assecutus est regnum ista egit. Quicunq; dū eum furti absoluerant horum templa neq; curę habuit neq; ulla re ad stabilimentum donauit: neq; adiens sibi sacrificauit tanq; nihil mererentur qđ redderent falsa responsa: Qui autem pronuntiauerant furem hos tanq; uere deos nec mendacia reddentes oracula maxime coluit. Pręterea in sai uestibulum inuenerę fecit opus admirandum & longe superans cetera tum sublimitate tum magnitudine. Tanta est uastitas lapidum atq; sustructionum: quin etiam ingentes colossos et immanes andros pingas ibidem posuit: Alia quoq; saxa pregrandia in apparatus comportauit ducta partim ex lapidicinis que iuxta memphum partim utiq; que maioris molis erant ex urbe elephantina: que a Sai distat uiginti dierum nauigatione. Ad hec quod non minime sed maxime omnium admiror attulit edificium ex solido saxo ex urbe elephantina: in quo afferendo triennium consumpserunt duomilia delectorum uiroy: qui omnes erant gubernatores. Eius tectum extrinsecus est unius et uiginti cubitorū longitudo quatuordecim octo sublimitas. Hec est diuensio exterior tecti ex uno lapide. Introrsum tñ duodeuiginti et amplius cubitoꝝ est longitudo quinq; sublimitas. Domus hec ad ingressum templi collocata est. Nam ob id aiunt in templum non fuisse pertractam qđ tecto adueto cum suspirasset eius uehementi architectus utpote perthesus diutino tempore stomachatus amasis non permisit hominem ulterius trahere. Non nulli aiunt quendam ex iis qui uestibus lapidem agebant ab illo fuisse oppressum: ideoq; lapidem non introductum. Donauit pręterea operibus ob magnitudinem spectando dignis. Tum alia templa insignia: tum in memphi templum uulcani colosso superno ante illud posito longitudinis quinq; & septuaginta pedum. Superq; idem pauimentum gemini colossi stant ex ethiopico lapide uicenum pedū magnitudinis hinc & hinc illi magno assistentes: cuius instar est alter in sai lapideus eodem habitu iacens. Illud etiam qđ in memphi est templū ingens et spectatu dignissimum aiunt amasim edificasse. Sub rege amasi dicitur egyptus fuisse maxime beata. In his que uel regioni ex flumine

uel hominibus ex regione proueniunt : et urbes quę incolerentur tunc fu-
isse numero uiginti milia . Amasis quoq; extitit : qui legem hanc apud egyptios
condidit : ut singuli eorum quotannis apud prouinciarum pręsides de-
monstrarent unde uiuerent : et qui aut hoc ne faceret aut non demon-
straret se legitime uiuere : si morte afficeretur . Quam legem Solon ab e-
gyptiis mutuatus atheniensibus tulit : quam illi quod sit castissima assidue
usurpant . Amasis quoniam grecorum erat studiosus cum alia multa in
quosdam grecos officia contulit : tum is qui in egyptum conderet dedit
facultatem naucratem urbem incolendi . Qui uero eorum nollent illuc
habitare sed nauigando negociari fecit potestatem certis in locis aras &
fana extruendi . Adeo maximum eorum fanum atq; celeberrimum uo-
catur grecum . Ciuitates autem quę communiter extruxerunt sunt io-
num quidem chiis . teus . phocea . claxomene . Dorum autem rhodus . cyn-
dus . micarnasus . fuselis . Eolorum uero una mytilene . Harum ciuitatum
hoc fanum est : et ab eis perfecti emporii idest nundinarum siue mer-
cati prębentur . Ceterę ciuitates quę consortes huius rei sunt non rei ad
ipsos pertinentis cōsortes sunt . Separatim tamen edificauerunt eginete
quidem iouis . Samii autem iunonis . Milesii uero apollinis fanum . Nam
uetus emporium erat sola naucratis : pręter hoc in egypto aliud nullum .
Quod si quis in aliud nili ostium applicuisset uel necesse habebat deierare
se uenisse inunctum : datoq; iureiurando eadem nauis ad canobicum na-
uigare : et id minus per contrarios uentos posset . Onera fluuiatibus nauis
circūagere lustrando delta donec perueniret naucratem : ita naucratis
in honore fuerat . Iam uero cum amphictyones templum quod nunc del-
phis est : quia illud prius sua sponte deflagrauerat trecentis talentis con-
struendum locassent . Delphi quos quarta pars sumptus contingebat : circa
ciuitates uagi cum aliunde : tum uero ex egypto non minimum retule-
runt . Nam amasis quidem eis mille talenta aluminis : greci autem qui
egyptum incolunt uicenas mnas donauerunt . Cum cyrensis quoq; a-
masis amicitiam societatemq; inuit : ita ut illinc uxorem etiam putaret
sibi esse ducendam siue foemine grece amore captus siue alias ob beniuo-
lentiam cyrenorum . Vxorem quam duxit alii uolunt filiam fuisse beati
filii arcesilai : alii critobuli inter suos populares uiri spectati nomine ladi-
cem : cum quia in thoro cubaret concumbere non poterat : cum tamen a-
liis mulieribus uteretur . Id cum diu fieret ad eam amasis . Tu uero inquit
uxor ueneficio me lesisti : ideoq; nullo machinamento uales effugere :

quominus inter omnes mulieres teterrima pereas morte Ladice cum in
pernegando nihilo placatiorem redderet. Amasim uenit intra se ueneri:
si ea nocte secum coiret amasis. Ac deinceps quotiens adiret cum ea coi-
bat: ac postmodum eam perquam ualde dilexit. et Ladice uotum deus persol-
uit facta statua. Cyrenasq. missa que ad meam usq. memoriam incolu-
mis erat extra urbem cyrenensem posita. Hanc Ladice cambyses poste-
aq. egypto potitus est cognito quoniam esset cyrenas illesam remisit.
Donauit item amasis donaria que misit in greciam. Cyrenas quidem statuam
minerue inauratam et sui imaginem pictura adumbratam. Lindum
autem duo lapidea minerue simulacra & thoracein ligneum spectaculo
dignum. Samum uero iunoni bifarias sui imagines: que magno in tem-
plo erecte erant post ianuas ad meam usq. etatem. Samum quidem propter
hospitium: quod inter ipsum erat & polycratem eacis filium. Lyndum aut
nullius hospiti gratia: Sed quia templum qd lyndi est Minerue ferunt
extruxisse danai filie postq. agnite sunt: cum filios egypti fugerant. Hec
donaria dedicauit amasis. primusq. mortalium cyprum cepit: tributariaq.
fecit prouinciam. ~

HERODOTI ALICARNASEI LIBER SE CVNDVS FINIT INCIPIT TERTIVS



ADVERSVS HVNC AMASIM CAM-
byses cyri filius comparato tum ex aliis quib.
imperabat tum e grecis ionibus eolibusq. exer-
citu bellum mouit. ob hanc causam misso in e-
gyptum legato Cambyses petit ab amasi filiam.
Et petit consilio cuiusdam egyptii: qui ama-
si erat infensus: qd se potissimum ex omnibus
egypti medicis Amasis ab uxore ac liberis abstra-
xisse a mandando in persas. quo tempore cyrus ad amasim miserat peti-
tum ocularium medicum. omnium qui in egypto essent prestantissimum
ob id infensus amasi. Egyptius institit suadere cambysi: ut ab amasi filiam
peteret: ut ille aut merore afficeret data filia aut non data cambysi red-
deret inuisus. Amasis eam nec dare audebat nec abnuere. Nam ut cam-

Causa dissensionis inter
cambysen cyri filium &
Amasim regem egypti.

bysem intelligebat non habiturum illam uxoris loco sed pellicis. Et persarum potentiam grauabatur horrebatq. Hec reputans ita sibi faciendum statuit. Erat aprus superioris regis filia nomine nikeri unica domi relicta grandis atq. speciosa. Hanc puellam amasis uestitu pariter & auro exornatam pro sua in persas dimittit: quam cum post aliquantum tempus cambyses salutasset filiam amasis appellans ipsa ad eum rem inquit rex ignoras ab amasi elusus qui me ornatu comptam transmisit tradens tibi pro sua cum re uera sum filia aprus: quem ille dominum suum cum egyptiis rebellas interemit. Hic sermo extitit causa: que cambysen cyri uehementer indignatum induceret aduersus egyptum. Atq. ita quidem memorant perse. Egypti autem cambysen suum uendicant asserentes ex hac aprus filia illum esse genitum. Cyrum enim fuisse qui ad amasum miserit super filia non cambysen: Quod cum dicunt non recte dicunt: etsi eos hoc latet. Nam si qui alii profecto et egypti recte norunt mores persarum: apud quos illud in prunis nefas est illegitimum obtinere regnum: si adsit legitimus. Preterea cassandanes filius erat cambyses pharnaspe uiro achemenide genite non mulieris egyptie. Sed egypti rem gestam transferunt fingentes sibi cum cyri familia intercedere cognationem. Et hec quidem ita habent. Ceterum ille sermo mihi non probatur: quo dicitur mulierem quandam persidem ad uxoris curi introgressam cum liberos cassandane assistentes forma ac statura egregia conspicaretur supra modum admirabundam magnis tulisse illam laudibus: eiq. cassandane: que cyri esset uxor ita dixisse. Me que talium filiorum sum mater cyrus contemptui habet preponens quandam ex egypto ancillam uidelicet infensam. Niteti ista dixisse et ei maximum natu filioz cambysen subiecisse. Ego uero tibi mater cum in uirilem etatem adoleuero / summa egypti reddam una & una summa: ibiq. dixisse circiter decem natum annos admirantibus mulieribus. Et cum in uirilem adoleuisset etatem & regnum obtinuisset huius rei memorem egypto bellum intulisse. Accessit huic & aliud quiddam ad hanc sumendam expeditionem. Erat quidam auxiliarioz amasis nomine phanes genere balicarnasseus uir & consilio prestans & in re bellica strenuus. Hic phanes quid amasi succensens nauigio profugit ex egypto uolens in collocationem uenire cambysis. Eum amasi qd inter auxiliares non parui momenti esse: qd q. de rebus egypti non nihil competentissimum haberet insequi statuit adhibita diligentia assequendi. Itaq. ad hominem insequendum mittit cum trirem eunucorum fidelissimum: q. phanem assecutus in lycia cepit sed non retulit in egyptum ab illo prudentia

superatus. Nam phanes inactatis custodibus abuit in persas: cambysenq;
molientem aduersus egyptum. Nam a phoenice usq; ad montes cadis: que
est urbs eorum syriorum: qui nunc palestini uocantur. A cady ut mea
fert opinio non minore urbe q̄ sardys emporia secundum mare usq; ad
urbem icnysum arabice dictionis est. Ab urbe icnyco rursus seriacę usq;
ad lacum setonidis iuxta quem casius mons pertingit ad mare. A serboni
dis lacu: in quo se typhon fertur occultasse. Deinceps iam egyptus est. Hoc
tamen intercapedinis inter urbem icnysum & montem casium & lacum
serbonitidis non exiguus tractus est: sed itineris instar trium dierum ue
hementer aridus. Verū qđ pauci eorum qui in egyptum nauigant notum ha
bent hoc pergam dicere. Ex omni grecia & preterea ex phoenice portatur
in egyptum bis quotannis uas fictile uini plenum: et tamen ibi ne unum
quidem numero ut sic dicam uas uinariū fictile aspici uacuum potest. V
binam dicat aliquis hec uasa consumuntur: hoc quoq; ego depromam.

Prefecti prouinciarum necesse habent ex sua quisq; urbe colligere uasa te
stacea: que in emphim portentur. Eadem e in emphi alii a qua impleta por
tare in hec arida syrie loca. Ita hydrie superuenientes in egypto sumpte
ad ueteres in syriam portantur. Atq; hunc in modum quem dixi aqua con
tracta perse fuerunt: qui hoc ingressu apparato q̄ celerrime egypto potiti sūt.

Sed tunc cum in expedito aqua non esset: cambysē audito hospitii alicarnas
sei consilio missis ad regem arabum nuntius tutum iter precatus obtinuit
data acceptaq; inuicem fide. Arabes seruant fidem inter homines ut qui ma
xime quam in modum dant. Quotiens fedus inire uolunt alius quidam
medius inter utrumq; stans acuto lapide ferit uolam iuxta maiores digitos
ipsorum qui foedus inierunt. Deinde sumpto flocco ex utriusq; uestimento
meo sanguine septem lapides in medio positos inter iungendum inuocans
dionysium & uranum. Hoc acto idem qui fuit sequester foederis inter
hospites contrahendi uadat hospitem aut forte ciuem si cum ciue res agit.

Quod foedus & ipsi qui amicitiam contraxerunt seruare iustum censent. Di
onysium: quem oracal et uraniam quam alilat appellant solos deorum
esse arbitrantur. Et quemadmodum dionysium ita puellarum capillum ton
dere aiunt. Tondent autem in rotundum tempora subradentes. Igitur postq;
foedus cum nuntius cambysis inuit arabis talem rem commentus est. Carne
los omnes postq; utribus canelinis aqua completis onerauit egit ad loca hu
more carentia: ibiq; cambysis exercitum prestolatur. Ex his que narrant
hoc quod dixi propius fidem: tamen qđ minus credibile est: quandoquid

Quo foedus inuicem Arabes.

commemoratur / cōmemorare debeo. Est magnum in arabia flumen no-
mine corys exiens in mare qđ dicitur rubrum. Ab hoc flumine fertur ara-
bum rex canalem ex bouinis aliisq; crudis coriis confutum tanta longitu-
dine produxisse: ut ad loca arida per illum aquam produceret: in ipsoq;
arido solo ingentes cisternas fodisse: quę recepta potum suppeditarēt. Et
cum sit a flumine ad terram aridam duodecim dierum uia per tres aque
ductus in totidem partes aquam deduxisse. Apđ autem ostium qđ dicitur
pelusium habebat castra psammeticus amasis filius cambysem opperens.
Nam amasim cambyse in egyptum progressus non uiuum nactus est sed de-
functum cum quatuor et quinquaginta regnasset annos: per eos nihil ad
modum calamitatis expertus defunctusq; & sale conditus: et in sepulchris
quę ipse edificauerat situs intra templum. Sub eius filio psamenito maxi-
mum extitit egyptiis portentum. Apud thebas egyptias: qđ neq; prius un-
q; neq; postea ad meam usq; etatem contigit: ut ipsi thebani aiunt / pluit.
Nam in superioribus egypti nihil omnino pluit thebis: tamen tūc pluit gu-
ttis perse ibi siccancam peragrauerunt: subledere uicini egyptiis tanq; iam
congressuri. Ibi egyptiorum auxiliariū greci et cardesphani: qui externis
exercitum in egyptum adduxissent / infensi hoc rei in illum machinati: fi-
lios qui erant a phane relictī in egypto in castra perducunt: atq; in castra
conspectum patris posito in medio duorum exercituum cratere: dehinc sin-
gulos pueros productos super craterem obtruncauerunt. Omnibus interfec-
tis uinum et aquam in craterem intulerunt: Quo sanguine epoto auxiliares
ita conflixerunt acri prelio commisso perq; multis utrinq; cadentibus in fu-
gam uertuntur egypti. Ibi ego rem mirandam uidi ab indigenis edoctus
ossa eorum qui in acie ceciderunt cum iacerent fusa ut ab initio distincta
fuerant: seorsum erant persarum seorsum egyptiorum. Sed persarum ca-
pita adeo fragilia sunt: ut si uelis ferire uel solo calculo perforare possis:
Egyptiorū autem ita firma: ut ea uix ictu lapidis elidas: cuius rei causam
hęc illi reddebant facile mihi persuadētes: qđ egypti statim a puero radere
capita incipiunt et os capitis ad solem redditur compactum: quę eadem
causa est non incaluescendi. Nam ex omnibus hominibus paucissimos qđ
egyptios caluos uideat: cuius rei hoc cause est: quod robusta capita gestant.
At persis cur fragilia sint capita in causa est: quod a principis imbuuntur
operire capita gestantes pullea tyarasq;. Hęc ego huiusmodi ossa uidi.
Vidi item alia istis similia in papremi eorum: qui una cum achemene da-
riū ab inaro aphro sunt celi egypti: postq; ex acie terga dederunt nullo or

Quo tempore apud egyptias
pluit.

Prelium inter Psammenitū
Amasis filium et cambise
in quo egypti funduntur.

dine fugam capessunt: ad quos cum se recepissent memphim misit. Cambyses aduerso flumine nauim mitylenam cum caduceatore uiro persa qui illos ad deditionem hortaretur. Isti ubi nauim aduentare memphim uident frequentes ex urbe effusi nauim corripunt: uirosq; frustatum dilaniatos in oppidum afferunt. Et egypti quidem post hec obsessi aliquandiu restiterunt. Aphri uero id animaduertentes eosdem sibi: que egypto contigissent ueriti sese citra pugnam dediderunt: tributumq; inter se partiti dona miserunt. Cyreni quoq; barcei itidem ut aphri timentes similia et ipsi fecere. Cambyses munera que ab aphris uenere benigne accepit. Que autem a cyreneis succensens ut opinor qd̄ exigua erant (quingentas enim mnas argenti miserunt) has sua manu prebensas miserunt disperisit in milites. Decimo die q̄ muros memphis cepit: Cambyse Samenitum egyptiorum regem: qui sex omnino regnauerat annos deposuit in suburbanis ignominie gratia cum egyptiis aliis: ut eius animu experiretur. Hoc facto filiam illius uestitu seruili circumdatam cum hydria ad aquam emisit & cum ea similiter indutas alias quas delegerat primorum uirosum filias uirgines: que ubi ad patres peruenerunt cum euitatu ploratuq; ceteri qd̄ patres conspectis filiabus tam male acceptis uicissim uociferati sunt atq; fleuerunt. Psamenitus autem intuens atq; intelligens humi uultum demisit: pretergressis puellis aquam ferentibus secundo loco. Cambyse misit an oculos psametuti filium eius cum duobus egyptiorum equalis etatis uinctas fune ceruices & frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri poenas his mitylenis: qui cum in nauis fuerant ad memphim obtruncati. Ita enim censuerant regis iudices pro singulis suorum interfectis denos primorum egyptiorum interficiendos. Psamenitus pretereuntes intuens et filium animaduertens duci ad mortem aliis egyptiis qui circumsedebant complorantibus atq; indigne ferentibus ipse idem qd̄ erga filiam fecit. His quoq; pretergressis accidit ut quidam corporum eius iam natu grandior a pristinis bonis delapsus ac nihil habens nisi que inops mendicando obiret exercitu: nec non psamenitu aliosq; egyptios in suburbanis confidentes: quem ut conspexit psamenitus erumpente ingenti fletu compellans nomine amicum caput suum cedebat. Audierant autem ei observatores: qui ut quicquid ab illo fiebat ex omni uia exitu cambisi renuntiarent. Ea que fiebant admiratus cambyse missio nuntio psamenitu percontatus est inquiens psamenite herus te cambyse interrogat quamobrem tu qui uisa filia indigne accepta affecta uiso filio ad mortem eunte neq; euulasti neq; fleui.

Iti : pauperem tantifeceris : ut ab aliis audiui non propinquum . Et cambyses quidem ita interrogauit . Psamenitus autem his uerbis respondit .
 Filij cyri domestica mala erant maiora q̃ ut possem ea deflere . At lamentatio amici digna lachrymis fuit : qui inultis ac fortunatis opibus ad inopiā recidit in extremo lumine senectutis . Hec ubi responsa ab hoc renuntiata sunt : uisus est illis psamenitus ut ab egyptus recte respondisse croesusq̃ dicitur ulachrymasse : item qui aderant perse : ipsiq̃ cambysi miserationem quandā subuisse & filium ex iis qui morti addicti essent liberari : et patrem a suburbanis excitatum ad se perducere . Sed filium quidem qui adierunt non iam superstitem inuenerunt sed primo truncatum . Ipsum uero psamenitum excitantes ad cambysem perduxerunt ubi reliquum uite degit nihil uiolentum passus : qui si compertus fuisset non affectasse res nouas accepisset egyptum ut eam procuraret . Nam consueuerunt perse in honorem habere filios regum et si qui ab eis defecissent tamen eorum filios restituere principatum : Quod eos ita facere consuesse cum aliis permultis potest probari documentis tum uero hoc qđ itannyrā inari aphri filius recepit quem pater obtinuerat principatum : Qđq̃ pausiris amyrtei filius & ipse paternum recuperauit imperium nec ipsis in aro & amyrteo qđq̃ amplius mali a persis irrogatum est . Nunc psamenitus male cogitans mercedem accepit . Nam cum ad defectionem egyptios induxisset captus est ac deinde a cambise conuictus epoto cruore tauro confectum expirauit : atq̃ hunc in modum iste decessit . Cambyses autem e memphi in urbem say abiit animo faciendi que fecit . Et enim simulatq̃ in edes amasis ingressus est imperauit Cadauer amasis e contrario efferrī deinde prolatum uerberibus cedi ac uellicari & stimulis pungi omni deniq̃ contumelia infestari . Qđ facientes postq̃ defatigati erant nam cadauer utpote salitum resistebat nec quicq̃ omnino elidebatur iussit creinari haudquaquā sancte iubens : qđ perse deum esse ignem arbitrantur et apud neutros moris est cremare cadauera . Persas autem propter id qđ dictum est : quia nefas esse aiunt deo depasce cadauere hominū . Egypti autē qui persuasum habent ignem animatam beluam esse & omnia que nanciscitur deuorare . Et postq̃ deuorādo fuerit expleta una cum ipsa re deuorata mori . Ideoq̃ non esse apud eos cōsuetudinē mortuū beluis tradendi sed salliendi tum ob id tum humanus deuoret a uerinibus . Ita neutris non probatam rem iussit agi cambyses . Quāq̃ et egypti aiunt non amasis fuit qui ista passus est : sed alius quidam egyptius eadem qua amasis etate : quem perse amicum arbi

Quo oppetit psammenitus Amasis f.

trantes uexauerunt. Memorant enim amasim cum ex oraculo audisset
 quæ circa se defunctum futura essent hoc modo rei uenturæ medendum pu-
 tasse: ut cum hominem qui flagellatus est ad postes sepeliret extra domi-
 torium suum: se autem in conditorum quæ intus recessu collocari filio man-
 daret. Mihi tamen non uidentur hec ab initio amasis fuisse mandata de
 sua & alterius hominis sepultura sed alias ab ægyptiis adornata. Secundū
 cambyses constituit trifariam mouere bellum aduersus carthageneses
 aduersus ammonios aduersus ethiopes macrobios idest longeuos: qui a-
 phricam ad australe mare incolunt aduersus quidem carthageneses nau-
 ticas copias aduersus autem ammonios peditatu aduersus uero ethiopes
 prius exploratores mittendos per speciem dona ferendi illorum regi specta-
 tum illic mensam solis nunquid reuera esset: simulque res ethiopicas explo-
 ratum. Solis mensa talis esse memoratur. Est in suburbanis pratum omnium
 quadrupedum assa refertum carne: quam per noctem singuli ciuium ma-
 gistratus properant ponere. Adeam ubi illuxit cuilibet epulatum licet
 accedere. Hæc ab ipsa terra reddi assidue indigene aiunt. Et mensa qui-
 dem quæ solis uocatur talis esse fertur. Cambyses autem ubi statuit specu-
 latores dimittere continuo ab urbe elephantina accersit ex ichthyopha-
 gis idest pisce uescientibus maxime gnaros ethiopicæ lingue usque dum isti
 ueniunt. Interea nauales copias carthaginem uersus nauigare iubet. Verum
 hæc executuros se phœnices negauerunt. Esse enim cum illis inagno iure iu-
 rando se deuinctos. Preterea non facturos scitensi aduersus liberos suos mi-
 litarent. Nam ceteri phœnicibus ire recusantibus ad pugnandum haud ido-
 nei erant. Ita carthageneses: quo munus in seruitutem persarum redigere-
 tur euaserunt: Quoniam cambyses haud equum ducebat uim asserre phe-
 nicibus: qui se ipsos persis dediderant et ex quibus nauticus omnis con-
 stabat exercitus. Cypri quoque qui aduersus egyptum in militia erant sese
 & ipsi dederant. Cambyses posteaque ex urbe elephantina aduenerunt ich-
 thyophagi eos ad ethiopes misit iussos tum ea dicere quæ oporteret tum
 dona ferre amiculum purpureum aureumque torquem tortilem & armillas
 ac unguenti alabastrum cadumque uini phœnicæ. Ethiopes hi ad quos mi-
 sit cambyses feruntur esse maximi omnium hominum atque pulcherrimi
 diuersisque uti a ceterorum hominum ritibus tum alii tum uero hoc circa re-
 gnum: quod quem ex popularibus maximum & pro magnitudine ualidum
 iudicant hunc regem diligendum censent. Ad hos itaque uiros ichthyophagi
 uenerunt: offerentesque regi munera ita locuti sunt. Cambyses persarum rex

De Solis mensa in
 ethiopia.

Legati cambysis ad ethiopum
 regem & quæ ibi inuenerunt.

cupiens amicus tibi fieri atq; hospes nos misit iubens ut in colloquium tuum ueniremus: tibiq; hæc dono daremus: quorum ipse usu maxime oblectatur. Ad hos ethiops gnarus ad specularandum uenisse talia respondit. Neq; rex persarum uos ideo cum donis misit: qd magnificat hospitium meum. Neq; uos uera loquimini: quippe qui ad explorandum nostrum imperium uenistis neq; iustus uir ille est. Si enim iustus foret non alienam regionem affectaret: sed esset sua contentus: nec homines a quibus nihil laceffit est in seruitutem redigeret: ei nunc uos arcum date ita dicentes. Rex ethiopum regi persarum consilium dat: quando perse tam facile trahent tanta magnitudine arcus: tunc aduersus macrobios cum per ethiopes cum maioribus copiis moueat bellum. Interim diis gratias habeat: qui non inducant filius ethiopum ut præter suam uelint aliam comparare regionem. Hæc locutus arcum laxauit: eisq; qui uenerant dedit. Tunc sumpto purpureo amiculo rogauit quidnam esset et quomodo confectum.

Et cum ichthyophagi ueritatem de purpura deq; eius tinctura dixissent: dolosi inquit homines dolosa sunt eorum uestimenta. Secundo loco de auro sciscitatus de tortili monili atq; armillis ornatum eius rei exponentibus ichthyophagis existimans uincula inquit esse robustiora apud se uincula.

Tertio sciscitatus unguentum: cum illi de confectura unguendiq; ratione dixissent: idem dixit qd uestimento. Vbi ad uinum peruenit: eiusq; conficiendi rationem audit: maiorem in modum delectatus potu percontatus est quibusnam rebus uesceretur rex: et quod longissimum tempus uiueretur a uiro persa. Isti dixerunt uesci regem pane exponentes tritici naturam: perfectissimumq; diu uiuendi spatium homini perse proponi octoginta annos. Ad hæc ethios nihil se mirari inqt: si stercore uescentes paucis uiuerent annis. Nam ne tot quidem annis uicturos: nisi hoc potui acceptum referrent. Affirmantibus ichthyophagis ita esse de uino: hoc n. perse subdidisse. Interrogatus uicissim rex ab ichthyophagis de uita et de uictu: plerosq; e suis ait ad centum uiginti annos peruenire: nonnullos & hoc etatis transcendere. Cibum eis esse carnem coctam & potum lac. Et cum speculatores de numero annorum mirarentur: ad fontem quendam eos deduxit: in quo loti efficiuntur perinde atq; oleo inuncti uolam olentes. Eam aquam aiebant exploratores adeo inualidam: ut in ea nihil innatare posset: ne lignum quidem et quæ leuiora sunt ligno: sed omnia possunt ire in profundum. Hæc aqua si uere apud illos est: qualis commemoratur: ideo macrobius idest longæui existunt: qd ea semper utuntur. Deinde a fonte

rex istos ad carcerem deduxit: ubi uiri omnes aureis uinculis sunt alligati. Est enim apud hos ethiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum es. Inspecito carcere exploratores inspexerunt et mensam que dicitur solis. Post hanc ad extremum inspexere illorum sepulchra: que dicuntur e uitro esse constructa. Hunc in modum postea q̄ mortuum siue egyptiorum siue alio more arefecerunt totum x̄pso inducunt picturaq̄ exornantes representant quoad potest effigiem eius. Deinde cippum ei e uitro: quod illos multum est & facile effoditur: circumdant: in cuius medio mortuus interlucet: nihil neq̄ odoris ingrati neq̄ foeditatis ullius exhibens sed oīa illi ipsi mortuo similia habent. Hunc cippum maxime propinqui intra edes annum tenens offerentes ei oīum rerū primitias hostiasq̄. Anno exaeto efferunt: circaq̄ urbem statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt: qui cum ista renuntiassent cambyses continuo ira percitus aduersus ethiopes exit in expeditionem neq̄ rei frumentarię apparatus inducto neq̄ secum ipso ratione inita qđ in extrema terrarum faceret expeditionē. ueluti uesanus nec mentis compos simul atq̄ ichtbyophagos audiit profectus est cum omni peditatu grecis qui aderant illic manere imperatis. Vbi ad thebas est uentum delegit de exercitu quinquaginta circiter milia: q̄b̄ precepit: ut hammonios diriperent: deinde oraculum iouis incenderent. Ipse cum reliquis copiis aduersus ethiops contendit. Sed ante q̄ quintam itineris partem confecisset: exercitus protinus eum commeatus omnis que secum habebat defecit. mox et iumenta ad uescendum defecerunt: Quib̄ rebus cognitis cambyses si resipisset ac retro duxisset exercitum: in eo qđ prius admiserat peccato uir sapiens extitisset. Nunc autem nihil pensi habens assidue processit ulterius. Milites q̄diu qđ e terra sumerent habuerūt herbis uictarunt. At ubi ad sabulum peruenere: ibi non nulli diram rem perpetrarunt. Nam sortiti ex ipsis decimum quenq̄ comederunt. Id audiens cambyses ueritus suorum mutuam depastionem: intermissa aduersus ethiopes expeditione retro rediit: thebasq̄ peruenit: multis de exercitu amissis. Et cum e thebis descendisset memphim grecos missos fecit illinc enauigare. Et exercitus quidem aduersus ethiopes ita gessit. Copie autem q̄ aduersus hammonios misse erant e thebis mouentes itineris duces sequebantur: ac iussi sunt usq̄ dum ad urbem casim peruenerunt: quam incolunt samii hi qui fuerunt e fuga eschiroma esse per septem diez̄ per harenam itinere distantem a thebis: que regio uocatur lingua greca macaronnesi idest beatorum insule. In hunc locum dicit peruenisse exercitus. Deinceps

De ritu sepulchrorum
apud ethiopes.

Expeditio cambysis aduersus
ethiopes: et qua de cā re in-
fecta reuersus est.

quid eo actum sit præter hammonios et eos qui ab his audierunt nulli alii quicq̃ habent dicere. Nam neq. ad hammonios perueniunt neq. retro reuertunt. Ab ipsis autem hammonius illi deinum fertur: cum illi ex urbe oasi per harenam iter facerent iamq. medio fere spatio inter oasim & hammonios pranderent ingruisse magnum ac validū austrum. et ingestis harenę cumulis eos obruisse: atq. hunc in modum illos e conspectu sublato. Ita actum esse de hoc exercitu hammonii memorant. Cambyses memphim regresso apī quem greci uocant epaphon apparuit. Egypti ubi apī extitit uestimenta q̃ pulcherrima fēre et celebrando festo operam dare. Id tunc facientes egyptios cambyses intuens ratuq. ob res a se male gestas prorsus illos esse in his gaudiis accersit prepositos memphis: quos ubi præsto fuerunt interrogat quid ita cum antea se apud memphim agente nunq. aliquid tale fecissent nūc id facerent postq. ipse redisset parte copiarum amissā. Illi dicere dum ipsis deus appareret. Longo autem temporis interuallo apparere solitum tunc omēs egyptios solennem celebrare leticiam. Hęc ubi cambyses mentiri eos respondit ac tanq. metuens morte multauit. His interemptis iussit sacerdotes in conspectum uenire: quibus eadem referentibus dixit. Si quis deus manifestus ad egyptios ueniret forte ut se lateret. Hactenus locutus iussit sacerdotes adducere apim. Illi ad eum adducendum perrexerunt. Est autem hic apī idem quod epaphus e uacca genitus: quę nullum dum alium potest concipere foetum. quam egyptii aiunt fulgure ictam concipere ex eo apim. Habet hic uitulū qui appellatur apī huiusmodi signa. Toto corpore est niger in fronte habens candorē figurę quadratę in tergo effigiem aquile cantari in palato duplices in cauda pilos. Postea q̃ apim sacerdotes adduxere cambyses ueluti uecordior educto in uicrone cum uellet ferire uentrem foemur percussit cachinnansq. ad sacerdotes inq. o capita neq. huiusceinodi dii existunt sanguine atq. carne præditi et ferrum sentientes. Dignus nimirum egyptiis hic deus. Vos certe me ludibrio habuisse non iuuabit. Hęc locutus imperauit imperauit his: quorum numerus erat: ut sacerdotes quidem flagris cederent egyptios autem ut quęq. feriantem adipiscerentur occiderent. Ita festum solutum est sacerdotes inultati. Apī sauciatus foemur in templo iacens extabuit. Ob hoc scelus ut egyptii aiunt continuo cambyses insaniit: cum ne prius compos mentis fuisset exorsus primum perpetrare facinus in Smerdun ex eidein sibi parentibus fratrem: quem ex egypto remiserat in persas liuore cōnotus: quod solus ille persarum arcū quem ichthyophagi ab ethiope adduxerant ad duos digitos traheret: quod

De api uitulo qui pro deo colit
apud egyptios: quem cambyses
in uicrone transodit.

nemo alius poterat ex persis. Smerdis in persidem profecto hanc uidit in somniis cambyse uisionem. Muntius quidam e persis ueniens ei nuntiare est uisus Smerdim in regio sedentem solio celum contingere uertice. Ob id cambyse sibi metuens ne se necato a fratre occuparetur imperium mittit in persas ad illum interimendum presispem sibi ex omnibus persis uirum fidelissimum. Hic ubi susa conscendit Smerdim necandum curauit: ut quidam aiunt cum eum eduxisset uenatum quidam dicunt cum ad mare rubrum perduxisset ibi eum demersisse: et hoc quidem initium scelerum cambyse extitisse. Secundum autem scelus sororis necatione in egyptum eum secute quæ ex eisdem parentibus erat soror atq; eadem soror uxor: quam hunc in modum acceperat uxorem cum ante hac perse sorores in matrimonium nequaquam consueuissent. Cambyse unus sororum amore captus cupidusq; deinde illam ducendi uxorem cum propter rei insolentiam laboraret efficere accersit eos qui regu iudices nominantur. Fiunt aut regu iudices delecti e persis uiri: suntq; perpetui nisi delicti alicuius comperiti fuerint. Isti apud persas ius dicunt et legum patriarum sunt interpretes et ad eos omnia referuntur. Hos cambyse percontatur: nunquæ lex sit quæ sinat cum sorore contrahere matrimonium. Iudices & iuste & ingenue respondentes negant ullam se inuenire legem quæ sinat fratri nubere sorore. Quandam tamen inueniri legem: qua liceat regi persarum facere quicquid libet. Ita neq; legem abrogauerunt metu cambyse: et ne legem tuentes ipsi perirent aliam inueniunt adiutricem eius qui sorores in matrimonium ducere uelit. Tunc ita cambyse eam quam duxit accepit uxorem: aliquanto post et alteram. harum iuniorem quæ ipsum contra egyptum comitata est interemit: cuius mors quemadmodum illa smerdis anceps refertur. Nam greci quod aiunt: dum cambyse duos catulos alterum leonis alterum canis committit hanc interfuisse spectaculo. Et cum a leunculo catulus superaretur alterum catulum huius canis fratrem abrupto loco superuenisse: & cum duo essent ita superiores leunculo extitisse: et cambyse dum id cernit cupiente uoluptatem hanc ei assidentem illachrimasse. Et eare animaduersa cambysem interrogasse quidnam lachrymaretur: et mulierem dixisse se uiso catulo suppetias fratri ferentem ideo flere quod subierit memoria smerdis: cuius sciret neminem fore auctorem. Ob hoc dictum greci illam a cambyse fuisse interemptam memorant. Egypti uero ob id quod cum ad mensam discumberent mulier lactu canis sumpsit: eiusq; decerptis foliis uirum interrogauit: utrum discerpta lactuca an densa pulchrior foret. Et cum hic respondisset densa hanc inquit

Quo cambyse smerdim
fratrem necari curat
per Praxaspen.

lactucam aliquando unitatus es: qui cyri domum denudasti. Ibi cambyses indignatione percitum insiluisse calcibus in pregnantem eamque abortu edito decessisse. His rebus cambyses in precipuos domesticorum insaniebat siue id propter apum siue aliunde: qualia multa in rebus mala contingere consueverunt. Etenim fertur cambyses ab ipsis natalibus grandi laborasse morbo: quem quidam sacri nominant: ut haud abire fuerit cui corpus magna egritudine inualidum esset eius ne mentem quidem sanam fuisse: atque in alios quoque persas insanisse ueluti in persaspem: quem precipuo honore prosequeretur & a secretis hoc est qui ad eum nuntios perferebat: ut cuius filius cambysi uina miscebat: qui honos & ipse non paruus est: Ad hunc fertur dixisse cambyses. Quemnam uirum perse me esse censent: aut qualem de me sermonem habent: et iste ei respondisse. Here. Cetera quidem omnia in te magnis laudibus ferunt: sed nimis te uino deditum esse aiunt. Hec persaspes de persis respondit. Quibus ille indignatus: Siccine inquit perse me aiunt uino deditum desipere nec mentis esse compotem. Ergo in eo quod prius dixerunt non ueri fuere.

Nam senatum persarum cui intererat croesus aliquando interrogarat cambyses qualis ipse uideretur esse uir ad patrem cyrum adequandum: et illi responderant cum patre esse prestantiorem: qui & omnia illius haberet: & egypti ac maris accessionem adiecisset. Hec quidem perse dicebant.

Sed croesus qui aderat displicente ei quae dicebatur sententia ad cambysen inquit. Mibi tu quidem cyro genite non uideris adequandus esse patri: Quippe cui nondum filius qualem ille te reliquit. Hoc audito cambyses delectatus croesi sententiam approbavit: quorum nunc reminiscens ad proxaspem iratus inquit. Intellige nunc ipse per te nunc perse uera dicant: an hec dicentes ipsi desipiant. Nam filii tui qui in uestibulo stat medium cor non frustrato ictu percussero constabit nihil esse quod perse dicunt. Sin aberrauero constabit persas uera loqui: & me esse intemperatum. Hec locutus intendit arcum: puerumque percussit. Atque eum collapsum iussit discendi et inspicere ictum: cumque in corde sagitta esset inuenta ob id letabundus atque cachinnans ad patrem pueri inquit. Prexaspes facta est tibi fides non me insanire sed persas. Verum nunc mihi dicito quemnam ex omnibus hominibus iam nosti ita ad destinatum emittere sagittam. Prexaspes hominem animaduertens esse uesanum & in ipsum quoque insanientem. Here inquit ego ne deum quidem arbitror tam probe percutere. Et tunc quidem hoc perpetravit. Altero die duodecim per-

sal primoribus pares ob nullius momenti causam necauit uiuos in caput
defodiens. Hec enim facientem Croeso ludus statuit his uerbis esse admo-
nendum. Rex cuncta noli etati atq; ire indulgere. Sed cohibe & compe-
sce te ipsum. Conducit tibi prouidum esse et sapientis est prospicere. Tu
uero uiros interficis tuos populares ob nullius momenti causam interficis
pueros: qualia si multa facies considera ne abs te deficient perse. Enim ue-
ro pater tuus cyrus etiam atq; etiam mandans mihi precepit te commone-
facerem subiiciendo quicquid boni comperitem. Hoc illi croesus beniuo-
lentiam pre se ferens consulebat. Ad quem respondens cambyses etiam mi-
hi inquit tu dare consilium audes tanq; bene aut tuam ipsius patriam ad-
ministraris aut patri meo consulueris iubens traiecto flumine araxe ten-
dere aduersus massagetas: cum illi uellent transire in terram nostram im-
mo & te ipsum male presidentem patrie tue & cyrum tibi credentem per-
didisti. Sed ob id nequaquam gauisurus: quia olim iam debebam captare in te
occasionem. Hec fatus arcum corripiebat tanq; hominem cofixurus. At
croesus cursu se foras proripuit. Hic ubi non habet in quem telum diri-
gat mandat ministris ut illum comprehendentes interimant. Ministri
qui mores eius nossent croesum abdiderunt hac ratione ut si cambyses
facti poenitens requireret croesum eo producto donis afficerentur: qd illi
seruassent. Si non poeniteret nec desideraret tunc hominem interficerent.
Hec ita multo post cum cambyses desideraret croesum ministri hoc animad-
uertentes enuntiant ei hominem superesse. Cambyses se quidem inquit
croeso superstitie gaudere: sed illis qui illum seruassent ueniam non datu-
rum sed mortem allaturum prout & fecit. Multa huiusmodi tam in-
persas q; in sociis cum memphi moratus est cambyses faciebat insana adeo
uetusta recludens sepulchra mortuos inspiciebat. Etiam templi uulcani
adiens multo derisu illius cauilatus est. Si quidem statua uulcani simil-
luna est his diis: quos pataicos uocant phoenices: quos in triremium pro-
ris phoenices circumferuntur: quos qui non uidit ego sic ei indicabo esse
illos pigmei uiri imaginem. In templum quoq; cabyrorum inaccessum alteri
q; sacerdoti ingressus est et que illic erant simulacra multis in ea uocatus
uerbis concremavit. Sunt enim et illis uulcani similia: a quo se ii homi-
nes aiunt oriundos. Cum multa igitur apud me documenta sunt camby-
sem uehementer insanisse: tum uero illud alioquin non temptasset templa
legesq; haberet ludibrio. Nam si quis uniuersis hominibus prebeat faculta-
tem optimas ex omnibus leges eligendi profecto cunctas unusquisq; rumat?

De polycrate samii tyranno
et de rebus ab eo gestis.

suas eligeret. Non igitur credibile est alium quod dementem talia ludibrio habere. Atque ita de suis quonque legibus sentire licet cum aliis coniecturis colligere tum uero hac quod darius accitos qui in sua ditione erant grecos percontatus est quanta pecunia uellent defunctis parentibus uesci. Illis negantibus ulla se pecunia uellent defunctis hoc esse facturos. Darius dehinc grecis presentibus et que dicebantur per interpretem discuntibus inter rogauit eos indos qui calatie nominantur qui uescuntur parentibus quantum accipere pecuniarum uellent ut patres defunctos igne comburent. **I**ndi uehementer reclamantes in meliora illum reclamari iubebant atque ita moribus comparatum est recteque in hi uidetur pindarus fecisse ut diceret more ouium esse seruandum regem. Dum cambyses in egyptum contendit Lacedemonii quoque intulere bellum Samo & Polycrati eacis filio qui samum occupauerat eamque inter initia trifariam partitus erat cum fratribus panthignoto & Sylophonte quorum deinde altero necato altero qui erat iunior eiecto totum solus obtinebat inito federe cum amasi rege egypti cum quo hospitium habebat mittens munera uicissimque accipiens. Breuique statim tempore res eius adeo profecerunt ut per ioniam ceteramque greciam celebraretur. Quocumque enim bellum intulerat cuncta ei prospere cedebant cum haberet centum biremes ac mille sagittarios inuadens omnes sine ullo cuiusque discrimine quod diceret sese magis gratificari amico si ei que abstulisset redderet quam si nihil adhuc auferret. Multas itaque hic insulas multa etiam in continenti oppida capiebat. Lesbios quoque cum multis copulis opem mylesius ferentes nauali prelio uicit cepitque qui omnem fossam moenia samii ambientem uincti foderunt atque res polycratis tantopere secundas esse non latuit amasim cui hoc cure erat. Sed cum assidue forent secundiores amasis libellum samum misit in hec uerba scriptum. Amasis polycrati ita inquit. Mihi quidem feliciter agi cum uiro amico meo & hospite uoluptati est tamen tue magnae prosperitates non placent qui intelligo quod inuidum nuimen sit. Quod ad me attinet malum tum meas ipsius tum eorum qui mihi cure sunt res nunc prospere nunc minus prospere ire & per uarias fortune uices euum traducere quod in omnibus mihi prospere cedere. Tu itaque mihi obtemperando hoc aduersus prosperitates agito. Dispice quid tibi est quod plurimum facias quodque amissum tibi maxime doleret. Id ubi inueneris ita abucito ut nunquam ad homines ueniat. Quod si prospera tua deinceps non uariabuntur aduersis medeare tu tibi subinde eo modo quem tibi subieci. Hec cum legisset polycrates & in animum demittens tanquam bene sibi ab amaso precepta disquirebat quodnam

suorum ornamentorum esset quo amisso maxima ipse molestia afficeretur. atq; hoc tandem queritando inuenit. Erat ei gemina signatoria smaragdus quam gestabat auro inclusam opus theodori samu temecle geniti. Hanc ubi abuciendam statuit ita abucere libuit. Biremem conscendit. eam dehinc uiros quibus illam instruxerat in pelagus educere iubet. Et post q̄ ab insula procul aberat detractum sibi sigillum cunctis qui una nauigabant inspectantibus abiecit in pelagus hoc acto reinigrauit. Reuerso domum cum ex iactura afficeretur quinto sextoue q̄ hec acta sunt die hoc ei casu euenit piscator quidam captum a se piscem grandem sane ac pulchrū putauit dignum quo polycratem donaret cum ad fores cum attulisset dixit se in conspectum polycratis ire uelle a ianitore premissus donans polycrati piscem. Rex inquit hunc ego quem cpsi piscem etsi operis inauariis uitam tolero: non tamen iudicauī ferendum a me esse in forum sed te tuaq; potentia dignum. Eum itaq; offero tibi donoq;. His uerbis ita delectatus ita respondit. Tu uero probe ne facto solum etiam oratione apud me inisti gratiam: ad coenamq; te uocatum uolo. Hec magnificens piscator domū abiit. At piscem ministri rescindentes offendunt in eius alio sigillum polycratis: quod ut uiderunt sumpsieruntq; ad polycratem letabundi q̄ celerime detulerunt: eoq; illi reddito referebant quo pacto fuisset inuentū. Polycrates quemadmodum res diuinitus contigit singula queq; a se gesta retulit in libellum & qua ratione quod amiserat recepisset. Hec ubi scripsit in egyptum misit: Quibus tabellis amasis perlectis que a polycrate uenerant intellexit non posse prestare hominem: ut alterum e fato unpendēti eripiat: utq; polycrates bene moreretur bonam fortunam semper expertus: qui ea quoq; reperiret que abiecisset. Misso itaq; samum caduceatore dixit se ius hospiti soluere: Quod ideo fecit ne in tristem aliquem grauemq; incidente polycrate: cum dolorem uelit de hospite ipse contraheret. Aduersus hunc igitur polycratem in omnibus feliciter agentem lacedemonii sumplere expeditionem acciti ab iis samis qui post hec cydoniam in creta condiderunt. Polycrates misso clanculum caduceatore ad cambysē cyri filium aduersus egyptum copias comparantem orauit ut nuntius ad se samum missis rogaret aliquid copiarum: Quod audiens cambyses libenter in samum misit ad rogandas a polycrate nauticas copias: que secum iſte mitteret in egyptum. Polycrates delectis quos maxime suspicabatur e popularibus ad rebellionem spectare quadraginta triremes misit cambysi mandans ne retro eos dimitteret. Negant samios a polycrate missos in

De anulo: quem in mare Polycrates abiecit: et quō cum in ventre piscis inuenit.

egyptum peruenisse. Sed cum in carpatio mari cursum tenerent inter se collocutos ne porro tenderent decreuisse: Quidam peruenisse in egyptum: ac retentos inde fugam fecisse: et in samum redeuntel polycratem cum classe occurrentem superasse atq; in insulam exiisse. Sed pugna pedestri commissa repullos ita lacedemonem nauigasse. Sunt qui dicant penes eosdem ab egypto redeuntel aduersus polycratem uictoriam non recte dicentes mea opinione. Neq; enim oportuisse illos asciscere lacedemonios: si per se ad resistendum polycrati ualidi erant. Preterea nec ratio dicitur: ut cui permulti aderant tum auxiliari mercede conducti tum domestici sagittarii. Is a samus redeuntibus numero paucis fuerit superatus: cum presertim ciuium atq; uxores sub polycrate essent: quos iste intra naualia coactos ita tenebat paratos: ut si u qui secum erant cum redeuntibus aliis prodidissent una cum ipsis naualibus confligaret. Posteaq; samii qui a polycrate exacti erant spartam uenerunt aduentel principes multa sane qualia supplices commemorabat: Quibus illi primo cetui responderunt eorum que isti dixissent priorum quidem oblitos esse se: posteriora uero non intelligere. Secundo deinde congressu nihil aliud isti dixerunt nisi allato panario illud pane indigere: quibus uidem responderunt panario superfuturum. Itaq; opem ferendam eis consuerunt. Atq; ibi rem ap-
pauere cum exercitu in samum se contulere referendę gratie causa ut samii aiunt: quia illis aliquando samii aduersus messenios auxilio fuisset: ut lacedemonii aiunt notam: quia deberent tutari samios: q; ut eosde ulciscerentur ob interuersum craterem quem ciueso portabant et ob thoracem ab amasi rege egypti ipsi missam. Interceperunt enim samii priore q; crathere anno thoracem lineum quidem sed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; uersicolori a ligno intertextum ob id admiratione dignum: qd cum inscriptis eius uenationes essent exiles tamen singule in se habebant trecenas ac sexagenas bestiolas singulasq; euidentes. Hoc mirum reddebat thoracem. Qualis alter est quem in lundo minerus idem amasis dedicauit. Comparauerunt itaq; lacedemonii exercitum aduersus samum: ut corinthios quoq; sollicitarent: in quos etiam samiorum extat iniuria etate que precessit hanc expeditionem circa idem tempus factam quo crater interuersus est. Nam cum perianther cipseli filius sardis ad haliattem castrandos mitteret trecentos primorum corcyreor; liberos corynthiq; qui illos ferebant samum appulsi essent. Audita samii causa cur sardis pueri ducerentur primum edocuere pueros: ut pul-

uinari diane contingerent deinde non sinentes abstrahi eosdem a pul-
uinari cum prohiberent preberi illis alimenta ipsi diem solennem ege-
runt: quem nunc quoque per id tempus celebrant. Cum enim nox aduenit
quod diu pueri precabantur tam diu exercent choros uirginum atque adole-
scentum. Tunc aut coros exercentes esculenta fecerant e sesamo ac melle:
que distribuenda ferrent: ut ea corcyreorum filii rapientes alimenta habe-
rent: idque eousque factum est: dum corynthii pueris quos asseruabant amis-
sis abierunt. Ita samii pueros corcyram reduxerunt. Quod si defuncto pe-
riandro corynthii cum corcyreis amicitia extitisset non ob hanc causam
corynthii aduersus samios expeditionem sumpsissent. Nunc ab ipsa urbe
corcyrensi a se condita corynthii semper cum corcyreis discordes mutuo
fuere. Huius igitur rei memores corynthii exulcerato in samios animo
erant. Mittebat autem perianther ad castrandum sardis primorum corcy-
reorum delectos pueros ulciscendi facinoris gratia: quod corcyrei priores in
eum admiserant. Nam posteaque uxorem suam meditam necauit perianther
accidit ut ad superiorem calamitatem hoc quoque accederet. Erant ei ex
meditta duo liberi unus decemseptem alter duodeuiginti natus annos. Hos
auus maternus procles ad se accitos ea prosequabatur charitate: qua debe-
bat nepotes ex filia: quos ubi remittendos statuit priusquam dimitteret: Sci-
tis inquit pueri quisnam matrem uestram interemit. Hoc dictum ei qui
maior natus erat nullius momenti habitum est: At minori: cui nomen e-
rat lychophroni ita doluit ut reuersus corynthum patrem neque prius af-
fatus sit neque affantem reaffari ac ne interroganti quidem respondere
uoluerit. Eum perianther tandem sane indignatus e laribus eiecit: Quo e-
iecto maiorem natu percontabatur quenam cum eis auus amantissime ac-
cepisset non tamen facere mentionem dicti illius quod procles in eis dimit-
tendis dixisset: quippe quod in mentem non admiserat. Perianther dicere
nulla ratione fieri posse: quin aliquid illis ab auo sit ingestum. Itaque per-
contando instare: id quoque dictum fuisse narrauit: quod perianther in ani-
mum accipiens tamen uolens aliquid filie concedere indulgentius mittit
ad eos apud quos filius ab ipso expulsus degebat: prohibitum ne adolescen-
tem in domum excipiant. Iste illinc eiectus in alteram se domum confe-
rebat. Sed ab hac quoque abiciebatur perianthro his qui excipiebant edicen-
te: atque ut arcerent imperante. Expulsus hic ad quandam se sodalium do-
mum contulit. Illi quasi formidantes tamen quod esset periantheri filius homines
excipiebant. Ad postremum perianther edictum proposuit: quisquis hunc

the first of these is the fact that the
the second is the fact that the
the third is the fact that the
the fourth is the fact that the
the fifth is the fact that the
the sixth is the fact that the
the seventh is the fact that the
the eighth is the fact that the
the ninth is the fact that the
the tenth is the fact that the
the eleventh is the fact that the
the twelfth is the fact that the
the thirteenth is the fact that the
the fourteenth is the fact that the
the fifteenth is the fact that the
the sixteenth is the fact that the
the seventeenth is the fact that the
the eighteenth is the fact that the
the nineteenth is the fact that the
the twentieth is the fact that the
the twenty-first is the fact that the
the twenty-second is the fact that the
the twenty-third is the fact that the
the twenty-fourth is the fact that the
the twenty-fifth is the fact that the
the twenty-sixth is the fact that the
the twenty-seventh is the fact that the
the twenty-eighth is the fact that the
the twenty-ninth is the fact that the
the thirtieth is the fact that the
the thirty-first is the fact that the
the thirty-second is the fact that the
the thirty-third is the fact that the
the thirty-fourth is the fact that the
the thirty-fifth is the fact that the
the thirty-sixth is the fact that the
the thirty-seventh is the fact that the
the thirty-eighth is the fact that the
the thirty-ninth is the fact that the
the fortieth is the fact that the
the forty-first is the fact that the
the forty-second is the fact that the
the forty-third is the fact that the
the forty-fourth is the fact that the
the forty-fifth is the fact that the
the forty-sixth is the fact that the
the forty-seventh is the fact that the
the forty-eighth is the fact that the
the forty-ninth is the fact that the
the fiftieth is the fact that the
the fifty-first is the fact that the
the fifty-second is the fact that the
the fifty-third is the fact that the
the fifty-fourth is the fact that the
the fifty-fifth is the fact that the
the fifty-sixth is the fact that the
the fifty-seventh is the fact that the
the fifty-eighth is the fact that the
the fifty-ninth is the fact that the
the sixtieth is the fact that the
the sixty-first is the fact that the
the sixty-second is the fact that the
the sixty-third is the fact that the
the sixty-fourth is the fact that the
the sixty-fifth is the fact that the
the sixty-sixth is the fact that the
the sixty-seventh is the fact that the
the sixty-eighth is the fact that the
the sixty-ninth is the fact that the
the seventieth is the fact that the
the seventy-first is the fact that the
the seventy-second is the fact that the
the seventy-third is the fact that the
the seventy-fourth is the fact that the
the seventy-fifth is the fact that the
the seventy-sixth is the fact that the
the seventy-seventh is the fact that the
the seventy-eighth is the fact that the
the seventy-ninth is the fact that the
the eightieth is the fact that the
the eighty-first is the fact that the
the eighty-second is the fact that the
the eighty-third is the fact that the
the eighty-fourth is the fact that the
the eighty-fifth is the fact that the
the eighty-sixth is the fact that the
the eighty-seventh is the fact that the
the eighty-eighth is the fact that the
the eighty-ninth is the fact that the
the ninetieth is the fact that the
the ninety-first is the fact that the
the ninety-second is the fact that the
the ninety-third is the fact that the
the ninety-fourth is the fact that the
the ninety-fifth is the fact that the
the ninety-sixth is the fact that the
the ninety-seventh is the fact that the
the ninety-eighth is the fact that the
the ninety-ninth is the fact that the
the hundredth is the fact that the

iuuenis corynthus mittebatur. Hec omnia edocti corcyrei ne ad ipsorum regionem perander accederet adolescentem adolescentem interimunt. Ob hec igitur ultionem de corcyreis sumebat. Lacedemoni ingenti cum classe ubi petinere samum obsederunt succedentesq. muro turrum mari imminentem iuxta suburbana transcendunt. Sed mox cum magna manu ut suppetias ipso ferente polycrate reiecti sunt. Quinetiam a superiori turri: que tergo montis prominebat eruperunt tum auxiliarii tum ipsorum samorum permulti. Et cum aliquantisper lacedemonios sustinuissent retrofugam fecerunt insequentiq. ab hoste cedebantur. Quod si lacedemoni qui aderant archias & lycopi similes extitissent eo die capta samos fuisset. Siquidem archias & lycopes soli cum samis ad murum refugientibus irrumperet interclusa ad redeundum uia intra urbem samiorum occubuerunt. Et quidem ipse cum alio archia archie filio eodemq. tertio ab hoc archia congressus sum apud pytanem. Huius enim tribus erat: qui ab omnibus hospitibus maxime samios honorabat sibi dicens Samio nomen a patre fuisse inditum: qd eius pater archias strenue pugnans Sami mortem oppetisset: Seq. ideo samis honorem habere qd auus suus fuisset a samis publice affectus egregia sepultura. Lacedemoni quadraginta diebus in obsidendo absumptis: cum in suscepta re nihil admodum proficerent in peloponnesum redierunt. Fertur polycratem ut rumor quidam temerarius emanauit magnum numerum mone te patrie percussisse: eamq. auro induxisse ac lacedemoniis dedisse: atq. ea accepta illos recessisse. Hanc primam expeditionem dorei aduersus asiam per lacedemonios susceperunt. Sami qui polycrati bellum intulerant postea qd a lacedemoniis se relictum in uident & ipsi transiuerunt in siphnum. Deficiebant enim pecunia. Vigebant ea tempestate siphniors res. Eratq. hec insularum locupletissima: ut in qua auraria & argentaria metalla essent: unde tm pecunie fiebat: ut ex decima eius parte reponeretur apud delphos thesaurus locupletissimo cuiq. par. Siphniis pecuniam: que quot annis conficiebat distribuentibus: Qui ubi thesaurum confecerunt nunquid diu permanere possent ipsis presentia bona consuluerunt oraculum. Eis ita pythia. Cum tamen in siphno fuerint pretoria cana Cana fori facies tunc uir uapher adsit oportet. Qui notet e ligno agmen legatumq. rubentem. Erant eo tempore siphnus pritanicum forumq. pario lapide exculpta. Hoc oraculum siphni neq. tunc statim nec post aduentum samiorum intelligere potuerunt. Nam samii cum uelocissime ad siphnum applicuissent miserunt ad urbem cu legatis unam e nauibus ueteri instituto naues omnes erant rubica delibute.

atq; hoc erat qđ in siphniis pythia p̄dixerat: ut obseruarent ligneum agn̄
ac rubrum legatum. Nuntii ubi peruenere decem sibi talenta precabant̄
negantibus siphniis sibi mutuaturol. Samii eorum agros populantur. Id
audientes siphniū continuo occurrentes cōmissa pugna fugati sunt: eorūq;
multi ab urbe interclusi: quos postea centum talentis recuperauere. Ab her-
mioneis quoq; samii pecuniarum loco insulam thyream receperunt pelo-
ponneso adiacentem qua troezenis commodauerunt. Ipsi cydoniam in
creta condiderunt: cum illic non ea de causa nauigassent: sed ut Zacyn-
thios ex insula sūmouerent. In hac urbe quinquennium degentes: ita rē
bene gesserunt: ut templa quę nunc in cydonia uisuntur: isti fecerunt
et dyetines p̄terea delubrum. Sexto eos anno eginete nauali p̄lio ui-
ctos cum cretensibus diripuerunt ac rostratas naues mutilauerunt: eaq;
rostra apud minerve templum in egina affixerunt. hec eginete samii
fecere insensī: qđ illi antea sub amphicrate rege bello eginę illato magnis
cladibus ipsos affecissent et inuicem affecti fuissent. Et hec quidem fuit
causa. Protraxi autem sermonem de samii ob hoc magis: quod tria sunt
apud eos opera grecanicorum omnium maxima. Vnum montis in centū
quingenta passus editi: a cuius imo fossa incipiens ad contrarium os
deducta est. Longitudinis septem stadiorum celsitudinis autem ac latitu-
dinis octonum pedum. Item per eam totam altera fossa depressa est uigi-
ti cubitorum triplo maioris latitudinis per quam deriuata ē magno fonte
aqua fistulis in urbem deducitur. Huius fossę architectus extitit mega-
rensis eupalinus nauastrophī filiū. Alterum ē tribus operibus est agger
circa portum in mari ad uiginti passus altitudinis duobus amplius stadi-
is longitudinis. Tertium opus est templum omnium: quę nos uidimus am-
plissimum: cuius architectus primus extitit roecus pilei filiū illinc indi-
gena. Horum operum gratia sermonem aliquantulo magis extendimus.

C ambysē cyri circa egyptum uinorante ac desipiscēte duo magi uidēq;
fratres coniurauerunt: Quorum alterꝫ cambyses reliquerat rei domesticę
curatorem. Hic cognita smerdis nece: quę occultabatur paucisq; persarū
erat nota plerisq; eum uiuere arbitrantibus rebellandum sibi putauit atq;
ita rem esse aggrediendam. Erat ei in regiā germanus: quem dixi unā con-
iurasse corporis habitu q̄simillimus smerdi cyri filio: quem cambyses fra-
trem suum interemerat nec specie tantum corporis smerdi assimilis sed
etiam cognominis erat. Hunc uirum magnus patizites instructum quē
admodum ipse illi omnia peracturus esset in regium solum perducit.

Duo magi fratres: qui in
C ambysē regem coniurarūt.

Patizites

Hoc acto caduceatores cum in alia loca tum uero in egyptum dimittit ad exercitum: qui edicerent: ut smerdi cyri deinceps obedirent non cambysi. Hec caduceatores alii alibi edixere. Is quoque qui ad egyptum delatus erat. Inuenit autem cambysen atque exercitum in ecbatanis syrie agerem. Stans in medio precepta magi exposuit. Hec audiens cambyses uera loqui caduceatorem ratus. Sequi a praxaspe esse proditum: quod missus ad occidendum smerdim rem non peregrisset intuens in eum praxaspes inquit. Itane mihi rem executus es quam tibi iniunxeram. Ad quem ille ista here ait. haudquaquam uera sunt: ut aut frater tuus aliquando rebellet in te aut quippiam ex illo uiro certaminis existat magni exiguique. Quippe cum ego ipse sum executus que mihi imperasti: quique hominem meis ipsis humani manibus. Quod si defuncti rebellant. expecta ut etiam astyages medus in te rebellet. Sin autem ita habet ut antea habebat nihil tibi ex illo nouum amplius germinabit. Igitur mitte mecum qui assequatur caduceatorem qui percontando indagent. nunquid a quo Smerde rege nobis denuntiatum uenit eum audierit. Hec loquentem praxaspe cambyses audiens cum ei placuisset. confestim ad retrahendum caduceatorem misit. Eum ubi rediit praxaspes his uerbis interrogauit. O homo: quandoquidem te aisa smerde cyri filio uenire nuntium. dicito ueritatem: qua dicta abito sospes. utrum smerdis in conspectum datus tibi ista mandauit an quisque eius ministrorum. Tum ille equidem inquit. Ego smerdim cyri filium ex quo cambyses aduersus egyptum fecit expeditionem nunquam conspexi. Sed magus quem cambyses rerum familiarium procuratorem constituit: is mihi ista mandauit dicens Smerde cyri optare hec apud uos dici. Hec ille loquens nihil admodum euentus est. Tum cambyses praxaspes inquit. Tu quidem quia ut uir bonus es imperata fecisti. culpam effugisti. Verum quisnam fuerit e persis: qui in me rebellauit occupato smerdis nomine. Ad quem praxaspes ego inquit hoc quod actum est. uideor mihi intelligere. Magi sunt qui aduersus te insurrexerunt patizites: quem tu rerum familiarium curatorem reliquisti & frater eius smerdis. Ibi cambyses cum smerdis audisset nomen: percussit ueritas sermonis ac somni. per quod ei quidam uisus fuerat nuntiare smerdim in regio sedentem solio ad celum usque pertingere uertice. Agnoscens itaque sine causa fratris interemptionem fuisse. deflebat smerdim. Quem ubi defleuit ut erat omni clade afflictus in equum infiliit habens in animo quapritissime Susa uersus exercitum ducere in ma-

Praxaspes.

Quo cambyses moritur.

gum. Insilienti in equum uagina gladii excidit: unde nudatus gladius perstrinxit eius femur in ea scilicet parte: in qua prius ipse tanq̃ opportuna ad feriendum ut sibi uidebatur percusserrat apum egyptiorum deum.

Vulneratus cambyses quodnam illi oppido nomen esset interrogauit. Illi a iunt acbatana. Sed cum fuisset iam antea cambysi redditum ex urbe buti oraculum eum in acbatanis decessurum ipse interpretabatur se in acbatanis medie ubi enim erant senem uita functum. At acbatanis syrie loquebantur. Tunc postq̃ sciscitans oppidi nomen audiuit. Tum magi in iuria percussus tum uulnere respuit: uerbaq̃ oraculi expendens hoc in loco inquit fatale est. Cambysen cyri decedere. Hactenus tunc locutus uigesimo dehinc die accitis persarum qui aderant prestantissimis quibusq̃ ita inquit. Quod maxime occultum uolebam perse id cogor apud uos offerre. Ego enim cum apud egyptum agerem inter quietem uisum uidi: quod minime uisum oportuit. Videbatur mihi nuntius quidam domo adueniens nuntiare Smerdim in regio sedentem solio celum capite contingere.

Ex quo ueritus ne a fratre exuerer principatu properantiuq̃ prudentius feci. Neq̃ enim in hominis natura situm est auertere qd̃ euenturum est. Itaq̃ demens ego praxaspem sua ad smerdim interimendum misi: Quo tanto scelere perpetrato securus degebam nequaq̃ coniectans: ut smerde sublato alius quispiam mortalium in me exurgeret. vnde prorsus euentu reꝝ frustratus & parricida fratris in cassum exiti & nihilominus regno exutus sum.

Nam smerdis magus erat is quem demon mihi per quietem demonstrauit in me arma sumpturum. Hoc opus cum ego perpetrarem iam uobis smerdim cyri non superesse existimetis. Sed mago uobis regnum occupasse: quorū alterꝝ domesticarum reꝝ procuratorem reliqueram: alter eius frater est smerdis. Sed quem decebat precipue uicem meam ulcisci indigna a magis passi is immerita morte a proximis suis affectus est. Secundo loco quod reliquum est perse necessarissimum mihi est demandare uobis: quod ex uita exiens effici mihi cupio atq̃ opto per regios deos obtestans cum omnes uos tum maxime achemenides qui adestis ne per socordiam committatis: ut imperium rursus redeat ad medos. Sed si dolo occupatum est: illud dolo surripiatis: Sin ui perceptum ui recuperetis. Hec uobis facientibus & tellus fructum proferat: uxoresq̃ & pecua pariant in omne tempus libertate fruuntibus. Secus facientibus contraria uis que dixi imprecor et preterea unicuiq̃ persarum eum finem qualis mihi contigit. Simul hæc locutus cambyses defleuit omnem suam conditionem. Perse ut regem se

lamentantem conspexere. universi tum uestimenta rescindere tum effu-
so p̄toratu uti. Post hæc ubi foemoris os uitiatum est. femurq; celerime
contabuit. cambysi uita erepta est cyri filio cum regnasset septem om̄io
annos & menses quinq; nulla unq; prole suscepta uirili foeminea ue. Per-
sis qui aderant magna effusa est incredulitas rerum potiri magos interp̄-
tantibus potius cambysis. qui de nece smerdis dixisset ea dixisse. ut illi o-
mne nomen persicum hostile. Itaq; pro certo habebant smerdum cyri per
rebellionem regnare utpote prexaspe usq; pernegante a se fuisse smerdum
interfectum. Neq; enim tutum ei erat post cambysis obitum fateri ipsius
manu filium cyri interemptum. Magus defuncto cambyse per simula-
tionem smerdis cyri qui ipsi fuerat cognominis securus regnauit menses
septem: qui reliqui erant ad implendum octauum annum regni cambysis.
per quos menses omne genus liberalitatis in subditos munificentieq; exhi-
buit. adeo ut eius defuncti magnam ceperit desiderium omnes asiam in-
colentes ipsis persis exceptis. Nam missis ad singulas quibus imperitabat
nationes edictis magus immunitatem tributorum ac uacationem militie
in triennium tribuit. Atq; hoc quidem statim adeptus imperium edixit.
O ctauo autem mense quisnam esset compertus est hunc in modum. Erat o-
tanes quidam pharsis quidem filius sed genere atq; opibus primo cuiq; per-
sarum. Hic otanes magnum non esse smerdum cyri primus suspicatus est:
sed eum qui erat hac coniectura: qđ neq; ex arte progrediebatur neq; per-
sarum procerum quempiam ad conspectum suum uocabat. Itaq; cum su-
spicatus esset hoc sibi statuit faciendum. Cum haberet filiam nomine phe-
dimam: quam cambyses tenuerat: cuiusq; tunc magus contubernio ute-
batur ut aliarum omnium cambysis uxorum misit ad eam quendam
sciscitatum pater quo cum homine cubaret cum smerde cyri an cum alio
altero. Illa remisso nuntio se id scire quippe que nec smerdum cyri uidisset
unq; nec eum cum quo cubaret nosset. At rursus mittit otanes inquiring.
Si ipsa smerdem cyri non habes cognitum saltem sciscitare ab attosa: quo
cum uiro tu atq; illa cubatis. Non enim illa suum ipsius ignorat fratrem.
Filia ad hæc respondit. Ne in attose quidem colloquium uenire possum aut
ullam aliam cernere mulierum cum illo cubantium. Namq; hic uir quis
quis est cum primum adeptus est regnum nos dispersit aliam alibi col-
locans. Audienti hæc otani res est uisa manifestior. Itaq; tertio nuntium
ad eam mittit in hæc uerba. Filia decet te bonis ortam natalibus perinde
suscipere periculum quod te pater hortatur. Si enim iste smerdis cyri

Quo smerdis magus
rex persarum efficitur.

Otanes pharsis filius.

Phedima otanis filia.

non est: sed is quem ego suspicor non debet neque tuo frui contubernio neque quod potentiam persarum obtinet impune letari sed poenas luere. **N**unc igitur ita agito cum tecum cubabit animaduertesque soporatum palpa eius auriculas quas si habentem compereris cum Smerde cyri te cubare existima: sin minus cum Smerde mago. Ad hec phedina respondet se si faciat magnum adire discrimen: quoniam probe sciret: si ille careat auribus: et ipsa in palpando comprehendatur fore ut ipsa ab illo trucidetur tamen se id facturam. Et phyma quidem recepit se patri hoc esse perfecturam. Huic autem Smerdi mago cyrus cum regnaret aures praeceperat. Ergo phedima hec otanis filia quaecumque receperat patri executae est. Nam ubi uices eius fuerunt adeundi magum (Etenim uxores persarum per uices in orbem ad illos pergunt) adiens magum una cubauit eiusque dum uehementer soporatus est aures palpauit: quibus carere hominem non difficulter: sed facile sane deprehendit. Vbi illuxit: ostentissime patrem certiore rei gestae facit. Iste assumptis aspitane & Gobria persarum primoribus et ad fidem sibi seruandam accommodatissimis rem exponit: qui et ipsi sua sponte rem ita habere suspicabantur. Eoque uerba quae otanes attulerat admisserunt: constitueruntque ut singuli sibi singulos in societatem deligerent & persis quibus maxime confiderent. **A**sciuit itaque sibi otanes intaphernem: Gobrias megabizum: aspitane hydarnem. Hi cum sex forent darius a persis: Nam uis pater eius histaspes preerat susa aduenit: qui cum aduenisset placuit sex persis hunc in societatem accipere: Qui cum septem essent ingressi collocutique fide mutuo dederunt. Cumque ad darium ordo dicendi aduenisset ita apud ceteros uerba fecit. Equidem mihi uidebar ego solus nosse magum regnare & Smerdum cyri mortem oppetisse. Atque ob id ipsum deducta opera huc me contuli ad necem mago comparandam. Verum quando quidem contigit: ut uos rem sciatis non solum ego uidetur mihi contestum esse transigendum neque differendum. Differre enim satius non est. Ad hec otanes filii inquit histaspes & patre regio ortus est: et te ipsum nihilo inferiorem esse patre tuo indolem proferis. Noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconsulto: sed considerantius illam capesse: quam ita demum aggredi debemus cum plures fuerimus. Tum darius. Viri inquit qui adestis, Si eo quem otanes dixit utemur modo sciatis uos te terrime perituros. Aliquis enim priuati lucri ratione habita rem ad magum deferret. Et uos quidem debeatis per uos met ipsos qui ceperatis ista

Aspitane.
Gobrias.

Otanes.	i magos iurauerunt.
Intaphernes.	
Gobrias.	
Megabizus.	
Aspitane.	
Hydarnes.	
Darius.	
Oro Darii ad reliquos 5 magos.	

exequi. Sed quoniam statuistis ad plures referendum & me adhibendum aut hodie transigamus aut scitote si nobis elabatur dies non alium occupaturum ut me apud magum accuset: sed me et uos accusem. Ad hec Otanes cum cerneret darium esse preproperum, Quoniam inquit nos maturare compellis nec sinis differre age expone nobis quonam pacto regiam introire possumus & illos aggredi. excubias namq. dispositas esse: ipse quoq. etsi non uisu certe auditu nosti quas qua ratione penetrabim? Cui respondens Otanes. que nequeunt oratione declarari sed facto alia q. oratione declarari possunt: sed unde nihil clari operis existit. vos uero nostis excubias que dispositae sunt haudquaquam difficiles esse ad penetrandum. Nam cum nos tales sumus nemo non quisquis ille sit cedit nobis partim ob reuerentiam partim ob timorem: ad quod pretextum accommodatissimum cui innitamur. Siquidem me dicam e persis uenisse & uelle quaedam a patre mandata regi nuntiare. Vbi enim mendacium dicere dicatur. Nam idem optamus quicq. mendacium dicimus quicq. ueritate: quippe cum ii qui mentiuntur tunc mentiuntur cum persuadendo sunt aliquid lucri facturi. Et qui uerum dicunt ideo dicunt: ut uerum dicendo aliquod lucrum consequantur et alius huc alius illuc magis propensus est. Ita non idem facitando idem tamen obtinemus. Quid si nihil lucri faciendum esset perique et uerax foret mendax et mendax uerax. Quod ad lanitores attinet si quis eorum libenter cedit nobis utilius ei suo tempore erit. Si quis autem obuam ire conabitur ut est hostis ita tunc pro hoste habeatur. Deinde intro irrumpentes rem transigemus. Post hec Gobrias viri amici inquit nobis pulchrius erit recuperare imperium: ut si recuperare non poterimus mortem oppetere q. cum simus perse uiro medo parere & quidem aures non habenti cum presertim quicunq. uestri cambysi egrotanti affuistis memoria teneatis: que ille dum uita excederet persis imprecatus est nisi imperium recuperaret tentarent: que nos tunc non admittebamus inuidiose a cambyse dici existimantes. Nunc igitur calculum pono in darii sententiam: neq. hunc cetum dissoluendum censeo sed statim aduersus magum eundum. Hec dicta a gobria ceteri comprobauerunt. Interea dum ab istis consultatur forte hoc contigit ut magi inito inter se consilio statuerent conciliandum sibi amicum prexaspem: quod indigna passus a cambyse esset occiso eius filio idu sagitte et solus mortem Smerdis cyro geniti nosset: quem ipse suapte manu interemisset: quod preterea apud persas maxima flagrabat inuidia. His de causis accitum boiem

Gobrie oratio.

Quo praxaspes magos esse q.
imperant prodit: seq. e. turri
precipitem dat.

amicum sibi comparabant accipientes fidem ac iusiurandū faciā: quę ab ipsis in persas facta esset intra se habiturum neq. cuiq. mortalium pareturum pollicentes innumerabilia se ei duros. Recipiente prexaspe facturum se quę magi suaserant iterum illi dicere in animo habere omes persas sub murum arcis conuocandi. Ideoq. iubere hunc conscensa turri predicare a Smerde cyri persis imperari et ab alio nemine. Hęc illi precipiebant ueluti homini summe apud persas auctoritatis et qui sepe numero asseuerasset eum esse Smerdem cyri ac cedem a se factam pernegasset.

Hęc quoq. prexaspe se paratum exequi dicente Magi conuocatis persis hominem in turrim perductum iubent habere orationem. Prexaspes ea quę ab istis oratus fuerat sponte obliuiscitur exorsusq. ab achemene seriem familie cyri recenset & ubi tandem deuenit ad cyrum commemorauit illius in persas beneficia. His expositis promisit ueritatem causatus ideo se hactenus occultasse: qđ sibi tutum non fuisset rem gestam sed in presentiarum necessitate coactum proferre: dixitq. se a cambysē adactum Smerdem cyri occidisse & magos esse qui regnent. Multis quoq. uerbis persas deuouit nisi rursus imperium recuperassent ac magis ulciscerentur. Hęc locutus sese in caput a turri precipitem demisit. hunc in modum prexaspes uir per omne tempus uite spectatus occubuit. At septem perse ubi constituerunt aggredi protinus magos neq. rem differre deos comprecatum ierunt ignari omnino eorum: quę circa prexaspem acta essent. Sed hęc intereundum in medio itineris audierunt: eoq. aua secedentes ite collocuti sunt. quorū qui cum otane erant rem prorsus differri iubebant negantes tunc esse adoriendam. Qui uero cum dario confestim eundem. Eis concertantibus apparuerunt septem accipitrum paria insectantium duo paria uulturum eaq. uellicantium atq. infestantium. Quod intuentes septem perse sententiam dari comprobarunt & mox freti auribus ad regiam cum fiducia perrexerunt Vbi ad portam affuerunt prout darius senserat ita euenit. Nam custodes reueriti persarum primarios nec aliquid huiusmodi suspicantes ex his fore qui ueniret diuina cum pompa ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgressi offendunt eunuchos qui sunt a nuntis & ab iis qua gratia uenirent interrogantur. Illi inter percontandum ianitoribus minitabantur quod homines ingredi permississent. Atq. ulterius pergere uolentes eosdem prohibebant. Isti se mutuo cohortati eductis gladiis eos a quibus arcebant ibidem trucidant uideinq. cursu in condaue contendunt: intra quod tūc forte ambo magi agebant & de his quę a prexaspe erant acta consultabāt.

Qui cum nouissent tumultuantes eunuchos atq; uociferantes procurrerunt uterq; et quod fiebat animaduertentes ad uires conuersi sunt. Quorum unus arcum alter lanceam sumit atq; inde miscentur inuicem. Verum arcus ei: qui illum sumpserat cum hostes iuxta se essent nulli usui fuit: Alter se lancea tuebatur eoq; tum asparthenis femur percussit tum oculum intaphernis: Quo ex uulnere intaphernes oculo non tamen & uita priuatus est. Et hos quidem alter magorum uulnerauit: alter uero quando arcus ei nulli usui erat: in thalamum qui erat conclauis contiguus se proripuit fores occlusurus. Sed illuc duo de septem prorumpunt Darius & Gobrias: quorum Gobrias cum esset implicatus cum mago darius adhuc stans atq; herens considerabat ne gobriam feriret in tenebris. Eum cernens gobrias ociose stantem interrogat cur non uteretur manu. Respondenti dario: detineo ne te feriam. Tu uero inquit uel per utrumq; exige gladium: cui Darius obtemperans pugionis ictu uibrato magum casu percussit. Interfectis magis capita demunt: eaq; gestantes quinque eorum duobus reliquis qui sauci erant illic relictis tum quod inualidi essent tum arcis tuende causa foras procurrunt cum uociferatione ac tumultu ceterosq; persas compellendo re gestam exponebant capita ostentantes & simul quicumq; magorum occurrerant mactabant ac dolo magorum & ipsi sibi facienda eadem censuerunt: eductisq; gladiis ut quosq; reperiiebant magum interficiebant: et nisi non ictis interuentu cohibiti fuissent neminem magorum reliquissent. Hunc diem pse maxime solennem publice obseruabant et in eo ingens celebratur festum uocantes magophoniam idest magorum cedem: quo die nulli magorum fas est prodire in lucem sed cuncti se intra domum continent. Vbi resedit tumultus diesq; quinque excessere hi qui magos inuaserant de omni rerum statu consultabant: Quorum orationes etsi apud nonnullos grecorum fide carent tamen huiusmodi fuerunt. Otanes hortabatur rem persicam in medium constitui ita inquit. Vnum e nobis principem fieri amplius mihi non uidetur nec id aut iucundum esse aut bonum. Nam et quolientie cambyses processerit nostris & quo magus. Quid igitur nobis opus est monarchia quam sustulimus: in qua licet pro libidine omnia agere impune: quæ uirum etiam si optimus omnium fuerit: tamen cum in ea positus est extra consuetos abiicit sensus quippe cum præter inuidiam ab initio ingentem homini ingeneretur ex presentibus bonis insolentia. Itaq; hæc duo mala habens nimirum omnem malitiam habet tum per insolentiam qd expletus omnibus rebus est tum per inuidiam multa facinora admittens. At enim uir tyrannus ut

Quo Smerdis patizitesq;
magi: qui imperium occu
pauerant trucidantur.

Sententiæ eorum: q magos
trucidarunt de imperio an
ad unū an ad paucos an ad
populū potentia deferretur.

Otanis sententia.

qui omnia bona obtinet debet sine liuore esse. Verum ita natura comparatum est: ut is sit aduersarius popularibus suis. Siquidem eorum optimis quibusque qui superstites sunt atque uiuunt inuidet deterrimis delectatur: et quod indecentissimum est criminationes admittere optimum putat.

Nam siue admiraris cum modeste offenditur quod non effuse hec facias: siue effuse facis offenditur: quasi sibi assenteris. Et ut exequar dicendo: quae maxima sunt iura patria labefaciat foeminis uim affert indemnatos interimit. At cum dominatur multitudo in primis nomen obtinet omnium pulcherrimum isonomiam idest iuris equalitatem. Dein nihil eorum agit: quae monarchus hoc est unicus princeps. Nam magistratus tum sorte deliguntur tum administratorum rationem reddunt omnia denique consilia in commune referuntur. Itaque ut meam dicam sententiam censeo nobis monarchis ductoribus statum multitudinis esse optandum.

In multitudine enim omnia insunt. Otanes quidem hanc sententiam dixit. Megabyzus autem ad oligarchiam idest ad statum paucorum rem traducens ad eam socios hortabatur his uerbis. Quae otanes de abolenda tyrannide ea sunt pro dictis a me quoque. Sed quatenus hortabatur summa deferri ad multitudinem in hoc ab optima aberrauit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neque insipientius neque insolentius. Itaque eos qui tyranni seuitiam fugiunt ad intemperantis plebis recidere seuitiam nequaquam tolerandum est. Nam tyrannus siquid facit intelligens facit.

At plebi seuum est nihil intelligere. Quanto enim pactosciat: qui neque edoctus est: neque honestum nouit ne domesticum quidem: qui ad res agendas sine consilio preceps ruit torrenti similis. Ex quo siqui male consultum persis cupiunt: ut statu populari utantur. Nos uero qui cetum optimorum uiroque delegimus: ad hoc imperium deferamus. Nam inter eos et ipsi erimus et ex optimis uiris credibile est optima existere consilia. Hanc megabyzus sententiam dixit. Tercio loco suam Darius inquit. Quae megabyzus dixit: quatenus ad statum popolare pertinet recte mihi uidetur dicere: quatenus ad statum paucorum non recte. Propositis enim tribus statibus et his omnibus optimis: ut optime imperet populus optime pauci optime unus. Inter haec multo antecellere unius imperium sentio. Nam unius uiri qui optimus sit imperio nihil melius esse constat. Quid qui sentit non immerito statum popularem missum faciat: ut taceam sic precipue consilia in aduersarios trahi solere. Porro in statu paucorum cum plures uirtuti incumbant in publicum uehementiora priuatum odia excitari con-

Megabyzi sententia.

Sententia Darii.

sueuerunt. Cum enim quisque princeps esse optet et in dicendi sententia uincere ad ingentia inter se odia euadunt: ex quibus odiis seditiones existunt: e seditionibus cedes: e cedibus ad unius imperium deuenitur: unde intelligi datur quanto sit illo hoc prestantius. Iam uno imperante abesse non potest quin malitia exoriatur: Exorta malitia in rep. inter malos non odia fiunt sed amicitie ualide. Qui enim aduersus remp. facinori sunt mutuo se occultant. Idque tam diu fit: dum aliquis populo prepositus tales homines compescat: is uidelicet quem populus inter ceteros admiretur.

Hic cum admirationi est tunc uere monarchus ostenditur declarans in hoc monarchiam esse omnium prestantissimum. Atque ut in summam omnia colligam. Unde nobis libertas extitit et a quod data a populo ne an oligarchia an monarcho? Ego sentio cum sitis per unum uirum liberati uos debere talem rem complecti ne alioquin leges patrias dissoluatis bene conditas quod nequaquam satius est. Hæ tres fuerunt dicte sententie: quarum ultime quatuor reliqui assenserunt: Otanes qui iuris equalitatem facere persis studebat: ubi ipsius sententia reiecta est ita in medium locutus est.

Viri seditiosi: quoniam constat necesse esse unum aliquem e nobis regem fieri siue per sortes siue permissu persarum per multitudinis electionem: siue qua alia ratione. Equidem uobis non refragor: quippe qui neque preesse uolo neque subesse: et hac lege cedo uobis uis meum imperii: ut nulli uestrum aut ipse ego aut nullus unquam meorum subsit. Otane hæc locuto ceteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic aliis non refragatus e medio abiit alio sessum. Ceteris e septem de iustissimo rege deligendo consultantibus: uisum est: si ad aliquem de ipsorum numero regnum perueniret Otanem donari debere peculiariter eiusque deinceps posteris cum omni alia munificentie genere apud persas honorificentissimo tum medice quot annis ueste.

Quæ uero decreuerunt ei donanda: quod primus rem agitauerunt et ipsos in ceteris coegerat. Equidem peculiariter in otanem decreuerunt: illa uero in comune: ut regiam introire unicuique e septem sine internuntio liceret nisi forte cum uxore cubaret rex neue regi fas esset aliunde quam e familia conuictorum uxorem ducere. De rege hunc in modum ut sub ortum solis conscendisset equis dum in suburbanis uectarentur: cuius equus uocem primus edidisset is regnum cambysis obtineret. Erat dario uir quidam equiso uir solers nomine oebares ad quem darius postquam e ceteris digressi sunt ita inquit. Oebares de regni negotio sic inter nos conuenit sub ipsum statim solis ortum equis conscendisset: ut cuius uocem equus ediderit is regno potiatur. Quare

Quo uicit Darii sententia de rege eligendo.

Quo inter se Magorum interfectores de rege eligendo conuenerunt.

De oebare Darii seruo: cuius opera equus darii primus hinnitum edidit: sicque ipse Darius rex est effectus.

siquid sollertis habes nunc comminiscere hoc decus et nemo alius. Ad eū respondens oebares here inquit si in hoc uersatur rex sis. huius rei causa confidere te iubeo bonumque habere animum ante te fore regem neminē eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur inquit darius habes eiusmodi cōmentum adest tempus comminiscendi: nec differendi rem utpote crastino die nobis futuro certamine. Hec ut audiuit oebares ita sibi faciendū putauit. Vbi nox aduenit unā equarum quam equus darii maxime adamabat in suburbana adducit: ibique alligat tum equum darii eodem ducit eumque circūagens identidem equę admouet ac tandem admittit. Postero die simul atque illuxit sex persę ex conuento affuerunt equis insidentes: et cum in suburbanis ultro citroque uectarent: ubi ad locum peruenerunt ubi superiore nocte equa fuerat alligata ibi darii equus occurrens hinnitum edidit et hinnitu edito protinus fulgur sereno celo tonitruumque extitit. Hęc cum Dario tanq̃ composito accidissent eum compotem uoti fecerunt. Nam ceteri ex equis desilientes adorauerunt. Sunt qui hoc dicant oebarem fuisse machinatum. Sunt qui aliud. Vtrobque enim modo refertur a persis. Volunt namque oebarem atrectatis manu huius equę genitalibus ipsam manum intra subligaculum tenuisse abditam: et sub ipsum statim solis ortum cum equi digressuri essent eam naribus equi dariani admouisse: equumque ad odoris sensum infremuisse atque hinnisse. Darius itaque histaspis filius declaratus est rex: ei que omnes asiani audientes dicto fuerunt preter arabes qui a cyro & rursus a cambyse populos subigente. Nunq̃ tamen in seruitutem redacti sunt sed hospites extiterunt: cambysique aduersus egyptum prelo fuerant: quibus mundis haudquaquam fuissent ingressi p̃ se egyptum. Darius matrimonia ex persis auspicatus ductis duabus cyri filiabus atossa que cambysi fratri et rursus mago nupserat et antystona uirgine: preterea altera smerdis cyri filia nomine parmę. Nec non filiam otanis duxit: que magum prodidit. Idem uiribus omni ex parte stabilitis ante omnia simulacrum e lapide factum statuit hominis equo insidentis in hec uerba litteris. Darius histaspis tum equi uirtute cuius nomen legebatur tum oebaris agasonis persarum adeptus est regnum. His apud persas actis prouincias quas ipsi satrapea uocant constituit: earumque singulis p̃sides p̃fecit: taxato quod penderetur tributo: quod exigebatur cum hoc edicto: ut qui argentum ut babylonii talenti pondere: qui aurum hi euboico pondere afferrent. Valet autem babylonicum talentum sexaginta mnas euboidas. Et enim cyro atque deinde sub cambyse nihil dum fuerat

Darius histaspis filius rex
Persarum constituitur.

De ordinatione tributorum
que ad Dariū perueniebant: et
quot milia argenti aurique ta-
lenta tributa hęc cōficerent.

p̃ nationes aliis finitimis trāsibens
aliis transferens aliis remotiores gētes
attribuens. Distributo prouinciis hunc
in modum tributo.

circa tributa instituta: sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordina-
 tionem & alia huiusmodi perse aiunt fuisse institorem: cambysen autem
 dominum cyrum uero patrem. Quin uero darius omnes res questui habebat
 cambyses asper erat ac morosus. Cyrus intem agens et omni ratione de illis
 bene mereri studens. Ab ionibus igitur & magnetis qui in alia incolunt & eo-
 libus & caribus & lycis & miliensibus & pamphilis idem erat unumquod unpo-
 situm his tributum: pendebantur quadringenta argenti talenta. Hec erat
 ab eo prima portio instituta. A misis & lydis & lasonis & cabalis et autene-
 sibus quingenta talenta. Secunda portio hec erat ab bellespontiis qui ad de-
 xtram illuc nauigantium siti sunt et phrygibus & thracibus qui asiam in-
 colunt & a paphlagonibus & mariandinis & syris trecenta & sexaginta talen-
 ta. Hec erat tertia portio. A cilicibus equi albi treceni sexageni in dies singu-
 los singuli: et talenta argenti quingenta: quorum centena & quadragena cro-
 gabantur in eam cilicie regionem que equos producebat: trecena autem &
 sexagena ad darium ibant. Hec quarta portio ab urbe posidea quam coloni-
 amphiarai filius deduxit in finibus cilicum ac syriorum ab hac ad egyptum
 usque preter arabum partem. hec enim erat uniuersis trecena et quinquagena
 erat tributum. Quinta portio hec: cui annumeratur omnis phoenicia et sy-
 ria: que dicitur palestina et cyprus ab egypto & apbris egypto conterminis
 et cyrena & barca in portionem egypti iste ordinantur: septingena proueni-
 ebant talenta. Preter pecunia e piscario prouentu lacus myrios excepta hac
 pecunia et certo frumenti numero septingenta talenta obueniebant. Nam
 centum uiginti milibus persarum qui in albo muro memphitico stationem
 habebant & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumentum. Sexta portio
 hec. Sattagite & gardarei & dadite: et aparyte in idem constituti centena
 et septuaginta talenta pendebant. Septima portio hec a susis ac reliqua cissi-
 orum plaga trecena pendebantur. Octaua hec portio. A babylone ceteraque a
 assyria millena talenta argenta proueniebant et preterea pueri castrati quin-
 genti. Nona portio hec. Ab acbatanis & ab reliqua regione medica & a pare-
 canis et orthocorybantis quadragena & quinquaginta talenta. Decima por-
 tio hec. Caspii & pausice et pandrinati & darite simul conferentes ducen-
 ta talenta afferebant. Undecima hec portio. Ab attis ad ligidos usque treceno-
 rum et sexagenorum erat tributum. Portio duodecima hec. A particia &
 armeniis eorumque conterminis euxino tenus ponto talenta quadringenta.
 Tertiadecima portio hec. a sagartis et sarangibus & thameneis & utis et me-
 cis et iis qui rubri maris insulas incolunt: ubi rex eos qui religati uocant

collocat : Ab his omnibus sexcentorum talentorum proueniebat tributū. Quatuordecima pars hæc. Sacæ et caspii ducena et quinquaginta talenta afferebant. Quintadecima portio hæc. Parthi choramiiq; & sgodii et arii trecenta talenta. Sextadecima portio hæc. Paricani et qui ex asia sunt ethiopes quadraginta talenta. Decima septima portio hæc. Mationis & saspisibus et alarodis ducena iniuncta talenta erant. Duodeuigesima portio hæc. Indi ut sunt multitudine multo numerosissima inter omnes quos nouimus mortales ita tributum super ceteros omnes afferebant trecenta sexagena talenta aurearum ramentarum. Vicesima portio hæc. Quid si babylonica pecunia ad pondus euboicum redigatur fiunt nouies milena quinquagena et quadragena talenti argenti. Aurum uero si ter decies tanto ramentarum taxetur in summa reperietur ad rationem euboicam esse sex milia talentorum sexcentaq; et octoginta. Quibus omnibus in unum contractis ad euboicum computum exigebantur in summam annui tributi a dario talentorum quatuordecim milia quingena et sexaginta. Minorem his summam mittendam mihi non referendam puto. Hoc tributum dario ex asia proueniebat et aliquantulum ex aethiopia procedente tempore et ab insulis obuenit aliud tributum & ab his qui europam thessalia tenus incolunt. Id tributum rex in hunc modum thesaurizat hoc est reponit. Liquefactum aurum argentumq; in fictiles fidelias infundit. Expletas mox fidelias subinde frangit ex eoq; auro argentoue quotiens pecunia indiget tantum concidit quantum usus postulat. At hæc quidem prouinciæ erant ac tributorum taxationes. Sola enim persis inter tributarias a me pretermissa est : quod eam immunem persæ colunt. Isti tamen ad ferendum ullum tributum non adigebantur : sed munera portabant. Ethiopes egypto contermini quos cambyses in expeditione contra macrobios ethiopes sumpta & q; sacram nylam incolunt et dionysio dies festos agunt. Hi ethiopes eorumq; finitimi eodem quo indi callistie semine utuntur subterraneasq; obtinent domos. horum utriq; tertio quoq; anno munera portabant portantes ad meam usq; memoriam binos semodios auri rudis & ducenos fasces hebeni et quinos ethiopes pueros & uicenos grandes elephantorum dentes. Colchi quoq; inter dona ferentes repositi erant eorumq; finitimi ad montem usq; caucasum. Nam qui ad aquilonem caucasi habitant eorum iam nulli persas curant. Isti igitur dona sibi imperata etiam ad meam usq; etatem quinto quoq; anno afferebant : centenos pueros totidemq; uir-

gines. Afferebant et arabes millena quot annis talenta thuris. Hec isti dona præter tributum regi portabant. Sed id aurum tam multum indi unde ramenta quas dixi regi afferunt hac ratione comparant. Indice regionis id quod ad solem orientem uergit fabulosum est. Nam indi duntaxat eorum quos scimus de quibus aliquid pro certo narratur primi sunt hominum: qui in asia ad auroram et solis ortum habitant. Indorum enim tractus qui auroram spectat propter arenam uastus est. Eorum autem complures sunt gentes atque e lingua inter se dissonæ quas aliæ deditæ sunt rei pecuarie aliæ non. Item aliæ in palustribus fluminis habitant crudis uictitantes piscibus: quos aggressi ex arundineis nauigiis expectant. Singula autem nauigia e singulis harundinis internodiis fiunt. Isti ex indis ferunt uestem e tegete quam ubi e flumine messuerunt incideruntque pleotentum in modum stolis tanquam toracem sibi induunt. his finitimi ad auroram uersus sunt indi pecuarii carnibus crudis uescentes nomine padei qui talibus uti moribus narrantur. Quotiens ciuium aliquis aliquæ egrotat uirum quidem sui maxime familiares interimunt: quod dicant illum morbo tabescentem carnes ipsius corrupturum. Et licet se neget ille egrotare nihilominus isti ignoscentes necant eumque epulantur. Mulieri uero sue maxime necessarie idem quod uiri uiro faciunt. Qui autem ad senium peruenit eo itidem mactato pascuntur. Ideoque tum hac de causa tum quia omnes qui in morbum incidunt necantur non multi sane eorum ad senectutem perueniunt. Est aliorum hæc diuersa consuetudo: ut nullam animantem interimant utque nihil serant nec domos parandas existiment neque herba uictitent. Est eis semen quoddam milii instar sua sponte nascens e terra suo in calice: quod cum ipso calce lectum coquit eduntque: quorum quisquis in morbum incidit: is in locum desertum pergit. Ibi decumbit uel decumbentis uel defuncti curam gerente nemine.

Horum omnium quos recensui indorum coitus in propatulo est sicuti pecora. Color similis ac proximus ethiopico genitura quam in mulieres emittunt non alba quemadmodum ceterorum hominum sed atra ut color corporis: qualem ethiopes quoque emittunt. Indi isti longius a persis absunt et uento austro obnoxii eoque dario ne utique obtemperant. Ceteri indi caspatino urbi et parthice regioni contermini sunt ad uentum aquilonem habitantes. Ex omnibus indis hi qui proximam bactrianis uitam degunt pugnacissimi sunt et qui ad aurum precipue mittunt. Circa hanc enim plagam uasta sunt propter harenam loca: In qua solitudine

De uariis indiarum nationibus
et earum ritu.

De indis qui padei dunt
et eorum moribus.

Quod ab ipso spermate quod
nigrum est non album ut
apud reliquos homines nigri
homines generantur apud
ethiopes et plerumque indos.

De indicis formicis et
earum magnitudine.

De camelo.

formice gignuntur canum quidem magnitudine minores uulpium uero maiores. Earum non nulle et apud illos & apud regem persarum ui suntur. Hinc uenatu capte he formice in faciendis sub terra domiculis egerunt barenam ut apud grecos formice. Atq; eodem modo ipsa etiam specie corporis simillima. Ea autem que egeritur harena aureata est pro qua in desertum mittentes indi ternos singuli camelos iungunt mares a lateribus quos frenatos trahunt foeminam in medio in quam ipsi ascendunt data opera ut ab recentissimis foetibus abstractam iungant. Et enim apud eos cameli cum nihilo sunt minori pernecitate q̃ equi tum uero ad ferenda onera multo ualentiores. Qualem habet camelus speciem grecis ut pote scientibus non puto scribendum. Sed id qd̃ ex animali nā scitur. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora & totidem genua et ueretrum inter posteriora crura caudam uersus spectans. hunc in modum iunctis camelis indi ad aurum legendum tendunt: ut cum feruentissimus fuerit estus sint in rapina. Si quidem pre estu formice sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutino non quemadmodum aliis meridie eousq; effervescent dum tempus est a foro discedendi: per quod spatium multo magis q̃ meridianus in grecia adeo ut dicantur illi in aqua se abluere. Meridies fere urit indos pereque atq; alios homines. Declinante meridie talis est illic sol qualis alibi matutinus ac deinceps magis ac magis frigescens dum ad occasum peruenit: quo tempore precipue friget. Vbi ad locum indi peruenere culles quos tulere arena completis raptissime retro se recipiunt. Quos protinus formice ut a persis fertur olfatu perceptos insequuntur tanta pernecitate quanta in alio nullo est ita ut nisi uiam ad quam formice congregantur anticipent indi nemo sit ipsorum euasurus. Ideoq; camelos mares quod impares foeminis sunt in currendo ne trahantur dissoluiunt: sed non utruq; pariter. Foemina uero pulli quem reliquit memor nihil sibi remittit. Hac ratione indi maiorem auri partem nanciscuntur ut perse memorant. Nā quod effoditur in ea regione aurum rarius est. Et sane pulcherrimas quodammodo res extrema orbis habitari pars sortita est quemadmodum qd̃ p̃stantissimum iudicatur pulcherrimas regiones. Nam ut paulo ante dixi ultima que ad orientem uergentes habitantur indica est: in qua et animantes tam quadrupedes q̃ uolucres multo sunt grandiores q̃ ceteris in locis preter q̃ equi. Nam ab equis medicis uincuntur: qui nisei uocantur. Et infinita uis auri partim effossi partim per flumina deuecti

partim

partum ut iudicauit surrepti. Preterea agrestes arbores pro fructu lanā ferentes ouilem tum pulchritudine tum bonitate precedentem: qua in uestiarium indi utuntur. Ad meridiem ultima e regionibus que habitatur in arabia est: in qua sola omnium nascuntur thus myrra cassia cinamomum & lodanum. Cuncta hec facilia ad nanciscendum preter myrrham. Nam thus storace sufficientes legunt ea quam phoenices ad grecos exportat. Hac suffitum thus capiunt. Et enim thuriferas arbores obseruant colubri subalati exiguo corpore discolori specie permagno circa singulas arbores uidem uidelicet qui aduersus egyptum facto exercitu tendunt: nec ullo alio ab arboribus q̄ storacis fumo sumouent uniuersam terram oppleturi ut arabes aiunt: nisi ut uidem narrabant simile quiddam istis contingeret ei qd̄ nouimus contingere uiperis: idq̄ ut credere debemus sollerti diuinitatis prouidentia. Nam que ex timido animo sunt et esculenta ea omnia foetiosa fecit ne assiduo esu deperirent. Contra que seua & maligna sunt ea uoluit parum esse fructuosa. Vnde fit ut lepus quem omnia uenantur feracile homo tam ferax sit: solaq̄ ex omnibus bestiis cum grauida est etia impleatur & alium foetum in utero gestans pilis uestitum alium nudum alium tantummodo formatum alium concipit. Et lepus quidem talis est. At leena ualidissimum ferocissimumq̄ animal semel in uita unum parit. Nam una cum fetu uterum amittit: cuius rei causa hec est: qd̄ catulus leoninus ubi moueri in utero incipit cum habeat unguis longe acutissimos ex omnibus feris uterum lacerat augescensq̄ magis ac magis unguis inprimendo exulcerat: Ita ut ad postremum dum partus adest nihil uteri reliquatur incoluine. Quare si uipere et alati arabie serpentes ita gignerent ut ipsarum natura fert non esset hominibus uiuendi facultas. Nunc aut cum libidine agitantur & per paria coeant foemina collum maris in emittenda genitura comprehendit: sorbensq̄ non prius dimittit q̄ deuorauerit. et mas quidem hoc modo perit. Foemina uero talem luit masculo poenam: qd̄ filii dum adhuc intra uterum sunt patrem ulciscentes matrem ambe dunt: eiusq̄ aluo ambesa ita partum faciunt. Ceteri serpentes qui non hominibus perniciosi oua pariunt et magnam uini foetum excludunt. Atq̄ uipere per uniuersum terrarū orbem uisuntur. Alati uero serpentes nusq̄ alibi nisi in arabia aut certe non adeo frequentes. Hunc in modum arabes thus comparant: Cassiam autem sic. Postea sibi tum ceterum corpus tum faciem preter oculos obligauerunt corus alusq̄ pellibus ad cassiam tendunt. Ea nascitur in palude non alta: circa quam et in aqua degunt fere alate ue

De Arabia et de iis
q̄ in ea nascuntur.

Thus
Myrrha.
Cassia.
Cinnamomum
Lodanum.
Quo thus legitur.

Quod nā animantia timida
diora fetuosa: contra uero
seua & maligna parum
fructuosa fecit ne genus
humanum deperiret.

Quo alati serpentes gignantur.

Quo cassia legitur.

spertilionibus simillime stridore diro & uiribus proualentibus: quas ab oculis arcentes arabes sic cassiam metunt. Cinamomum etiam quod superiora mirabilius legunt. Nam aut quomodo aut qua ui terra gignatur illud nequeunt dicere nisi quod probabili ratione utuntur. Quod quidam uolunt id gigni in his regionibus ubi dionysius educatus est et ipsas cinamomi festuras afferri a grandibus quibusdam alitibus: quas nos e phoenicibus edocti cinamomum appellamus. Afferri autem ab aliis alitibus ad indos e ludis constructos in preruptis montium et homini inaccessis. contra quas hoc arabes excogitauerunt. Bouum asinorumque defectorum et aliorum iumentorum membra minutatim concisa in ea loca portant & ubi iuxta nidos posuerunt procul abscedunt. Ad hec frustra delapsae uolucres ad nidos suos carnem comportant: cuius sustinende impares nidi ad terram discissi labuntur. Tunc arabes ad eos colligendos accedunt.

ubi Lodanum legitur.

Hac ratione cinamomum ab eis legitur: et illinc in alias regiones dimittitur. At lodanum quod arabes ladanum uocant et cinamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in grauolentissimo loco nascens tamen fragrantissime olet. In barbis hircorum inuenitur innatum ueluti mucor ligni cum ad conficienda multifaria unguenta utile tum ad suffitionem qua arabes utuntur. Hactenus de thymiamatis dictum sit. Redolet arabica regio mirifice iucundo quodam odore. Suntque in ea duo ouium genera admiratione digna: quae nusquam alibi uisuntur: quorum unum caudas habet tam longas ut non sint tribus breuiores cubitis: si quis trahi sinat ulcera contrahunt dum per terram atteruntur. Hunc unusquisque pastorum hactenus est doctus arte fabili ut plostella faciant: quae singularum ouium caudas subligant superque plostella caudas ipsas illigent. Alterum genus ad cubitalem latitudinem caudas gerit. Huic qua parte meridies ad solem occidentem uergit contermina est ethiopia terrarum habitatarum ultima.

De ethiopia terrarum habitatarum: qua meridies ad solem occidentem uergit ultima.

Hec & auri multum fert et uastos elephantes prominentibus utrinque dentibus. Et cum agrestes omnes arbores tum uero ebum nec non uiros maximos pulcherrimosque & cui longissimi. Atque haec quidem extrema sunt asiae aphricaeque. De extremis autem europa quod pro comperto referam non habeo. Neque enim assentior fluuium quendam esse eridanum a barbaris uocitatum: qui subit mare ad septentrionem spectans: unde electrum uenire narratur. Ne cassiteridas quidem noui insulas hoc est stanmaras: unde ad nos uenit stannum: quam rem uel ipsum coarguit nomen eridanus quod graecum est non barbarum ab aliquo poetarum fictum. Sed hoc

etsi studiose quesiui a nemine qui ipse uiderit accipere potui quomodo se habeat mare ad illam europe partem. Ab extremis itaq; ad nos uenit ita mnum electrumq;. Ceteris ad septentrionem europe quāplurimam auri uim esse constat. Se quomodo fiat ne hoc quidem pro comperto dicere queo.

Dicuntur tamen ab agryphibus auferri armaspi uiri unoculi: quod nec ipsi crediderim ut uiri nascantur unoculi: ceteram naturam naturam habentes aliis hominibus parem. Porro extrema terrarū concludunt aliam regionem utrisq; cobibent ea quę nobis pulcherrima putantur illisq; rarissima. Est in asia planties quedam undiq; cincta monte quinq; in locis interciso: quę aliquando fuit chorasimiorū: cum in ipsorum finibus sit et byrcanorum & parthorum et sarangeorum et thamaneorum. Sed posteaq; perse rex potiti sunt facta est regis. Ex hoc circumuento monte ingens amnis profluit nomine acēs: qui quondam per singulas undiq; intercisiones ductus ac distributus totidem quas dixi gentium regiones irrigabat. Vbi uero in potestatem regis perse uenerunt hoc ab illo sunt passę qđ anfractibus montium ab rege obtrusis et ad eorum singulos portis inditis aqua ab exitu interclusa est: influenteq; interorsum amne planties quę intra montes erat pelagus facta cum fluat in interiora amnis nulla ex parte exitū habens. Atq; ita ipse gentes pristino aque usu fraudati afficiuntur per magno detrimento. Nam hyberno tempore deus illis quemadmodum aliis hominibus pluit. Sed estate cum serant pisum et sesamum aquam desiderant. Igitur cum nihil eis aque tribueretur ad persas uenerunt uiri atq; mulieres stantesq; pro foribus regis cum eiulatu uociferabantur. Tunc rex iis qui maxime indigebant portas reserari iussit utiq; eas quę ad eos ferrent. Easdem cum illorum terra humore hausto satiata est: rursum obserari iussit: et ita deinceps alias ut quicq; ceterorum populorum indigerent: Id faciens quantum auditu cognoui pecunię exigendę gratia preter tributum. Atq; hæc quidem ita se habent. Ceterum rex unum e septem uiris qui aduersus magum conuenerant intaphernem cepit ac capite damnavit. Ob hanc noxam. Intaphernes statim post oppressos magos regiam ingressi uolebat admitti ad colloquium regis. Etenim hac lege conuentum erat inter magi oppressores: ut eis ad regem foret aditus sine interuuntio nisi cubantem cum uxore. Itaq; non oportere sibi interuenire nuntium censens intaphernes quia foret unus e septem introire utiq; uolebat. Sed cum ianitor et qui ab responsis erant introire non sinerent: qđ regem dicerent rei uxorię dare operam eos mentiri ratus educto acinace aures utriq;

Qua de causa intaphernes
a dario capite damnatus.

natesq; precipit: ac loro freni ac ceruices ipsorum alligauit hominesq; dimi-
 sit: qui cum sese regi exhibuissent et cur id passi fuerant exposuissent da-
 rius singillatim quinq; persas accersuit ueritus ne id communi sex persa-
 rum consilio factum esset. Explorauit nunquid id quod actum foret com-
 probarent. Vbi comperit sine eorum consensu in taphernem hoc fecisse ho-
 minem comprehendit: eiusq; liberos atq; omnem familiam multis de cau-
 sis credens illum cum suis cognatis contra ipsum rebellionem fuisse molitu-
 ros. Hos comprehensos ad necem uinciri iussit. Tunc uxor itaphernis ad regias
 fores accedens plorabat atq; lamentabatur id assidue faciendo ad sui miseri-
 cordiam darium cum adduxisset misso ad eam nuntio rex inquit. Mulier
 offert tibi darius unius electionem ex uinctis domesticis tuis quem uelis
 liberari. Illa postq; secum deliberauit ita respondit si unus omnino anima
 mihi rex gratificatur eligo ex omnibus fratrem. Hec audiens rex miratus
 eius orationem misso nuntio inquit. Mulier percontatur te rex qua de cau-
 sa uiro filusq; pretermisissis frēm elegisti: ut præsset maritus: Cui illa respon-
 dens rex inquit maritus mihi alius si demon uoluerit atq; alii liberi si hos
 amiserit esse possunt: alius frater parentibus meis iam uita fundis nulla ra-
 tione potest esse. Hanc secuta causam ita locuta est: uisq; est dario probe di-
 xisse. Itaq; ea re delectatus rex et eum quem mulier optauerat missum fecit
 et filiorum natu maximum ceteris omnibus interfici iussit. Ita unus e septē
 persis inter initia occubuit. Eū uero illud circa cambysis egrotationem co-
 tigit. Erat sardibus præsēs quidam a cyro prefectus nomine oretes uir perses:
 cui nefarie rei cupido incessit. Siquidem polycratem samium: a quo nullo
 nec facto nec dicto quantulocunq; lesus esset: quemq; ne uidisset quidem ūq;
 tamen concupiuit capere ad interimendum ob hanc ut pleriq; aiunt causā.
 Cum aliquando pro foribus regis considerent et alter quidam perses nomi-
 ne Mitrobates prefectus gentis quę est in dascylis e uerbis ad iurgia deuenie-
 runt: Et cum de uirtute disceptaretur Mitrobates obiciens Oreti inquit Tu
 ne in pretio uirorum es: qui insulam samium^{nię} prouincię adiacentem regi non
 acquisit ita facilem captu: ut quidam e popularibus quindecim armatis fre-
 tus occupauit: eiusq; tyrannide potiatur. Hoc iurgium audienti oreti adeo
 doluisse quidam aiunt ut affectauerit non de obungatione uindictam: sed
 polycratem perosus occidere propter quem male audisset. Alii sed pauciores
 inquit caduceatorem insamum ab orete missum cuiusdam rei rogande
 causa: cuius autem non dicitur polycratem tunc forte in conclaui cubantē
 fuisse assistente ei anacreonte teio: idq; siue consulto qđ res oretis contemptui

De orete uiro perse: quē
 cyrus sardis prefecto cō-
 qua de cā polycratē occidit.

Mitrobates.

haberet siue forte alius huiusmodi: ad quem accedens oretis caduceator cum mandata exponeret polycratem nec se ad hominem conuertisse (Erat enim ad parietem uersus) neque quippiam respondisse. Hæ bifarie mortis cause polycratis fuisse memorantur: quarum utrilibet quis accomodare fidem potest. Itaque oretes in urbe magnesia degens quæ est ad meandrum flumen sita misit myrsium quendam lydiæ Gigis filium: cui nuntio in samum ad polycratem cuius animum nouerat. Et enim polycrates primus extitit grecorum duntaxat eorum quos nouimus secundum minorem: & si quis alius isto prior maris imperio potitus est: qui in animum induxerit ut mari potiret. Primus inquam extitit ex eo genere quod humanum uocatur: qui multam spes conciperet ionie atque insulis dominandi. Hoc igitur cum in animo habere certi or oretes factus misit nuntium in hæc uerba. Oretes polycrati ita inquit Audio te res excellentes agitare animo sed proposito pecuniam non suppeditare. Quod si ita feceris ut suades prospexeris & tibi et saluti mee. Nam rex cambyses ut mihi pro comperto nuntiat de me interficiendo cogitat. Nunc igitur me ipsum recipito atque pecunias earum partem tibi habiturus partem mihi permissurus & ipsarum pecuniarum beneficio omni grecie imperaturus: de quibus si mihi fidem non habes mitto mihi tibi fidissimum: cui ego fidem faciam. Quo audito polycrates gausus est atque obsequi uolebat. Maiorem enim in modum pecunias auebat. Mittit itaque prius ad rem inspiciendam quendam e popularibus suis meandrum meandri scribam suum: qui non longo post hæc tempore ornatum conclauis polycratis spectata dignum templo iouis omnem dicauit. Hunc oretes cognito speculatorem esse circumspectum esse ita sibi agendum putauit. Octo scrinia lapidibus implet præter admodum paruum partem circa ipsas oras ac superficiem lapidum auro inducit. Eaque scrinia alligata in expedito habet. Quæ adueniens meandrus cum inspexisset polycrati renuntiavit. Eum uero ne illuc se conferret magnopere debortabantur tum oracula et amici tum præcipue somnium hoc quod eius filia uiderat. Videbatur sibi cernere patrem in aere sublimem esse: qui ab ioue quidem lauaretur a sole autem ungeretur. Hanc uisionem conspicata instabat omni dissuadere patri ne a patria proficisceretur ad oretem. Quin etiam ad biremem eunti male ominabatur: Cui cum ille minitaretur si sospes rediret fore ut hæc per diu maneret uirgo ipsa ut ita contingeret sibi imprecata est. Male enim se diutius uirginem esse quæ patre orbari. Polycrates omne consilium pro nihilo habens ad oretem nauigauit cum alios secum ducens tum uero democedem crotoniensem medicum: qui eam artem apud suos præclarissime

Mors polycratidis

omnium exercebat. Vbi magnesia peruenit. Polycrates tetra morte ē affectus indignaq; ut sua persona aut suis cogitationibus. Nam neq; eorū. qui syracusis tyranni extiterunt neq; aliorū grecis tyrannorum ullus est magnificentia cum polycrate comparandus. Eum oretes quod indignū relatu est. cruci suffixit. Eorū uero qui illum comitati fuerant. Samos quidem dimisit. iubens eos gratiam sibi habere qđ liberi essent. Hospites autem atq; seruos iure captiuitatis sibi uendicans retinuit. Polycrates ergo suspensus omnem filie uisionem exoluit. Nam ab ioue quidem cū plueret lauabatur. a sole autem exundante ex membris abdomine ungebantur. Hunc exitum habuerunt tot prospera polycratidis. Ultio oretes excepit. Quippe post cambysis obitum. occupato a magis regno. oretes cū esse sardibus. nihil admodum de persis. qui a medis imperio defraudati erant. meritis est. Sed in ea perturbatione Mitrobatem e dasilio profectū. qui illud de polycrate exprobrauerat interemit. et eius filium cranarem spectatos in persis uiros et cum alia quoq; omnisaria flagitia commisit. tū quendam a nuntius qui ad ipsum a dario uenerant. quod parum iucunda nuntiasset. trucidandum curauit. sūmissis quibusdam. qui redeūtem aggredētur. quiq; trucidatum cum ipso equo occultent. Darius ubi principatu potitus est. oretem ulcisci cum ob alia scelera. tum precipue ob mitrobatem filiumq; cupiebat. Sed aduersus eum e professo mittere copias consilii non erat utiq; non rebus satis fundatis et imperio recens patto. cū presertim audiret oretem multa uiuissimum cum mille persarū satellitibus stipatus esset. Nam sue prouincie habebat phrygiam. lydiam. ioniam. Itaq; darius aduersus hęc hanc rationem inuit. Accitis persarum sūmis quibq; proceribus his locutus est uerbis. Perse quis hoc uestrum mihi repromittat executurus prudentia duntaxat nulla ui. nullis copiis. Vbi enim opus prudentia est. ibi ui agere nihil attinet. Ergo quis uestrum mihi oretem uel adducat uiuum uel interficiat. qui de persis nihil omnino meruit. sed multa scelera admisit. uel hęc duo. unum qđ duos e nobis Mitrobatem eiusq; filium interemit. alterum qđ a me missos ad se accersendum necandos curat. facinus profecto non tolerandum. Ideoq; priusq; persas maiora scelera admittat comprehendendus est ad necem. Hęc darius interrogabat persas. Eorum triginta extiterunt. qui repromiserunt singuli uolentes ipsi id exequi. Quos inuicem contendentes Darius reprehendens sortiri iussit. Id cū fecissent. sortis bageum artontis filium ex omnibus contigit. Hic sorte delectus hac ratione usus est. Complures litteras uariis de rebus scripsit. sigil-

loq. darii impressit. Cum his profectus est sardis. Eas postq̄ in conspe-
ctum oretis uenit dedit separatim recitandas regio scribe. Regios autem
scribas cuncti presides habent. Reddebat separatim Bageus litteras explo-
randi gratia animos satellitum nunquid annuerant ad rebellandum
ab orete. Quos animaduertēs magnopere uenerari litteras & ea quę in il-
lis dicerentur etiam uehementius reddidit aliam epistolam in hec uerba.
P erse Darius rex interdicat uobis ne apud oretē fungamini satellitum of-
ficio. Hoc illi audito lanceas ei posuerunt. Tunc bageus cernens illos obtem-
perantes epistolę sumpta fiducia reddidit scribe ultimum libellum in hec
uerba scriptum. Rex Darius persis mandat qui Sardibus erant ut orete
interimant. Id ubi audiuerunt doriphori idest hastati satellites eductis
acinacibus sine mora oretē interemerunt. Ita uindicta polycratidis samii
oretem persam consecuta est. Traductis atq; comportatis susa bonis oretis
contigit non diu post ut in uenatu ferarum darius rex dum ab equo desi-
lit pedem intorsit uehementerq; laxauerit. Nam talis ē iuncturil amo-
tus est. Existimans itaq; apud se ut prius habere ex egyptis eos qui primi
putarentur arte medicinę earum opera utebatur. At isti retorquendo pedē
ac uolenter tractando plus mali faciebat adeo quidem ut septem dies toti-
demq; noctes darius prę molestia qua afficebatur transegerit insomnes.
O ctauo die eidem male habenti Democedis crotoniensis mentionem cuius de
artificio prius iam in sardibus audiuisset Darius hominem accersi ad sese
q̄ celerrime iubet. Ille ut inter captiuos oretis inuentus ubi pro neglecto
habebatur in medium adductus est. Sic erat pannosus et compedes trabes.
I n medio positum darius interrogauit nunquid eam nosset artem. Demo-
cedes ueritus ne si se proderet usquequaq; gręcia priuaretur dissimulare.
S ed cum uideretur notitiam artis prę se ferre darius iussit eos qui hominē
adduxerant uerba et tormenta afferre in medium. Tunc illa dissimulatio
ne missa se plane scire artem illam negauit. Sed aliquantulum eius ob cō-
suetudinem quam in medico habuisset factaq; ei potestate curandi gre-
cis medicamentis utens & leuia post acria adinuens darium compotem
somnia fecit et breui tempore incolumem reddidit. cum iam se posthac
inualidum fore ad incedendum desperasset. Ob quam curationem postea
cum eum darius duobus aurearum compedum paribus donasset inter-
rogauit democedes nunquid eo se duplici malo remunerandum putaret.
qd̄ ab eo ipse sospes foret effectus. Hoc dicto Darius delectatus ad suas u-
xores hominem misit. Eunuchi qui eum deduxerunt ad foeminas dī cetāt

Quo oretes interficit.

De Democede crotoniēsi
medico.

hunc esse qui restituisset animam regi. Tunc earum singule auream phiale thecam suffringentes democede donauerunt tam amplo munere: ut excidentes ex percussione phialarum Itateres famulus qui sequebatur nomine scyton collegerit non paruam auri summam. Hic democedes hunc in modum e crotone profectus et philocrate consuetudinem habuit: cum a patre sane iracundo crotone cohiberetur nec eum tolerare posset illo relicto abiit in eginam: ubi commoratus unum annum primos medicos transgreditur: etsi imparatus erat et nihil instrumentorum habens: quae ad artem medicinae pertinerent: ex quo factum est ut sequenti anno eginete conducerent eum talento: Athenienses tertio anno centum minis: Polycrates quarto anno talentis duobus. Ita in sanum profectus est. A quo uiro non minimum medici crotonienses specimen acceperunt: tunc uidelicet cum per medici crotonienses primi numerabantur: secundi cyrnei. Qua etiam tempestate argui ceteris grecis prestare musica ferebantur. Tunc itaque democenes Dario sanato fufis maximas edes obtinebat: & cum rege ad mensam sedebat omnibus rebus affluens praeter hanc unam: quod in greciam redire non poterat. Quin etiam egyptios medicos regem curare solitos cum essent patibulis suffigendi quod a greco medico superati forent impetrata ab rege uenia liberauit. Liberauit item uaticinum quendam deum: qui polycratem secutus fuerat: et inter captiuos pro neglecto relictus. Denique maxime apud regem momenti democedes erat. Interiecto deinde breui tempore inter alia contigit: ut attose cui filiae: quae erat darii uxor in mamilla ulcus nasceretur. Deinde rescissum porro crassaretur: quo ista quoad fuit exiguum praepudore occultans nemini indicauit. Sed ubi male iam habebat accersito democedi rem ostendit: ille se redditurum sanam affirmans adiurat eam: ut sibi uicissim ipsa inseruiat in eo quod orauerit: oraturum autem nihil unde decus redundaret. A quo posteaque curata est edocta. Darium dum cum eo cubat his uerbis allocuta est. Rex cum tantum habeas copiarum desides nullam neque potentiam neque gentem persis acquirens. Atqui par est uirum et iuuenem et magnarum opum dominum aliquid operis edendo se ostendere. Quo etiam perse cognoscant sibi uirum praesse: Quod ut facias duabus de causis interest: ut perse et eum qui ipsis praest uirum esse intelligant et bello atterantur: ne oculum agentes tibi insidias tendant. Hunc ergo aliquod opus edas quoad in etate uiuendi es. Nam augescente corpore ingenium pariter augescit et consenescente consenescit et ad res omnes elanguescit. Haec attosa ex admonitu democedis: ad quam darius respon-

dens: Que inquit uxor ipse facere destinaueram ea omnia dixisti. Ego enim constitueram scythis bellum inferre uncto mari in nostra continēte in alteram ponte quod breui perficeretur. Ad eum attola. Animaduer te ait nunc. Omitte primum bellum scythis inferre: qui quandocunq; uoles tui erunt aduersus græciam nisi tu eas in expeditionem. Concupisco enim lacedæmonias et argivas et atticas et corynthias fando cognitās mibi fieri ancillas: et ad hoc habes uirum maxime idoneum ad demonstrandas græciæ res atq; exponendas hunc qui pedem tuum sanauit: Cui darius quando quidem tibi uxor uidetur nos primum græciam tentare debere mibi uidetur satius ante omnia mittendos illuc exploratores persas una cum isto quem dicis: qui percepta omnia & uisa renuntient nobis. Et mox ego ab illis edoctus aduersus grecos tendam. Hæc locutus Darius id quod locutus re quoq; aggressus est. Namq; ubi primum illuxit accitis quindecim uiris persarum spectatis præcepit: ut sequentes democedem omnia græciæ maritima collustrarent neue cōmitterent ut democedes ab ipsis aufugeret: sed rursus eum omnino reducerent. Hæc illis ubi præcepit secundo loco democedem ipsum ad se accersitum orat: ut exposita atq; demonstrata persis omni græcia rursus redeat: iubetq; eum ferre dono patri ac fratribus omnia sua utensilia affirmans alia multo plura illi inuicem donaturum: ac præter dona missurum. Atq; una iter faciat onerariam nauum omnifarū bonis referendam. Hæc darius nullo doloso consilio: ut mea fert opinio mandauit. Ille tamen ueritus ne se darius tentaret tanq; fugitiuum si cuncta sibi oblata caperet: respondit se quidem sua illic uelle relinquere: ut ea reuersus sibi haberet. Verum nauum onerariam quam darius promitteret dono fratribus accipere. Darius postq; hæc democedi præcepit homines ad mare dimisit. Isti cum in phoenicem descendissent et ex phoenice in urbem sidonem confestim duas triremes instruxerunt et simul ingente onerariam omnifarū bonis impleuerunt. Comparatis omnibus in græciā trauciunt. Et adeuntes maritima eius loca intuebantur atq; describebāt. Tum pleraq; ac celeberrima græciæ loca contemplati in italiam transmiserūt. Ibi aristophilides tarentinorum rex et ipse crotonensis gubernacula medicarum nauum resoluit: pariter & ipsos persas destinuit tanq; certos exploratores. Interea dum isti partiuntur hæc: Democedes crotonem abiit ad domum suam: Quo aristophilides abeunte persas missos fecit restitutis his que de naubus abstulisset. Illinc persæ nauigantes ac democedem persequētes crotonem perueniunt nadiq; in foro democedemprehendunt eum cro

toniensium quidam rem persicam reformidantes tradere parati erant. Quidam iniectis e diuerso manibus persas fustibus cedebant. His uerbis commonefacientes. Viri crotonenses considerate quid facitis: qui hoies regis fugitiuum eripitis. An ex usu uobis erit hanc iniuriam regi dari o intulisse: ac uobis bene cedet ista fecisse si non dimiseritis. Cui enim prius q̄ uobis bellum inferemus: aut quem priorem diripere conabimur. Hec dicendo nihil magis crotonensibus persuaserunt. Quin imo non modo democede: sed etiam oneraria naui: quam una duxerant priuati sunt atq; in asiam reuersi omisso iam studio discendi ulteriora grece fraudati duce. Quibus tamen indigressu iste mandauerat ut dario dicerent de mocedem ducere uxorem Milonis filiam. Erat enim apud regem celebre nomen Milonis Indiatoris. Quas nuptias uidetur mihi democedes eo tempore properasse magna erogata pecunia: et ipsum etiam in patria sua spectatum esse dario appareret. Profecti crotone perse ad lapigiam in quasdam naues inciderunt: a quibus in seruitutem redactos Gallus quidam tarentinus exul redemit & ad regem darium reportauit. Ob quod meritum cum rex paratus esset donare ei quicquid uellet optauit se in patriam reduci: exposita prius sua calamitate dicens ne omnem greciam conturbaret: si classis ingens ipsius causa in italiam transmitteretur: contentum se esse ut per solos cnidios reduceretur existimans pro amicitia que cnidius erat cum tarentinis se precipue reductum iri. Id darius pollicitus effecit. Nam misso cnidium nuntio iussit ut gillum tarentum reducerent. Cnidu dario obsequentes a tarentinis non impetrauerunt. Nam ad uim afferendam inualidi erant. Atq; hec hunc in modum administrata sunt: biq; perse primi extitere: qui in greciam traiecerunt speculandi gratia et ob hanc rem samum uero. Post hec rex darius omnium urbium tam grecarum q̄ latinarū barbararum primam euertit ob hac causam. Dum cambyses in expeditione aduersus egyptum ageret permulti se illuc grecorum conferebant partim ut credibile est negociandi partim militandi partim ipsius regionis oculis subuciende gratia: e quibus fuit Syloson eacis filius polycratis germanus extorris patria. Huic Sylosonti felicitas huiusmodi contigit. Sumpto hic amiculo rutilo ac sibi circumdato apud forum memphos spatiabatur: quem cum uidisset darius cambysis satellites nullius admodum conditionis uir captus amore amuli adit hominem ut mereretur amiculum Syloson animaduertens darium magnopere cupere amiculum diuina quadam fortuna usus. Ego in

De Silosonte eaci filio &
Polycratis fratre et quo
Samum cu extorris esset
recepit.

quit amiculum hoc nulla pecunia uendo. sed tibi largior. si mere tuum perpetuo debet esse. Hec approbans Darius accepit indumentum. Syloson qui putaret illud sibi stulte periisse. interiecto tempore cum cambyses decessisset & septem illi magum oppressissent. et ex septem darius regnum adeptus esset: ubi certior factus est ad eum uirum peruenisse regnum: cui ipse precanti dedisset in egypto uestimentum. Susa ascendit. sedensq; in uestibulo regis ait se eum esse. qui de rege sit bene meritus. Hec audiens ianitor regi renuntiavit. ad quem admirabundus rex. Ecquis est inquit grecorum: qui in me beneficus extiterit. cui ego reuerentia debeam recens regno potitus. Nec dum multi aut nulli illorum ad nos ascenderunt. Nec ullo grecorum quicquam sic dicam opus habeo. Tamen hominem introduce. ut sciam. quid hec dicendo uult sibi. Vbi a ianitore introductus est Syloson ac statutus in medio interrogatur ab interpretibus quisnam esset aut quo pacto beneficus uiri rogem extitisset. ipse omnem rem gestam circa amiculum refert. seq; illum esse qui donasset. Ad hec inquit Darius uiroꝝ generosissime. Tunc ille es qui mihi nullam dum potentiam habenti donasti. ea quantum parua tamen perinde grata. ac si nunc aliquid magnum acciperem. Quade re immenso te auro argentoq; remunerabor. ut nunquam poeniteat te liberalem in darum hista spul extitisse. Cui Syloson. Mihi inquit rex. neq; aurum neq; argentum. sed patriam. Vbi libenter eam liberaueris. quam nunc post necem fratris mei polycratis ab orete interfecti interfecti. occupat seruus noster. hanc mihi donato citra cede[m] ac direptionem. His darius auditis misit exercitum duce oetane uno ex septem uiris iussu. ut quae Syloson rogasset. ea effecta redderet. Oetanes ad mare descendens contrahabat exercitum. At sami obtinebat Meandrius Meandrii acceptum a polycrate. ut illud procuraret. cui iustissimo uiroꝝ uolenti esse non licuit. Nam ubi de polycratis interitu allatus est nuntius. ante omnia ioui liberatori statuit aram. eiq; fanum in circuitu designauit. qd nunc quoq; in suburbanis extat. Deinde ubi hoc perfecit aduocata omnium ciuium concione ita uerba fecit. Mihi sceptrum atq; omnis potentia polycratis. ut uos etiam nostis de mandata fuit. in meoq; arbitrio situm est uobis dominari. Sed quod in uicino comprehendo. Id ipse quoad potero non faciam. Nam neq; polycrates placebat mihi in uiros sibi ipsi pares dominatum habens. ne alius quispiam talia faciens. et polycrates quidem factum suum expleuit. Ego autem deposito in medium dominatu uiris equabilitatem suadeo. postu-

De Meandrio Meandrii filio
polycratis scriba. q; sami ty
rāidem post occisum ab
orete polycratem occupauerat.

lans iure optimo mihi ipsi hoc oneris tantum modo: ut e pecunia polycratidis sex denum talenta peculiariter mihi cedant: et præterea iouis liberatoris: cui ego templum extruxi: sacerdotium tam meis in perpetuum: liberis: quàm mihi: qui libertatem uobis restitui. Hæc Meandrius a samis postulabat. Tunc eorum quidam surgens. Tu uero inquit indignus es qui nobis imperes: ut qui malus extitisti ac funestus: sed dignus potius qui pecuniarum quas interuertisti: rationem reddas. Hæc Thelesarchus: ita enim uocabatur: dixit quod inter ciues erat ex parte uirtutes. Quæ Meandrius in animum accipiens: reputansque fore ut si dominatum ipse deponeret: alius quispiam in eius locum tyrannus constitueretur non deponendum sibi dominatum statuit. Sed in arcem ingressus unumquemque eorum: tanquam rationem pecuniarum reddaturus comprehendit alligauitque.

Post hæc dum ii in uinculis sunt Meandrius morbo corripitur: quem decessurum credens frater suus nomine lycaretus: quo facilius samis rerum potiretur: omnes interemit uinctos. Neque enim uidebantur uelle liberi esse.

Igitur ubi samum tenuere per se Sylosontem reducentes: nemo aduersus eos manum leuauit. Atque hi qui contrarie meandrie factionis erant: dedicationem sese facere uelle dixerunt. Quin ipse Meandrius ex insula discedere approbante hoc otane atque iusto foedere eminentissimi quique persarum positis sellis e regione arcis sedebant. Erat Meandrio germanus uicordiusculus nomine charileus: qui quod delinquere solebat in subterraneo loco erat alligatus. Hæc cum audisset quæ agebantur et per specum inspicere uidisset: persas quiete sedentes uociferando dicebat uelle se in colloquium uenire Meandrii. Eum audiens Meandrius iussit solum ad se adduci.

Vbi adductus est: confestim contuendo maledicendoque illi: suadebat ut imperium daret in persas hæc inquit Me tu o deterrime uirorum qui sum tuus frater: quicquid nihil uinculis dignum peccavi in subterraneo carcere alligandum putasti. Persas autem quos cernis te adorientes atque extorrem facientes ultum ire non audeas tam faciles tibi ad capiendum: quos si tu reformidas: prebe mihi auxiliares tuos: ut istos ob suum hunc aduentum ulciscar paratus te ipsum ex insula dimittere. Hæc charileus: quæ sermonem Meandrius admisit: Quantum ego sentio non quia eo insipientie uenisset: ut putaret suas uires regis superiores fore: sed quia inuidens silosonti se ciuitatem et integram et sine labore esse accepturum: maluerit res samias debilitari persis irritatis atque illi tradi probe intelligens: persas prius iniuria laceratos sequituros esse in samios et sibi tutum ex in

fula excessum esse / quodocumq; uellet. Foderat enim sibi occultum cu-
 niculum ex arce ferentem ad mare. Ipse itaq; quidem meandrius e samo
 profectus est. Charileus autem armatis cunctis auxiliariis patefactisq; por-
 tis progreditur in persas nihil tale expectantes / sed omnia pacata esse exi-
 stimantes. In hos persas qui sellas attulerat et plurimi momenti erant
 delato impetu auxiliarii grassabantur. Dum hec isti agunt cetera persa-
 rum copię auxilio ueniunt: a quibus repulsi auxiliarii rursus in arcem se
 recipiunt. Otanes imperator cernens tantam cladem accepisse persas / etsi
 memor erat preceptorum darii dum ipsum mittebat nequem saniorū
 occideret aut caperet: sed insulam uniuersam malorum Sylosonti ita tra-
 deret: tamen horum preceptorum oblitus est iussitq; milites ut quencq; sa-
 mium adipiscerentur occiderent uirum pariter et puerum. Tunc pars co-
 piarum arcem obsidebant: pars obuium quencq; sine discrimine trucidaba-
 bat tam in delubris q̄ extra delubra. Meandrius e samo profugiens lace-
 demonem nauigauit. Eo ubi peruenit habens quę discessu exportauerat
 dat negocium famulis ut pocula argentea et aurea proponant. Dum illi
 hec promunt interea ipse cleomenem anaxandrię filium sparte regem col-
 loquendo deducit ad edes suas. Cleomenes ubi pocula inspexit pre admira-
 tione attonitus erat. Meandrius eum iubere quocumq; illinc absportare. Idq;
 cum etiam atq; etiam Meandrius diceret: tamen cleomenes uirorum iustis-
 simus extitit: qui ea quę sibi donabantur recipienda non putauit. Sed
 cum sensit eadem nonnullis ciuium Meandrium elargiri quomodo puni-
 ret excogitauit. Additis enim ephoris hoc est tribunis plebis ait satius esse
 sparte hospitem samium e peloponneso ablegari: ne quem sparthanorum
 aut ipsum aut alium quempiam persuadeat fieri malum. Illi cleomeni
 obsequentes Meandrium ablegauerunt. Persę ubi diripere samium Sylo-
 sonti tradiderunt uiris desolatam. Interiecto tamen tempore Otanes impe-
 rator frequentem incolis effecit e uisione per quietem oppressus quo labo-
 rauit circa pudenda. Dum Samum nauticus proficiscitur exercitus / interea
 babylonii rebellauerunt rebus probe admodum comparatis. Nam qui
 diu magis compārauit et septem conuati rei aggrediuntur. Per hoc o-
 mne tempus et per occasione rei turbatarum se ad ferendam obsidio-
 nem instruxerunt et in his apparandis usq; latuerunt. Verum ubi ē pro-
 fesso descuerunt hec sibi facienda statuerunt. Matres expellunt. Mulie-
 rum unāquam sibi quisq; uoluit e domesticis elegit et hanc ad panem
 sibi faciendum. Ceteras in unum contractas strangulant. hoc idcirco fa-

Quo Babylonii a darii hi
 staspis filio rebellant.

Darius babyloniam obsidet.

D ē Zophyro megabizi filio,
et quō eius opera darius ba-
bylonē cepit.


cientes ne rem frumentariam ipsorum ille absumerent. His rebus co-
gnitis darius aduersus eos contractis omnibus copis contendit. Eo postq̃
peruenit urbem obsidione cingit. Sed nihil pendere obsidionem. Nam
conscensis muroꝝ propugnaculis tripudiare probraq̃ ingerere Dario
atq̃ exercitu: Quorum quidam ita inquit. Quid istic desideris perse-
Q uin potius absceditis tunc expugnaturi nos cum pepererint mule. Hoc
quidam babyloniorum dicebat credens nunq̃ parere mulam. Anno ac
septem mensibus in obsidione consumptis iam darium atq̃ uniuersū
exercitum tedere: qđ babylonios expugnare non posset: etsi aduersus
illos omnia machinamenta atq̃ omnes insidias expertum cum alias tū
illas quibus eosdem cyrus expugnauit. Omnia hec frustra fuerunt: quia
babylonii uehementer excubis incumbabant. Sed cum ne sic quidem
capi possent uigesimo q̃ circūuallati mense Zophyro megabizi filio u-
nus ē septem qui magum sustulerant hoc contigit ostentum ut quedā
mularum eius que frumentum subuectabat pareret: Quod ei renuntia-
tum cum non crederet ipse foetum inspicere uoluit. Eo uiso uetuit ser-
uos cuiuspiam rem aperire reputans illius babylonii uerba qui internū-
tia dixisset postq̃ mule parerent fore ut muri expugnarentur. Ex hac
fama uisa est Zophyro expugnabilis babylon. Diuino enim munere &
illum locutum & suam mulam esse enixam. Igitur ubi uisum est ei faci-
le esse iam babylonem capi adiens darium sciscitatus est nunquid perq̃
magni faceret expugnare babylonem. Audiens perq̃ magni fieri consul-
tat quomodo ipse foret urbis expugnator et suum hoc opus. Beneficia
enim apud persas permultum ad incrementa bonoꝝ consequenda ualēt:
eoq̃ nemini expromens se suffecturum rei faciendę si se deformissima
mutilatione afficit prorsus id nemini faceret. Quippe nares sibi præcidit
auriculasq̃ comam deformiter circūtondit: plagas imposuit: atq̃ ita
ad darium perrexit. Quem ille intuens uirum scilicet spectatissimum: sic
truncatum adeo grauiter tulit: ut exiliens ex solio exclamauerit inter-
rogando quis eum ob quod facinus mutilasset. Ad eum respondens Zophy-
rus. Nemo inquit rex præter te: cuius tanta est potentia ita me potuisse
afficere neq̃ alterius quispiam hoc mihi fecit: sed ipse ego: qđ indigno
animo fero assyrios persis illudere. Cui rex o uiroꝝ miserrime inquit tur-
pissimo facto pulcherrimum nomen imposuisti inquit propter eos q̃
obsidentur temet ipsum indignissime lacerasse. Nunquid o demens te
mutilato protinus hostes deditionem facient. Quid ni te ipsum lacerando

sensum amisisti. Ad eum Zophyrus Si inquit tecum comunicassem quod
eram facturum tu me non permisisses. Nunc memet ego adhibens in con-
siliu id feci. Itaque iam babylonem capiemus nisi tuis parces. Ego enim
ita uti sum ad muros ut transfuga fugiam: dicamque ad illos me hec abs-
te esse passum: et ut opinor ex hoc corporis habitu fidem eis faciens con-
sequar exercitus prefecturam. At decimo die quod muros ingressus fuero
mille milites ex eo genere: cuius amissione nihil admodum damni fiat
colloca aduersus portam que uocatur semiramidis: rursus interiectis se-
ptem diebus colloca duo milia ad portas: que dicitur numorum: atque ter-
tio uiginti diebus interiectis e regione portarum: que dicuntur chaldeorum
alios statue numero quatuor milia: dum neque priores neque posteriores
habeant quo se defendant preter gladios. hoc tantum sinas eos habere
post diem uigesimum reliquas copias iube recta muros undique subire.
✓ erum ad portas: que belides et cissie uocantur perfas mihi statuito. Et enim
ut ego sentio babylonu mihi qui magna opera ediderim committent cum
alia tum uero portarum clauis. Illinc mihi atque perfas curę erit operam
nauare. Hec ubi mandauit ad muros perrexit subinde respectans tanquam
uere profuga. Eo conspecto: qui in turribus ad id depositi erant deorsum
decurrunt & alteram portam aliquantulum declinantes sciscitabant
quisnam esset & cuius rei indigens ueniret. Cumque hic dixisset se Zopy-
rum esse & ad illos transfugere eum ad babyloniorum magistratus de-
duxerunt: ante quos ubi stetit Zopyrus conditionem suam miserabili-
ter referens a dario se passum: que a semet ipso passus esset: idque ob eam
causam quod suauis illi discedere cum exercitu: quoniam nulla uia ostenderet
urbis expugnande. At nunc inquit ad uos uenio Babylonu futurum uo-
bis maximo bono. Dario autem & copiis eius maximo malo. Neque enim quod
ita me mutilauit feret impune cum habeam exploratos omnes consilio-
rum eius exitus. Hec Zopyrus commemorabat: Quem babylonu utique ui-
rum apud perfas spectatissimum cernentes naribus atque auribus priuatum
uicibus ac sanguine conspersum sperantes omnino uera loqui et ad ipsos
uenire socium inducti sunt ad permittenda ei quecumque postulasset. Iste
postulauit copias militum: quas ut accepit prefecit ea que cum dario pro-
posuerat. Siquidem decimo die eductis babyloniorum copiis mille da-
rianos quos collocari primos mandarat circumuentos trucidauit. Eum
babylonu animaduertentes consentanea uerbis facta prestare maiorem
in modum letabantur parati in omni in re parere. Iste rursus interiectis

diebus de quibus erat conuentum cum delectis babyloniorum egressus
 duomilia darianorum militum interficit. Babylonii cernentes hoc alter
 pus nihil aliud q̄ Zopyrum in ore habere eum laudibus tollere. Hic rur
 sus constitutis diebus supersedens ad predictum locum copias educit circū
 uentq; quatuor milia occidit. Quo tertio opere edito Zopyrus omnia a
 pud babylonios erat ita ut & dux exercitus & murorum custos declararet.
 Vbi uero ē composito darius copias undiq; muris adinouit. Ibi Zopyrus om̄es
 dolum patefecit. Nam cum babylonii conscensis muris copias daru adorien
 tes arcerent ipse apertis cistis & belidibus portis persas in urbem introduxit.
 Quod factum qui babyloniorum uidebant: ii in puluinar iouis belli confuge
 runt. qui non uidebant ii in suo quisq; loco permanserunt: donec & ipsi se p
 ditos intellexerunt. Ita babylon iterum capta est. Qua potitus Darius muros
 eius circuncidit: et portas omnes amolitus est. Quorum neutrum cyrus fece
 rat prius eidem a se capte. Babyloniorum quoq; procerum tria milia patibu
 lis suffixit data ceteris uenia urbem incolendi. Atq; ut uidem uxores habēt
 unde succresceret soboles prouidit. Nam foeminas babylonii ut superius
 demonstratum est rei frumentarie consulentes strangulauerant. Itaq; da
 rius uicinis undiq; populis negocium dedit: ut feminas babylone represen
 tarent pro iniuncto quisq; numero. In summa igitur quinquaginta milia
 foeminarū conuenerunt ex quibus qui nunc sunt babylone originem duxe
 runt. Daru iudicio nemo persarū Zopyrum prestantia facti supergressus
 est. Neq; eorum qui posterius extiterunt preter unum cyrum: cui nullus
 unq; persarum se dignum: qui illi comparetur existimauit. Ferturq; dari
 hoc dictum sepe numero usurpasse preoptaturum se Zopyrum nihil esse
 cladis passum q̄ uiginti sibi babylones ultra ullam haberet acquiri. Eum
 tamen egregie remuneratus est cum dando quot annis quę apud persas sūt
 honorificentissima atq; alia per multa tum tradita babylone immuni quo
 ad uiueret in pecuniarem portionem. Huius Zopyri filius fuit megabyzus:
 qui dux exercitus extitit in egypto aduersus athenienses & socios. Atq; hu
 ius megabyzi filius Zopyrus ille: qui ad athenienses transfugit a persis:~



HERODOTI ALI CARNASE ILIBER
TERTIVS FINIT INCIPIT QVARTVS



OST BABYLONIS EXPVGNATI
onem Darius aduersus scythas fecit expediti
onem. Nam cum floreret uiris asia et magno
pecunie prouentu cupido incessit ei scythas
ulciscendi: quippe qui priores iniuriam tulisset
ingressi mediam et his qui occurrerant prelio
uictis. Etenim scythae quemadmodum superi
us a me dictum est duodeviginti annos supe
riori asiæ imperitauerunt. Siquidem perseque

tes gentem cyneriam ingressam asiam obrogarunt imperio medos: qui ante
ipsorum aduentum asiam obtinuerant. Scythas cum octo et uiginti annos
peregre abfuissent in patriam reuertentes excepit non minor quam medicus
fuerat labor. Offenderunt enim exiguum exercitum contra ipsos uenien
tem. Vxores namque eorum diuturna uirorum absentia ad seruos accesserat
uisu orbatos. Orbant autem scythae seruos omnes lactis gratia: quod potant
ita id facientes. Sufflatoria ossa fistulis sumillima sumuntur: eaque geni
talibus equarum imposita ore inflantur. Hoc alius facientibus alius equal
emungunt. Hoc ideo se facere aiunt: quod uene earum sufflate implentur
et mamme descendant. Postea cum emulseret lac in concaua uasa lignea dif
fundunt. His circumpositi ceci ac lac agitant. Cuius quod summum est de
libatur pretiosiusque habetur uilius autem quod subsedit. Huius rei gratia
scythae quencumque capiunt uisu orbant. Non enim agricultores sunt sed
pastores. Ex his igitur seruis ac mulieribus scytharum progenita est iuuen
tus: que suorum natalium conditione cognita obuiam perrexit iis qui re
uertebantur a medis. Et primum regionem intersepsit ducta lata fossa: que
a tauricis montibus pertingebat ad innotum paludem omnium maximam.
Deinde in his consistens scythas introire conantibus repugnabat sepe comissa
pugna cum nihil tamen scythae proficerent: quidam ex eis inquit. Quidna
rei faciemus uiri scythae cum nostris ipsorum seruis dimicantes: qui et cum inter
ficimur ipsi pauciores efficiamur et illos interficiendo paucioribus deinceps
imperabimus. Mihi uidetur hastis arcubusque omnis sumendum flagella quibus
equos uerberamus et ad illos propius eundum. Nam quod uident nos arma

De scythis et eorum regibus et
regione secundum cum grecorum
et eorum opinionem.

habentes arbitrantur se similes nobis atq; e similibus esse. Vbi nos pro armis uerba tenentes uiderint tunc se nostros seruos esse intelligentes atq; id agnoscentes non prestabunt. Hoc scythæ cum audissent ita sibi faciendum putauerunt: Qua ex re perculsi illi pugne immemores carpsērunt. Ita scythæ imperio sunt asq; potiti: et rursus a mediis eiecti ad terrā suam hunc in modum reuersi. Hac de causa in eos darius ulciscendi cupidus comparauit exercitum. Scythæ gentem suam omnium nouissimā esse aiunt: idq; hoc modo extitisse virum quendam in hac terra extitisse cum deserta esset primum fuisse nomine Targitauum et eius parentes: quod tamen mihi non probatur. Iouem borystēnis fluminis filiam Tali genere ortum aiunt. Targitauum eiusq; tres liberos fuisse Nitoxam, arposā et nouissimum calaxam. His regnantibus demissa celitus in scythicam regionem ex auro facta aratrum cum iugo securim phialam: Quæ cum primum omnium inspexisset natu maximus accessisse animo illam sumendi: sed eo accedente aurum arsisse. Hoc digresso secundum accessisse et itidem fecisse ambobus ab ardenti auro sumotis. Tertio loco minimus natu cum accederet aurum fuisse extinctum et ab illo fuisse portatum domum. Ea q; re maiores fratres animaduersa totum regnum ad minimum detulisse: et anitoxati quidem progenitos esse eos scythas: quorum genus auchatæ appellantur. Ab arposai uero qui mediū fuit eos qui catiari & trapii nominantur. A minimo autem natu reges qui palarate uocantur et omnibus esse nomen scolotis regis cognomen: sed greci scythas appellauere hunc in modum. Sex extitisse scythæ memorant et ex equo extiterunt a primo rege targitao usq; ad darii aduersus ipsos transitum annos omnino mille non amplius fuisse. Aurum uero illud sacrum in primis custodiri ab regibus placariq; maioribus hostiis et adiri quotannis solem. inter & qui aurum sacrum habet die festo domine sub dio et eum nunq; perannare: et ob id dari ipsi tantum soli quantum uno die uectus equo peragere potest. Et cum regio sit ingens calaxam constituisse trifariam filiis suis regnum: unum quidem quæ maxima portio est: ubi aurum asseruatur. Superiora autem ad uentum aquilonem uergentia ultra quam regionem nulli incolere possunt neq; transire neq; prospicere propter interfusas pennas: Pennis enim tum terrā tum aerem oppletum esse et has persepire uisum. Hæc scythæ de se ipsis pariter ac de regione superiore narrant. Sed greci qui pontum incolunt ad hunc modum herculem gerionis uaccas agentem in hanc terram per-

Targitauus

Nitoxa
Arposā
Calaxa.

uenisse : quę deserta esset : quam nūc scythę incolunt : Gerionem autē habitasse extra pontum in terra quam greci uocant insulam erithicam contra gades : quę sunt extra columnas in oceano . Oceanum uero ab ortu solis incipientem circūfluere terram uerbis quidem affirmant : sed re tamen non demonstrant . illinc herculem cum ad regionem : quę nunc scythica uocatur uenisset sustrata sibi pelle leonis obdormuisse . Deprehenderat enim eum uehemens pluuia & gelu : et dum dormit : interea e quas eius a curru pascentes diuina quadam sorte amotas non comparuisse eas expectatus cum indagaret omnem regionem collustrans tandem in terra quę dicitur bilara deuenisse . Ibiq; in antro quandam uirginem accipitis naturę humanę ac serpentine superne quidem femorū tenus foeminam : inferius autem uiperam . Eum conspicatum herculem atq; admiratum interrogasse nunciū suos equos errabundos uidisset : illamq; respondisse se quidem illos habere : sed non prius reddituram ei q̄ cum ipsa coisset . Herculem sub illa mercede cum femina concubuisse . Sed cum illa differret reddere equos cupida diutissime cum hercule concumbendi & hic cuperet receptis equis abire ad postremum illis redditis mulierem : has ego tibi equalis quę huc uenerant seruaui . Tu mihi harum seruatarū pretium p̄soluisti . Concepi enim ex te filios tres : qui ubi adoleuerint expone quid facere debeant : nunquid hic habere domicilium . Nam ipsa huius regionis imperium teneo : an ad te ueni . Hęc percontanti hercule respondisse posteaq; eos in uirilem etatem adoleuisse uideris si ita facies non delinques . Quem animaduertens eorum hunc arcum ita tendentem et hoc balteo ita p̄cinctum eum tum regionis huius incolam effice . Qui autem his opibus quę mando erit par eum hinc ablegabis . Hęc exequendo et ip̄a letaberis et p̄ceptis meis obtemperaueris . Atq; ita locutum herculem alterum arcum (duos enim gestabat : et balteum p̄mōstrasse : atq; utrunq; mulieri tradidisse arcum et balteum : qui balteus in cōmisura haberet auream phialam : et his donatis abiisse . Illam pueris natis nomen imposuisse uni agathyrsō sequenti gelono nouissimo scythę . Et cum in uirilem etatem adoleuerunt eandem mandatorum memorem illa peregrisse : et duos quidem filiorum agathyrsū et gelonū qui proposito certamini non suffecissent a matre ablegatos e regione excessisse : Scytham uero qui rem compleret ibidem remansisse : et ab hoc rege pro generatos deinceps reges scytharū eoq; ab illa phiala Scythas ad hanc usq; etatem phyalas in balteis ferre : et id solum scythę matrem excogitasse .

Agatharsus
Gelonus.
Scythia.

Hec greci qui habitant in ponto referunt. Fertur et alius sermo ita habens: cum ipse precipue assentior scythas pecuarios qui in asia incolunt cum a massa getis bello uexarentur arasse transmissis in cinerem abiisse. Nam regio quam nunc scythae incolunt ea fertur olim fuisse cummeriorum. Sed in uadentibus scythis cummerios cum deliberarent: ut qui a magno inuaderet exercitu in sententia discrepasse hinc reges inde plebem utraq; quidem ualida sed regum meliore. Nam populus sentiebat abstinendum bello nec oportere cum multis adire periculum. Reges autem pro regione cum inuasoribus dimicandum. Ita cum neutris alteri obtemperare uellent: et populares censerent sine prelio demigrandum tradita inuasoribus patria Reges sua potius patria occumbendum nec una cum plebe fugiendum reputantes quot bona habuissent et quot mala habituri essent euidentia patria profugit. Hec illis e diuerso sentientibus inter se utrosq; numero pares & omnes qui in utrisq; idibus concidissent fuisse a plebe cummeriorum sepultos ad flumen Tyrhem quorum adhuc sepulchrum extat his humanis ceteri e regione migrarunt: quam desertam superuenientes scythae occupauere. Extatq; adhuc in scythia tum muri cummerii tum praetoria cummeria tum loco cui dam nomen cummerobosphorus qui cummerius appellatur. Constat autem cummerios in asiam fugisse. Scythas qd cheronesum tradiderunt ubi nunc sinope greca urbs est. Apparet etiam scythas in persequendis mediam intrasse uia aberrantes. Nam cummerii quidem fugientes iter semper secundum mare tenebant. Scythae autem eos ad dextram caucasum habentes insequerentur ingressi mediam itinere in mediterranea conuerso. Alia quoq; fertur communis grecorum barbarorumq; narratio. Aristeus quidam praconesus uersificator calystrobu filius memorat se phoebo instinctum uenisse ad issedonas & supra hos incolere arimaspos uiros unoculos & item supra hos esse gryphas q aurum asseruent ac super esse hyperboreos idest super aquilonares ad mare pertingentes. Hos autem omnes praeter hyperboreos arimaspos auctoribus assidue finitimus bellum inferre. et ab arimaspis exterminari issedones: ab issedonibus scythas a scythis uexatos cummerios: qui ad australe mare incolabant regionem relinquere. Itaq; ne aristeus quidem cum scythis de ea regione consentit: qui unde fuerit qui haec retulit dictum est a me. Dicitur item quendam de eodem uiro in preconeso et cyzico audiuerim. Aristem aunt: qui nullo ciuitatis suae esset inferior genere ingressum in preconeso fullonicam officinam illic decessisse: fullonemq; occlusa officina abiisse denuntiaturum rem propinquus defuncti dissipatoq; iam per urbem

De Aristeo uersificatore
calystrobu filio.

rumore aristeum esse uita fundum superuenisse sermoni de hac re disputa-
tum quendam cyzicum atq. fuisse collocutum. Et cum id iste contendendo
asseueraret propinquos mortui ad fulloniam presto fuisse habentes quæ ad ef-
ferendos homines expediunt. Aperta domo aristeum nec uiuum apparuisse
nec mortuum: septimoq. deinde anno cum in preconeso apparuisset eos uer-
sus fecisse: qui nunc a grecis arimaspei uocantur: Quibus conditis rursus eua-
nuisse. Hæc iste ciuitates commemorant: Quod scio congruisse cum meta-
pontinis qui sunt in italia trecentis & quadraginta annis postq. iterum eua-
nuit aristeus quemadinodum coniciens et in preconesso et apud metaponti-
nos inueni. Metapontini aiunt aristeum cum apud ipsos apparuisset iussisse
aram apollinis extrui: quæ cognomen haberet aristei preconesi et iuxta eā
erigi statuam: qd. diceret apollinem ad eos solos ex italicis in ipsorum terrā
uenisse: illum se assentante & qui nunc aristeus esset cum deum assēdatur tunc
esse coruum et hæc locutum e conspectu abuisse quoq. aiunt. Metapontini
se delphos ad deum misisse sciscitatum quodnam esset hominis proloqui-
um: sibiq. iussisse pythiam ut dicto audientes essent. Melius enim cum
illis actum in: si parerent et hæc se adiuuantes perfecisse. Et nunc statua
extat nomine aristei iuxta aram ipsam apollinis in foro extructam cir-
cunstans utrinq. lauris. Hæc hæctenus de aristeo. Regionis autem de
qua dicere institueramus quenam sunt ulteriora nemo exploratum habet.
Neq. enim ego id ab aliquo audire potui: qui se diceret nosse: qd. ipse uidis-
set. Ac ne aristeus quidem ipse: cuius paulo ante feci mentionem in his qd.
fecit uersibus ait se ultra illedonas processisse: sed ulteriora fando esse sibi
cognita: qd. illedones diceret ista commemorare. Verum nos quoad longissi-
me rem inuestigare potuimus omnem referimus ab emporio Borysthenita-
rum hoc enim ex maritimis totius scythiæ est maxime medium primum in-
colunt callippide: qui sunt grecoscythæ idest e grecis facti scythæ. Super
hos aliud genus eorum qui uocantur halizones. Horum utriq. cum in cæ-
teris seruant ritum scytharum tum in serendo atq. uescendo cepe allio len-
te milio. Supra halizones incolunt scythæ aratores: qui non ad panem con-
ficiendum serunt triticum sed ad illud torrendum. Supra hos incolunt ne-
uri: quorum qui ad aquilonem uergit q̄tum nos nouimus uastus est. Atq.
hæc quidem nationes iuxta flumen hipanni colunt ad occidentalem partem
Borysthenis. Verum transmissa borysthene a mari in primum est hylta. Dehinc
habitant scythæ agricolæ: quos greci sub hypanæ incolunt borysthenitas appel-
lant: ipsi uero se olbiopolitas. Hi igitur agricultores scythæ colunt cum qui

Quæ gentes scythiā incolunt
Callippide

halizones

Scythæ aratores

Neuri

Scythæ agricolæ

Nomades

Melanchlemi

Sauromatae

Budini

Tyssagete

Lyrtæ

dem tractum: qui uergit ad auroram trium dierum itinere pertingentes ad flumen nomine panticapen. Eum uero qui ad uentum aquilonem undecim dierum nauigatione Borysthenem uersus, nam tractus qui ulterior est in multum sane spatii desertus est: ultra quam solitudinem androphagi habitant idest uirorum carne uescentes, separata natio ac nequaquam scythica. Supra hos uasta iam procul dubio omnia: nec ulla gens quantum nos scimus. At horum scytharum qui agricolæ sunt plagam quæ ad auroram uergit transmissio flumine panticape nomades idest pecuarii scythæ incolunt neque serentes quicquam neque arantes. Nuda arboribus est omnis plaga præter hyleam. Nomaces isti incolunt tractum quatuordecim dierum longitudinis auroram uersus ad Gæe usque flumen trans grecum sunt ea quæ uocantur regia & scythæ optimi pariter & plurimi et qui suo seruo esse ceteros scythas arbitrantur. A meridie quidem ad tauricam regionem pertingentes ab aurora uero ad fossam quam dixerunt illi: qui cecis genti fuerant et ad emporium paludis meotidis: quod uocant cremni idest prærupta. Quorum pars ad flumen thanaim porrigitur. Quæ superiora sunt ad uentum aquilonem Scytharum regionum ea incolunt Melanchlemi. Alia uero scythica gens supra melanchlenos paludes sunt & deserta hominibus regio quantum nos scimus. Trans flumen autem tanaim non est regio scythica sed prima laxiorum Sauromatarum: qui abscissa meotidos paludis incipientes tractum incolunt: qui spectant aquilonem itinere quindecim dierum uacuum prorsus arboribus tam agrestibus quam fructiferis.

Supra hos habitant (quæ secunda portio est) budini terram colentes totam omni genere arborum frequentem. Supra budinos ad aquilonem statim excipit solitudo octo dierum itineris. Post hac solitudinem declinando prius aduentum subsolanum incolunt Tyssagete natio copiosa et propria et e uenatu uidentantes. His contigui & in iisdem locis habitantes in quibus nomen inditum est lyrtæ & ipsi e uenatione uidentantes hunc in modum conscensibus arboribus: quæ per omnem frequentes sunt insidiantur. Singulis adest canis et item equus in uentrem cubare edoctus humilis subsidendi gratia.

Ubi quis ab arbore feram uiderit sagittamque percusserit conscenso equo illam prosequitur comitante cane. Super hos qua uergit ad auroram incolunt alii scythæ: qui ab regibus scythis deficientes ita in hunc locum peruenerunt. Ad hos usque scythas omnis regio campestris est et spissi soli. Reliqua hinc lapidosa atque sabrosa: cuius regionis magno transmissio spatio incolunt sub excelsorum montium radicibus, uel homines qui ab ipso nata-

li dicuntur esse calui mares pariter et foemine sinusq; naribus et ingē-
 ti mento proprio quodam oris sono scythicam gestantes uestem ex arbo-
 ribus uiditantes: cui generi arboris nomen est ponticum magnitudo fere
 eadem quę fico fructus fabę similis instarq; nucleum habens. Id ubi mite
 fuerit uestibus exprimunt & qđ ab eo crassum et nigrum defluit nomē a-
 chi: id aut lingunt aut cōmixtum potant. Ex ipsius quoq; crassitudinis fe-
 ce massas ad eum componunt. Neq; enim multum est eis pecorum: ut pote
 non studiosi rei pecuarie. Sub arbore quisq; cubat. Per hyemem quidem: u-
 bi arborem pileo albo firmoq; contexerit: per estatem uero sine hoc pileo.
 Hi si nemo mortalium iniuriam infert. Sacri enim dicuntur esse: nihilq; inar-
 chiorum armorum possident. Iidem finitumoz discordias dirimunt: ad
 quos quisquis confugit a nemine leditur. Nomen est eis orgenipei. Ad hos
 usq; caluos ingens quoquo uersus prospectus est regionis & gentium: quę
 in conspectu sunt. Non nulli enim ad eos accedunt: quos interrogant nō
 difficile est tum scytharum tum grecorum: qui sunt ex borystenis atq;
 ex aliis ponticis emporiis Scythę qui ad hos comineant per septem inter-
 pretes totidemq; linguas perueniunt. Horz tenus notitia reę habetur.
 Quod supra caluos est nemo pro comperto referre potest. Nam montes e-
 diti atq; pręrupti transitum incidunt: quos nemo transcendit. Isti tamē
 calui referunt: quę apud me fidem non habent: incolę montes ab hominib;
 capripedibus: quos ubi transieris esse alios: qui senos menses consopiantur: qđ
 ego in primis non admitto. Sed tractum illum: qui ad auroram caluis est ab
 issedonibus habitari sine ambiguitate compertum est. Ille uero superior: q
 uergit ad aquilonem tam issedonibus qđ caluis est ignotus: nisi quatenus
 isti ipsi dicunt issedones talibus moribus uti feruntur. Quotiens pater a-
 licui decessit: omnes eius propinqui pecora adducunt: quę ubi mactauerūt
 conciduntq; & mortuum patrem illius a quo conuiuium accipiunt: com-
 mixtisq; omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput tamen defuncti
 denudatum purgatumq; inaurant: eoq; pro simulacro utuntur agentes
 illi quotannis maiores hostias cerimoniasq;. Hęc filius patri facit quemad-
 modum greci natalitia. Dicuntur pręterea et isti iusti esse & ipsorum
 uxores pereęque fortes ac uiri. Hi et hi cognoscuntur. Quod supra hoc
 est: ubi aiunt issedones esse homines unoculos et grypes auri custodes.
 Hoc ab eis acceperunt scythę: a scythis nos ceteri accipientes uerum putam?
 ac scythice eos appellamus arimaspos. Nam arimascythę unum uocant spu-
 uero oculum. Omnis autem hęc quam dixi regio adeo infesta hyberna seui-

Orgenpei populi qui calui sūt.

Quibus moribus Issedones utūt.

De Arimaspis idest unoculis.

tia: ut octo mensibus tolerari non possit. Tale illic gelu est. Sicubi aquam effundas non facies ibi lutum. Facies autem si illic ignem accēderis. Ibide quoq; mare glaciatur et omnis cimmerius bosphorus: super quam glaciem omnes qui intra fossam incolunt scythę exercitus ducunt & plaustra agunt trans mare usq; ad indos. Ita uis hyberna octo mensibus perstat. Quatuor tamen mensibus reliquis frigora illic sunt. Vbi etiam aliam q̄ in ceteris regionibus conditionem habet hyems. Nam cum tempus pluendi nihil ibi quod sit ullius momenti pluit: estate pluere non cessat. Quin etiam tonitrua cum alibi tunc et ibi nulla existunt. Estas nubila est: hyeme si fiant tonitrua pro ostento habentur. Terremotus in scythia si existat seu estate seu hyeme tanq̄ prodigium admirantur. Eam uim hyemis equi perferunt. Muli asinūq; ne incipientem quidem ferunt: cum tamen alibi stantes in gelido equi labefiant. Asini uero ac muli durent. Et hec mihi uidetur enim esse causa cur omnino cornua bouino non succrescant astipulante sententię mee homeri carmine in odyssea: qđ ita habet Et libyan ubi sunt cornu protinus agni: qđ recte dicitur in locis calidis nature cornua existere. Nā uehementibus frigoribus aut non oriuntur statim pecoribus cornua: aut si oriuntur

In scythica itaq; hoc propter frigora contingit: quo magis miror. Ab initio enim oratio mea indagare instituit: cur in omni aleo agro muli nequeunt gigni: cum neq; sit frigidus: neq; ulla alia causa appareat. Aiunt eliensē ipsi imprecatione quadam id sibi contigisse. Cumq; tempus aduentat conceptus equarum se in loca finitima illas educere. Ibi postq̄ admiserint asinos dum eque conceperint: tunc rursus ea deducere. Ibi postq̄ admiserint asinos De pennis aut quibus aiunt scythę oppletum esse aerem: & iccirco non posse prospici longius continentem nec ulterius transiri hec est mea sententia: qđ ultra eam regionem assidue ningit: et ut credibile est minus estate q̄ hyeme. Nam ut cui libet eminus intuenti cadentem niuem copiosam liquet qđ dico nix pennis assimile est. Et propter hanc talem hyemem inhabitabilia sunt eius continentis loca ad aquilonem spectantia. Eoq; opinor pennas niuem esse interpretatos scythas ac circūuectas gentes ita loqui. Verum hec que referuntur longissime dicta sunt. De hyperboreis autem hominibus neq; scythę quippiam nec alii ulli illic incolentium memorant preter issedones: ne ipsi quidem ut mihi uidet̄ dicentes aliquid. Dicerent enim et scythę de hoc quemadmodum de unoculis dicunt: quanq̄ et ab hesiodo de hyperboreis mentio fit. Quin etiam ab homero in epigonis: si tamen homerul

De hyperboreis gentibus.

re uera fecit hos uersus. Sed multo plura de is deli memorant sacra alligata in triticea stipula ex hyperboreis delata uenisse ad scythas. A scythis deinceps finitimos accepisse: gradatimq; per singulos ad occasum usq; atq; illinc meridiem uersus dimissa a primis grecorum dodones esse accepta: et ab his descendisse ad meliensem sinum: perualisseq; in cuboiam ac oppidatum usq; ad carystrum & illinc reliquisse andrum. Carystros enim esse qui intenum portarint: tenios uero in delum. Atq; ita hec sacra in delum aiunt peruenisse. Sed primum hyperboreos misisse duas puellas: que ferret hec sacra: quas deli aiunt hyperocam & laodice. Et cum his tutelę gratia quinq; e suis popularibus: qui eas deducerent: nunc peripheres uocatos in delo: ubi magno honore habentur. Et cum isti ab hyperboreis missi: rursus nō redirent indigne ipsos hyperboreos tulisse: si eos quos assidue mitterent nō reciperent. Itam misisse qui confines suos sacra in stipula tritici ligata iuberetq; illos considerare mittere ad aliam nationem. Atq; ita hec gradatim missa aiunt deuenisse in delum. His ego sacris simile quiddam fieri animaduerti a feminis thracis atq; poenis: que in sacrificando regię dianę non sine stipula triticea hoc faciunt. Atq; hoc ipse uidi eas facientes. Ceterę is uirginibus hyperboreis uita fundis in delo parentant puellę delię ac pueri tondentes utriq; crinibus: quos puellę quidem fuso inuolutos supra monumentum illarum deponunt. Pueri autem ad quandam herbam implicantes et ipsi sepulchro proponunt. Est autem monumentum in artemesium ad sinistram intrantibus dea illic supere nata. Hoc honore ab incolis deli afficiuntur he uirginę. Aiunt iden argen et opim uirginę ex hyperboreis eorundem hominum etate in delum uenisse. Et tiam priores hyperocha et laodice: et has quidem uenisse ad reddendum lucine tributum pro partu maturando: qđ instituerant: Argen uero et opim una cum ipsis deis aduenisse: et honoribus aliis ante illas fuisse donatas. Ad eas enim congregari cetum mulierum: que hymnum canant olenicio conditum: In quo hymno nomina arges et opis nuncupantur. Deinde a deliis edoctos insulanos et iones cetis agere instituisse: et nominatum argen et opi decantare. Hic olen e licia profectus alios quoq; uetustos fecit hymnos: qui cantantur in delo: dum cinis qui supra sepulchrum est arges et opis dispergitur super infinitam egyptorum turbam: qui ad aram sunt. Est autem sepulchrum ear; post artemesium ad auroram spectans proxime eorum coenaculum. Hactenus de hyperboreis dictum sit. Nam de fabula abaris: qui fertur esse hyperboreus nihil dico: qui sagittam dicitur per uniuersam terram circūtulisse nihil comedens. Quod si qui sunt hyperborei i. superaquilona

nares. Erunt et alii hypernotii id est superaustiales. Nempe rideo cum multos uideo scripsisse ambitum terre habentes in exponendo sensum qui oceanum scribunt circūfluere terram tanq̃ tornofacta esset orbiculata: et asiam facientes europę parem. Nam ego singularum magnitudinē breui patefaciam: et sunt singule ad describendum. Vbi persę incolunt id ad australe protenditur mare: qđ dicitur rubrum. Super hos ad uentum aquilonem habitant medi. Super medos sapes colchi. Ad septentrionale pertingentes mare: in quos influit flumen phasis. Hę quatuor nationes a mari ad mare incolunt. Dehinc uestes uersus. Ab ea due ore terrarū ad mare protenduntur: quas ego exponam. Hinc quo ad aquilonē uergit ora una a phasi incipiens porrigitur in mare per pontum et hellespontum usq; ad sinum troicum: Qua uero ad austrum uergit eadem ora a sinu mariandico: qui phoenici adiacet tenditur secundum mare ad promontorium usq; triopium. Incolunt autem in ora hac hominum nationes triginta. Talis est una ora. Altera uero a persis incipiens porrigit ad rubrum mare: quod & persicum uocatur. Deinde gradatim assyria qđ inde arabica desinitq; in sinu arabico: etsi non desineret nisi ob id qđ darius e nilo riuos in illum sinum induxit persis ad phoenicem tractus amplius est ac multus. A phoenice hęc ora tendit secundum hoc mare per syriā et palestīnam et egyptum: in qua terminatur: intra quam tres sunt omīo nationes: atq; hę sunt: quę a persis occasum uersus in asia continentur. Quę supra persas sunt & medos & sapes et colchos auros uersus & solem orientem. hinc mari rubro alluuntur aquilonem uersus a mari caspio & flumine araxe: qui contra solem orientem fluit india tenus habitat asia illinc iam auroram uersus deserta sunt. nec qualia sint dicere quisq; potest. Et asia quidem talis ac tanta est. Aphrica autem ab altera ora est. Ab egypto enim iam excipitur. Hęc ora circa egyptum angusta est. Nam ab hoc mari ad rubrum intercapedinis est centum milium ulnarū: quę sunt mille stadia. Ab his deinceps angustius spatiosa sane ora excipit: quę aphrica dicitur. Itaq; admiror illos qui distēminarunt atq; distinxerūt aphricam asiam europam: inter quas non parum est differentię. Si quid europa longitudine quidem ceteras assequitur: latitudine uero non uidetur mihi comparari digna. Nam aphrica se ipsam monstrat circūfluam mari esse: excepto duntaxat ubi asię contermina est. Hero egyptiorum rege: quos nouimus primo in hoc demonstrando. Is postq; destitit a depri-menda fossa a nilo ad arabicum sinum misit nauibus quosdam phoenices

precipiens ut transuecti columnas herculeas penetraret ad septentrionale
 usq; mare atq; ita ad egyptum remearent. Phoenices igitur e rubro mari sol-
 uentes abierunt in mare australe: qui postq; autumnus aduenerat applici-
 tis ad terram nauibus sementem faciebant: ut assidue aphricam legerent
 ac messem expectabant: deinde mello frumento nauigabant. Ita biennio
 consumpto ad herculeas columnas anno tertio declinantes in egyptum re-
 mearunt referentes que apud me fidem non habent. Forte apud aliquem
 alium pretereuntes aphricam se habuisse solem ad dextram. Atq; hunc in
 modum aphrica primum est cognita. Secundo loco fuere carthaginenses:
 qui dicerent fuisse quendam epispem Theaspis filium uirum achemeni-
 dem: qui aphricam non pernauigauit: cum esset ad hoc ipsum missus. Sed
 cum nauigationis longitudine deterritus tum terre solitudine deterritus
 retro abiit non impleto labore quem ei mater iniunxerat. Et enim uitaue-
 rat filiam uirginem Zopyri filii megabizi: que ob causam a xerse rege suf-
 figendum cruci mater sua que fuerat darii soror liberauit: qd diceret se
 maius illi supplicium irrogaturam q rex pararet. Quippe necesse ei fore per-
 uagari omnem aphricam dum perueniret ad arabicum sinum. His annuen-
 te xerse, Seralpes in egyptum abiit sumptaq; illinc naue ac sociis nauiga-
 uit ad columnas herculis: quibus transmissis circuuectus aphrice promon-
 torium nomine soloen in meridiem cursum tenebat. Emensusq; permultum
 maris intra complures menses sed assidue pluri tempore opus esset conuer-
 so cursu in egyptum rediit. Et illinc ad regem xersem regressus aiebat se
 in prenauiganda remotissima ad quam ierint ora uidisse homines pusillos
 phoenicea utentes ueste: Qui quotiens ipsi terre nauim applicarent: ad
 montes se fuga proriperent relictis urbibus. Ipso autem illas ingresso nihil
 iniurie intulisse: Pecora tantum illinc excepisse. Qd autem totam aphricam
 non pernauigassent hanc causam afferebant: qd nauigium ulterius proce-
 dere non posset sed retineretur. Hunc xerses negans locutum uera: qd cer-
 tamen sibi propositum non exoluisset in crucem sustulit irrogata quam
 destinauerat poena. Huius sataspis eunuchus audita domini nece samum
 cum magna poecunia profugit: quam samius quidam interuertit. Eius
 nomen cum sciam: tamen uolens obliuiscor. Asiæ bona pars a dario inue-
 stigata est. Is cupidus cognoscendi: ubinam indus qui secundus omnium
 fluminum crocodillos prestat inape influat misit nauibus: cum alios qsdā
 quos uera renuntiaturus confidebat tum scilacem quendam carianem.
 I sti e castapyro urbe et e terra pactia soluente secundo flumine auroram

uersus atq[ue] solem orientem nauigantes in mare dehinc per ipsum mare trigesimo demum mense tenuerunt locum: unde rex egyptiorum eos phoenices quos antea dixi miserat ad aphricam pernauigandam. Post h[uius] pernauigationem Darius indos subegit et eo mari potitus est. Ita asiam preter eam que orientem solem spectat compertum est parem aphricę esse europam a nemine inuestigatum est neq[ue] ad orientem neq[ue] qua ad aquilonem uergit an mari claudatur longitudine tamen cognoscitur ad utranq[ue] accedere. Neq[ue] possum coniectura colligere unde fit: ut cum una sit terra trifaria sint ei nomina indita e mulier[um] cognominibus eiusq[ue] fines ponantur Nilus fluuius egyptiorum & phasis colchicus. Alii autem fines esse tanaim et meotidem fretumq[ue] cimmerium sed negant se auduisse nomina eorum: qui hoc distinxerunt et nomina imposuerunt. Iam enim libya quidem idest aphrica a plerisq[ue] grecorum fertur sortita nomen a lybia quadam muliere indigena Asia uero uxore promethei unde e sardibus familiam quandam esse uocatam asiadem. Europam autem neq[ue] an sit mari circūflua neq[ue] unde hoc nomen acceperit neq[ue] quis nominis auctor extiterit ab aliquo mortaliū compertum est nisi dicimus ab eum[er]pa tyria nomen accepisse regionem nec antea sicut ceteras nomen habuisse. Tamen illam ex asia fuisse constat neq[ue] in hanc com[m]easse terram que nunc a grecis uocatur europa sed e phoenice tantum in cretam et e creta in aphricam. Hęc hactenus de his dicta sunt. Nam que sentimus de his dicimus. Pontus euxinus in quem Darius fecit expeditionem nationes exhibet omnium imperitissimas scythica duntaxat excepta. Nullus enim nationes earum que sunt intra pontum aut aliquem uirum pro erudito habitum nouimus preter scythicam & acarnasim. Ingente scythica ex omib[us] humanis negociis unum maximum quantum nos scimus excogitatum est. Nam cetera non admiror: quibus maximum ab eis excogitatum idest ut neq[ue] quisq[ue] qui se ad eos contulerit aufugere neq[ue] ipsi capi possint aut inueniri quidem si nolint atq[ue] deprehendi. Siquidem mille sunt eis urbes nulla moenia extructa. Domum secum ferunt singuli equestresq[ue] sunt sagittarii non pane uictitantes sed ex pecoribus pro domibus plaustra habentes quidē umbelles futuri & ad dimicandum inhabiles. Hęc sunt ab eis inuenta tum opportunitate terre tum fluminum beneficio. Nam hec terra cum sit campestris sua sponte uliginosa est et humida: eamq[ue] interfluunt flumina non multo pauciora numero q[uam] in egypto fosse: quor[um] que sunt celeberrima & a mari nauigabilia ea recensebo.

Ister quinq; ostia habens, post hunc Tyres et hypanis et boristhenes et panticapes & hypatyris & gerris et Tanais istiorum fluunt. At ister omnium quos nouimus fluuiorum maximus semper sibi ipsi par tam estate q̄ hyeme fluit. Prunus omnium qui sunt in scythia ob id omnium maximus qd̄ alii in eum fluunt: qui ipsum ingentem reddunt. Per scythiam delapsi numero quinq; unus quem porata scythæ appellant greci pyreton alter tyranais tertius ararus quartus uapares quintus ordesus. Horum primo loco dictus fluuius magnus est ad auroram fluens cum istri aqua communicat. Minorem tyrancus ad hesperum magis uergens: inter quos ceteri fluentes orer ararus uaparis et ordesus in istrum infundantur. Hi sunt uertuli scythie annes qui illum augent: in quem etiam euoluunt ex agathirsis quidem fluens unus maris. Ex hemi uero iugis tres alii ingentes ad aquilonem uentum Athas litas & tibisis. Per thraciam uero & erobizos: Thraces a tyris noras & artanes: et ex peonias ac monte rhodope medium interscindens hemum sciis: quem ex illius in aquilonem tendens angrus planitiem triballiam interfluens bongrum intrat: bongrus ipse in istrum. Ita utrunq; per se magnum ister excipit. Preterea ex umbricorum regione carmis et alius ad uentum aquilonem alpis in istum exeunt. Omnem enim europam ister emetitur sumpto ex celtis initio: q̄ omnium in europa ad solis occasum extremi sunt. Post cyueta totamq; permensus europam ex transuerso ingreditur scythiam. His que dixi fluminibus & aliis multis aquas conferentibus ister fit omnium maximus. Qd̄ si alterius cum alterius comparatur profecto nilus copia aque antecellit: quod in eum nullus neq; fluuius neq; fons ingrediens ad incrementum aq̄ confert. Qd̄ autem ister sibi semper par fluit tam estate q̄ hyeme ob id fit ut mihi uideatur qd̄ hyeme est quantus est aliquantulo maior q̄ sua natura fert. Nam per hyemem paulum omnino in ea regione pluit. Sed ubi ningit estate uero nix que sub hyeme decidit permulta undiq; in istrum liquefacta delabitur. Cum implet nec ipsa solum sed cum ea imbres multi atq; uehementes. Quippe per estatem pluit: quo tempore quanto plus aque sol ad se attrahit q̄ hyeme: ita cum paria faciat ister datis aquis & acceptis fit ut semper uideatur sibi esse similis. Ex fluminibus ergo que apud scythas sunt unus est ister. Post hunc tyres qui ab aquilone means ortum trahit ex ingenti palude: que scythicam terram a nebride separat. Ad ostium huius incolunt greci: qui tyrete uocantur. Tertium flumen est hypanis ex scythia ueniens et ex magna palude profluens: circum quam pascuntur equi sil

De istro scythie flu.

Tyres flu.

hypanis flu.

Borysthenes flu.

Panticapes flu.

hypaciris flu.

Gerrus flu.

uestres candidi: recteq; uocatur hec palus mater hispanis. Ex hac igitur ortus hispanis fluit fere quinq; diez nauigatione angustus et adhuc dulcis sed mox quatuora mari diez nauigatione saneq; amarus propter amara qui in eum fluit fontem: adeo inq; amarum: ut cum sit exigua magnitudine tamen inficiat hypanum fluuium in paucis irriguum. Est autem hic fons in finibus regionis scytharum aratorum & balyzonum eodem nomine quo locus inde emanat scythica lingua exampeus idest sacre uis. Apud alyzonas contrahunt terminos suos Tyres et hypanis mox deinde in diuersum abeuntes mediam interapedinem laxant. Quartus fluuius est borysthenes secundum istum omnium maximus: et nostra sententia non modo scythicorum fluuiorum longe uberrimus sed etiam ceteris uberior preter egyptium nilum: cum quo non licet alium comparare. Borysthenes pascua prebens amenissima et accommodatissima pecoribus et nec non optimoz & singularium affatum piscium idem ad potandum suauissimus liquidus inter turbidos fluens: iuxta quem sementis optima & herba non satua etiam altissima. In cuius quotq; ostio ingens uis salis sua sponte concreuit. Prebet item ingentia cete ad saluram spinis carentia: que antacellos appellant. alia preterea prestat admiratione digna. Quadraginta diez nauigatione usq; ad locum nomine Gerum cognoscitur ab aquilone fluere. Superiora per que fluit nemo hominum eloqui potest. Apparet tamen fluere per solitudinem ad scythaz agricolantium plagam. Nam hi scythae decem diez nauigatione accollunt hoc flumen: cuius tantum ac nili fontes nec ipse possum nec ullu grecorum reor posse dicere. Idem cum ad mare adueniat hypanis cum eo miscetur eodem in loco mare irrumpens. Quod inter hos amnes in confluentem tendentes interapedinis est hypoleo promontorium uocatur: ubi delubrum cereris extructum est: vitra quod delubrum subhypani incolunt borysthenite. Hactenus que ab his fluuiis sunt. Post hos alius: qui quintus est nomine panticapes & ipse ab aquilone fluens atq; e palude inter quem & borysthenem incolunt scythae agricolatores. Idem in hyleam ingreditur qua transmissa borystheni immiscetur. Sextus est hypaciris: qui e palude manans mediosq; scythas pecuarios influens in mare euoluitur iuxta carcinitum oppidum ad dextram coercens hyleam et cursum qui dicitur achillis. Septimus est gerrus nomen a loco obtinens: qui a borysthenes dirimitur circa ea loca apud que borysthenes cognoscitur: cui loco nomen est gerro determinatq; regionem

scytharum pecuariorum ac regionum: et dum in mare fluit in hypa-
tyrum illabitur. Octauus est tanais: qui superius e uasta palude profluens
in aliam ne uastiores infundatur nomine meotum: quæ discludit regi-
os scythas a sarmatis. In hunc thanaim alius influit nomine burgis. Ita
scythæ annibus muniti sunt. Gramen quod in scythia germinat omni-
um quæ nos nouimus germinum aridissimum est: quod ita se habere
dissecti pecoribus licet discernere. Et ea quidem quæ maxima sunt ita
apud eos abundant. Cetera autem uulgaria sunt. Atque hunc in modum
res sunt eis institutæ. Deorum hos solos propitiantur: vestam ante omnes
deinde iouem ac tellurem existimantes. Tellurem iouis coniugem esse
post hos apollinem et celestem uenerem et herculem. hos cuncti scythæ
deos arbitrantur. Sed qui regii scythæ uocantur etiam neptuno sacrificant
appellantes vestam lingua sua labiti: iouem papeum mei sententia rectissi-
me: tellurem apiam apollinem cetosyrum: celestem uenerem argimpasam
neptunum thatumafam. Simulacra & aras etiam delubra facienda non
putant præterquam marti. Idem sacrificium prorsus apud omnia templa fieri
eodem modo est institutum: qui talis est. Victima ipsa primoribus impli-
cita pedibus sistitur: cuius a tergo stat imolator: amota in prunis infusa
pecudem ferit: eaque concidente deum inuocat: cui illam mactat. Deinde
circūdat laqueum collo: tum inexto baculo circumducit hostiamque strā-
gulat: non incenso igni non uotis nuncupatis non sumptis libamentis.
Sed ubi pecudem strangulauit: eique pellem detraxit ad cocturam se conuer-
tit. Neque cum scythica regio lignorum sit admodum inops: hoc ab illis
ad carnem coquendam excogitatum est. Vbi uictimam pelle denudarunt
denudant quoque ossa carnibus: dehinc illas in lebetes eius gentis leuius cra-
teribus assimilēs nisi quod sunt multo capaciōres inuiciunt: subiectisque
atque succensis ossibus hostiarum coquunt. Si autem non affuerit lebes car-
nes omnes hostiarum in alios illarum conuiciunt et cum aqua commiscet
atque ossa succendunt. Quibus pulcherrime ardentibus et aliis facile ca-
pientibus carnes ossibus separatas ita fit ut bos se ipse coquat: et item ce-
tera pecora imolata per semetipsum quoque elixum sit coctis carnibus is
qui imolauit earum atque intestinorum libamenta ante se porricit. Imo-
lat tum alia pecora tum præcipue equos. Et aliis quidem diis hunc in mo-
dum et alias pecudes imolant. Marti uero sic persicoritu apud quosque
extruitur templum. Sarmentorum fascēs aggeruntur trium in longum
latumque stadiorum minoris tamen sublimitatis. Desuper quadrata planti-
es

Thanais flu.

burgis flu.

Quos deos incolunt scythæ

Mos sacrificandi apud scythas

Cū scythia lignorum ualde
inops sit quid ad coque-
dum carnem excogitarint.

efficitur. Tria latera praecepta sunt : quartum acclive per quod ascendatur. Eo quot annis comportant centum quinquaginta plaustra sarmentorum. Nam semper propter celi tempestates illa marcescunt. Sub hoc aggestu ferreus acinacis qui singulis vetustus est aggeritur statuitur. Idque est martis simulacrum : cui annuas hostias offerunt tum aliorum pecorum tum equorum & plures huic acinaci quam ceteris aliis diis. Ex captivis centesimum quening imolant non eodem quo pecora modo sed diverso. Nam cum eorum capitibus vinum libauerint ipsos ad quoddam vas mactant : dehinc eisdem in congeriem sarmentorum sublati acinem cruore perfundunt. Hec quidem supra conferunt. Inferius autem ad templum illa faciunt. Virosque interemptorum omnes humeros dextros praecidunt : quos una cum manibus in aerein iaciunt. Quocumque derit manus ibi iacet & scorsum mortuus. Ceteris deinde solennibus confectis abeunt. Et sacrificia quidem haec ab eis sunt instituta. Sues pro nihilo putant : quos nec alere in sua regione volunt. Quae vero ad bellum attinent : hunc in modum sunt ab eis comparata. Quem primum virum ceperit vir scythae eius sanguinem potat. Quoscumque in prelio interemit eorum capita regi offert. Nam capite ablato fit praedae quancumque coeperint particeps alioquin expertus. Caput hoc modo praecidit. In orbem illud amputat circa atres verticeque sumpto abit. Deinde minutatum costa bouis cum manibus coquit : pellem eius emolitam pro mantili possidet : eaque ex habenis equi sui appensa gloriatur : qualia mantilia ut quisque plura habet ita vir iudicatur praestantissimus. Sunt quoque multi qui coria haec humana tanquam brutorum consuant : quibus pro amiculis induantur. Multi etiam caesorum hostium manus dextras excoquant eisque opercula pharetrarum integunt. Est autem inter omnia coria humani fere & crassum maxime & candore splendidum. Multi totos homines excoquantos & super ligna extensos super equos circumferunt. Hec ab illis in morem sunt recepta non tamen de omnium sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt : ut illud quisque in terra supercilia recisum prorsus exenteret et crudo tantum bouis corio exterius inducat bouino corio : verum interius inaret : & sic utroque pro corio utatur. Idem agunt de familiaribus si inter eos discordiae extiterint dum apud regem victoria sint potiti. Hec capita hospitibus qui ad eos veniunt viri alicuius estimationi exhibent : referuntque illos cum essent domestica & ad pugnam lacessissent ab ipsis esse superatos id strenuitatis loco ponentes. Semel quotannis singuli regionum principes miscent vinum cratberi : de quo scythae omnes hostium homicide bibunt. Nemo gustat qui nihil preclari operis operis ediderit. Sed sine honore scors

Quo in rebus bellicis se
scythae gerant.

sum sedet : quæ res apud eos maxime est ignominie. Qui uero complures cedes fecerunt u duobus pariter quos habent calicibus potant. Apud eosdem permulti sunt uaticinatores qui compluribus uirgis salignis diuinantur. Ad hunc modum grandes uirgarum fascēs cum attulerunt humi positas dissoluūt.

Ac separatim ponentes illarum singulas uaticinantur atq; dicendo uice uersa uirgasprehendunt & rursus sigillatim componunt. Hec est illis a maioribus tradita diuination. Sed Harees qui sunt androgini aiunt sibi a uenere traditam diuinationem tilie fronde uaticinantes. Tiliam ubi quis trifariam sciderit digitis suam eam implicando ac resoluendo tractat atq; hunc in modum uaticinantur. Horum tres maxime probatos accersit rex quotiens egrotat : cui isti fere semper dicunt aut illum ciuem nominant aut hominem de quo loquuntur peierasse iuramentum per regium solum. Est autem scythis mos plerumq; iurandi per regium solum cum maximum uolunt interponere iusiurandum. Protinusq; is quem dixerunt peierasse adductus coarguitur scientia diuinandi tanq; comptus falso deierasse per regium solum et ob id regem egrotare. sed inficias it & negat se peierasse atq; rem grauer fert rex duplum uaticinorum accersit : qui inspecta diuinandi ratione si et ipsi hominem periuri conuincerent sine mora caput excidunt eusq; facultates inter se partiuntur primi uaticini.

Sin uero illi superuenerint uaticini hominem absoluerint. Alii atq; alii presto sunt : quorum si plures absoluerint decernitur primis illis uaticinis esse peritū dum eosq; hunc in modum necant. Plaustrum concameratum ubi sarmentis refferunt bobusq; iunxerunt uaticinos pedibus implicatis & manibus post tergum reuinctis atq; ore obstructo extendunt in medium sarmentorum : incensiq; sarmentis territando agitant boues. Quorum bouum multi cum uaticinis cremantur multi ambusti utiq; cremato plaustrum remone aufugunt. Hoc quem dixi modo uaticinos comburunt etiam ob alias causas appellantq; pseudomantias idest falso uaticinos. Sed quos morte rex affecit eorum ne liberos quidem relinquit sed uniuersos mares interficit foeminas nihil lesas. Fœdera cum quibuscunq; ineunt scythæ hoc modo ineunt. Infuso in grandem calicem fidelem uino cominiscunt eorum sanguinem qui ferunt fœdus percutientes cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis deinde in calice tingunt acinacem sagittas securum. Hec ubi fecerunt sese multis uerbis deuouent : postea uinum epotant non modo u qui fœdus fecerunt sed etiā comites u qui sunt maxime dignitatis. Regum sepulchra sunt apud gerros : ubi borysthenes iam nauigabilis est. Ibi cum rex eorum decessit ingentem scrobem defodiunt forma quadrata. Hoc ubi prepararunt acci-

De uaticinatoribus scythicis
et de modo uaticinandi.

Quo fœdera ineunt scythæ.

De regum scytharum sepulchris et quo eos sepeliunt.

piunt mortuum corpore ni creato alio euulsa atq; expurgata quam
 silere confuso atq; thymiamate. Apudq; semine et annensi cum expleue-
 runt resumunt rursus impositumq; plaustris cadaver ad aliam gentem
 ferunt qui excipiunt et eadem agunt: quæ regi scythæ aurem decidunt
 crinem circumtendent brachia circuncidunt frontem nasum consanci-
 ant sinistram manum sagittis traiciunt. Postmodum regis cadaver
 carpento ferunt ad aliam gentem cui imperitant: quæ ipsos comitat
 ad eos: unde primus uenerat. Vbi mortuum circumferentes lustrauerunt
 singulas gentes quibus imperauit apud eos deponunt: qui in extremis
 habitant & in sepulchris: Quem postq; super torum in loculo uiderunt
 hastis hinc atq; hinc defixis desuper ligna disponunt deinde pallio con-
 tegunt. In reliqua loculi spatiositate aliquam eius pellicum strangulata
 sepeliunt. Et enim qui uina miscebat et coquum & equi agasonem & mi-
 nistrum et qui erant a nuntiis, Necnon equos & aliarum rerum omnium
 primitias quin etiam phialas aureas. Nam argenteum uel æreum nihil
 in usu habebant. His actis humum certatim atq; auide iniiciunt cupi-
 entes tumulum q̄ maximum efficere. Circūacto anno rursus hoc agunt.
 e famulis regis intimos sumunt. Sunt autem famuli regum ingenui scy-
 thæ et quos ipse rex iusserit. Nam nullus uenalius ei ministrat. Horum
 ministroꝝ quinquaginta tum strangulauerunt ac totidem præstantis-
 simos equos eductis intestinis expurgatos paleis implent ac consuunt.
 Et ubi dimidium formicis super duo ligna resupinatum statuerunt alte-
 rumq; dimidium super altera duo ligna et ita alia multa huiusmodi
 defixerunt. Tum super ea equos imponunt crassis tignis in longum ad
 ceruicem usq; traiectionis ita ut priores fornices sustineant armos equorum
 posteriores uero iuxta foemora suscipiant uteros utrisq; cruribus superne
 pendentibus equos infrenant eorumq; habenas ad palos extensas alligant.
 Dehinc super eorum singulos quinquaginta iuuenum strangulatorum hūc
 in modum unicuiq; eorum rectum stipitem transfigunt per spinam ad cerui-
 cem usq; Qd̄ inferius stipitis extat ultimum infigunt tigno illi in quo
 equus traiectionis est. His equitibus sepulchro circumpositis abeunt. hunc
 in modum reges sepeliunt. Alios autem scythas cum decesserunt proximi
 quicq; in plaustris collocatos ad amicos circumferunt eorum singuli amico-
 rum excipientes epulum cadaver comitantibus præbent tam propinq̄
 mortui q̄ ceteris. Ad hunc modum quadraginta diebus priuati homines
 circūaguntur dehinc humanantur tali tamen ratione prius purgati.

Ritus funerum apud scythas.

Vbi caput exinanuerunt ablueruntq; circa corpus ita agunt. Tria ligna statuunt inutuo inclinata. Circa hæc præcedunt lancea pilea q; maxime possunt circûspectantes et in scapham in medio lignorum pileorumq; positam lapides coniciunt ex igne perspicuos. Nasitur præterea apud illos cannabis lino similima præter q; crassitudine ac magnitudine sed q; nostra est multo præstantior uel sua sponte nascens uel sata: ex qua thra ces uestimenta conficiunt lineis simillima: quæ nisi quis admodum terat linea sint an cannabacea non queat dignoscere. Et qui non uiderit cāna bem existimet lineum esse uestimentum. Huius cannabis sumptum semen scythæ sub pileis occulunt. Supra lapides igitur perspicuos unde fit thyamiana tantum reddens uaporem quantum apud grecos nullum tu ribulum reddit. hoc odore stupentes scythæ eiulant qd apud ipsos loco lauacri est. Neq; enim lauant omnino corpus sed uxores eorum infun dentes aquam corpora ad lapidem aliquem scabrum conterunt cypresso et cedro et turis ligno. Deinde perfrictum corpus cum intumuerit illud faciemq; medicamentis obliniunt. Id eas simul bene olentes facit simul postero die medicamentis amotis mundas ac splendidas. Externis hi ritibus uti magnopere cauent ne mutuo quidem inter se sed grecorum præcipue utiq; posteaq; deprehenderunt anacharsim et deinde iterum selen. Siquidem anacharsis cum multū orbis terrarū contemplatus esset et multum in sapientia profecisset eam ad morem scytharum pertulit.

I s dum in hellespōtum nauigans tenuisset cyzicum uouit matri deorum. Offendit enim cyzecenōs eius diem festum magnifico sane apparatu ce lebrantes si saluus sospesq; domum reuertisset sacrificaturum se eodem ritu: quo cyzenos sacrificantes uidisset et per uigiliam noctis instituturum.

C um abiisset in scythiam uenit ad locum qui dicitur Hylea iuxta achillis cursum sita ubiq; omnifariis arboribus referta. In hac astrudens se anachar sis omnem festi cærimoniam deæ persoluit tympanum tenens exutisq; si mulacris. Hæc cum agentem quidam scythæ animaduertens indicium de tulit Sauleo regi. Rex cum et ipse contulisset eo et anacharsen ea faci entem inspexisset excussa sagitta necauit. Et nunc si quis de anacharsi interrogaret scythæ negant se nouisse hominem ob id qd in grecia pere grinatus est externosq; sit mores sectatus. Licet ut ego accepi tutor fuerit tymnis filii spargapithis patriusq; lanthyrsi scytharum regis filius Gnuri nepos lyri pronepos spargapithis. Itaq; si ex hac familia extitit anachar sis constat eum fuisse interemptum. Indanthyrus fuit filius saulei. Sau

cannabis

Qd externis ritibus scythæ non utuntur et quas poenas irrogant iis qui externos ritus asciscunt.

De anacharside scythæ & eius morte.

De scyle scytharum rege
et qua de causa occisus ē.

leus autem qui anarsum interemunt : quanq̃ et aliud quiddam peloponnē
ses referentes audiui Anacharsum ab rege scytharū missum græcicū factum es
se discipulum. Et cum rursus redisset dixisse ad eum qui se miserat cunctos
græcos occupatos in omni sapientia Lacedemonius exceptis : qui soli rationē
haberent dandi & accipiendi prudenter. Verū hæc narratio aliter ab ipsis græ
cis delusa est. Hic igitur uir quemadmodum antea dictum est mortem op
petuit. Et ipse quidem egit propter extremos ritus et græcorum consuetudi
nem. Multis sane annis interiectis similia passus est scylis aripythis filius.
Etenim aripythes scytharū rex cum alios multos filios tum scylem sustulit i
sthemā haud quāq̃ indigena : quæ filium græcam linguam litterasq̃ edocuit.
Interiecto deinde tempore Aripyte per dolum occiso a spargapite agatyrforū
rege Scyles regnum suscepit et uxorem patris nomine opeam. Erat autem o
pea hæc ciuis : ex qua erat aripythæ filius oricus scyli regnum scytharū obtine
ti. Scythicus tamen uiuendi mos nihil prorsus cordi erat : sed græcus in quo
fuerat imbutus a puero. Ideoq̃ multo magis ad hunc exercendū se conuerte
bat : utiq̃ cum ad urbem boryniscarum scythicum ducebat exercitum. Bory
sthenitæ autem se a mylesiis aiunt esse oriundos. Ad hos quotiens scyles ue
niebat relicto in suburbanis exercitu ipse muros ingressus portas obseruabat
depositaq̃ scythica stola græcum sumebat uestimentum et eo indutus per fo
rum spatiabatur nullo neq̃ satellitum neq̃ populi comitatu appositis qui
portam custodirent : nequis scytharū cerneret eum gestantem eiusmodi sto
lam. Et cum ceteris græcorum institutis utebatur tum in faciendis deorū
sacris. Et cum id tempus menstruum aut amplius triuerat abscedebat in
duta sibi scythica stola. Id sepe numero faciebat extructis sibi edibus illis
et uxore illinc accepta. Sed cum foret ei male euenturum ex hac occasio
ne male euenit. Affectanti ei ad Dionysium bacchanalem initiari ac ho
stiam initiationis iam iam sumpturo in manus oblatum est ugens osten
tum. Erant ei in urbe borysthenitarum circum edes suas : quarum paulo an
habuit mentionem magnas atq̃ magnificas e lapide candido spingēs & gry
pēs stantes. In has edes deus fulmen iaculatus est : totq̃ deflagrauerunt.
Scyles nihilominus initiationem peragit. Et enim uero scythæ græci probro
dant bacchanandi consuetudinem negantes se esse credibile deum inue
nisse : quo homines ad demetiam redigantur. Postea q̃ bacchanalibus sacris
initatus est Scyles quidam borysthenitarum scythis iudicium detulit in
quiens uos quidem scythæ nos iridetis quod bacchanalia agamus : qd̃q̃ nos
occupet. At nunc demon hic uestrum quoq̃ regem occupauit. Nam baccha

nalia exercet adco in dementiam actus. Quod si mihi fidem non habetis
 sequimini me rem uobis ostensurum. Primores scytharum hominem secuti sunt:
 quos borysthenita ille deductos clanculum in turri collocauit. Vbi affuit scy-
 les cum thyaso idest cum choro illo bacchabundus. Scythæ eo conspecto rem
 ingentis calamitatis esse duxerunt: digressiq; ea que uiderant omni exerci-
 tui indicauerunt. Posthæc ubi ad lares suos rediit scyles defecerunt ab eo scy-
 thæ delecto fratre eius octamasade ex filia teris genito. Scyles cognito quid
 deficeret et quamob causam profugit in thraciam. Id cum audisset octama-
 sades cum exercitu aduersus thraciam intendit: Cui ad Istrum progressio thra-
 ces occurrerunt. Et cum conflicturi erant Sitalces ad octamasadem misit cau-
 duceatorem cum his mandatis. Quid est opus inter nos tentare fortunam?
 Tu quidem sororis meæ es filius. Sed habes germanum meum: quem si mihi red-
 dideris ego uicissim tradam tibi scylem. Itaq; neq; tu neq; ego periclitabor
 exercitu. Erat autem apud octomasadem frater sitalcis ab eo profugus. Hæc
 a sitalce oblata conditione octamasades accepit: redditoq; sitalci fratre
 eodemq; auunculo suo Scylem recepit fratrem. Et sitalces accepto fratre re-
 duxit exercitum. Octamasades autem eodem die caput scyle dempsit a
 deo sua instituta scythæ obseruant & his qui externos ritus asciscunt tales
 irrogant poenas. Multitudinem scytharum non potui exacte indagare
 cum de huiusmodi uariare ferentes audiam. Quippe & permultos illos &
 rursus paucos esse utiq; scythas. Quantum autem sub aspectum meum ue-
 nit est inter borysthenem & hypanum flumina locus nomine exampeos:
 cuius et aliquanto ante habuimus mentionem: cum dicebam fontem in
 eo esse qui amare hypanum in quem influit impotabilem reddentis.
 Hoc in loco iacet aenum sextes tantum q̄ crater qui est in ostio ponti a Pau-
 samia cleombroti filio deducatus. Quod si quis non inspexit hunc ei in mo-
 dum declarabo. Sexcentarum est amphorarum facile capax crassitudi-
 ne digitorum sex: id autem indigene ex aculeis sagittarum esse factum
 Regem esse nomine ariantam: cum numerum scytharum inire uellet iussisse sin-
 gulos scythas conferre singulos sagittarum aculeos: proposita ei qui non
 ferre acerba poena. Ita magnam uim collocatam esse aculeorum: ut ex
 us aliquod confectum opus placuisse ei pro munimento relinquere atq; in-
 fecisse id aenum et in hoc exampeo dedicasse. Hoc de multitudine scytha-
 rum audiebam. Hæc regio miracula nulla habet preter flumina tum mul-
 to maxima tum numero plurima. Si quid tamen preter flumina et ma-
 gnitudinem campi exhibetur admiratione dignum id dicetur. Vestigii

Expediitio Darii regis persarum
contra Scythas.

De Ponti & bosphori & helles-
ponti situ.

herculis ostendunt petre impressum virili uestigio simile bicubitali
magnitudine iuxta fluvium tyrem. Et hoc ita se habet. Redeo ad eam
quam initio institueram orationem. Dario aduersus Scythas exercitum
comparanti demissis nuntiis ad imperandum aliis ut peditatum aliis
ut classem aliis ut bosphorum thraicium iungerent, Artabanus hita-
spis filius Darii frater illum ullo pacto Scythis inferre bellum cominemo-
rans Scytharum inopiam utilia suadens. Cum tamen non persuaderet illi
desistit a suadendo. Darius ubi omnia in expedito fuere copias eduxit
ex urbe Susis. Ibi cum Oebazus quidam persa cui tres filii erant omnes
in militiam euntes obsecrabat ut unum sibi ex illis relinqueret: cui da-
rius tanquam amico et modesta obsecranti respondit se omnes eius liberos
relicturum. Eo responso Oebazus quidam persa letabatur sperans liberos
suos missionem habere militie. At ille preposito filiis Oebazi obtruncati
illuc sunt relictis. Darius Susis mouens peruenit ad bosphorum calchedonis
ubi mons iungebatur. Illinc conscensa naui transmisit in insulas nomine
exaneas: quas greci prius errabundas aiunt sedens in templo subiciebat
oculis pontum rem spectaculo dignam. Nam inter omnia maria est ma-
xime admirabile: cum longitudo est undecim ac centum stadiorum: la-
titudine qua latissimum est trium milium ducentorum. Huius latitudinis
est quatuor stadiorum: longitudo oris quod est collum: que bospho-
rus dicitur ubi pons connectebatur circiter centum uiginti stadia ad
propontidem usque pertingens. Propontidis autem quingentorum stadiorum
est. Latitudinis mille et quadringentorum longitudinis influens in helles-
pontum. Ipse hellesponti ubi angustissimus est stadiis septem qua-
draginta longis intrans pelagi uastitatem: quod egeum uocatur. Hec
autem ita dimensa sunt nauis fere inerat omnino septuaginta milia
passuum longo die nocte uero sexaginta. Itaque a faucibus ponti ad pha-
sim hoc est ponti longissimum nouem diebus est nauigatio & octo no-
ctium: que fiunt mille centum ac decem passuum hoc est stadiorum
undecim milia ac centum. E Scythica autem ad thesmicyruum: qui
est super fluvium thermodontem. Hic namque ponti latissimum est.
trium diebus duabusque nocturnis est nauigatio: que fiunt passuum tre-
centa ac tria milia stadiorum uero tria milia ac trecenta. Hunc igitur
in modum pontus & bosphorus & hellespontus a me dimensa sunt &
secundum ea que dixi situm habent: Qui etiam pontus hic paludem
habet influentem in se non multo quam ipse est minorem: que meotis

appellatur & mater ponti. Darius ubi pontem contemplatus est renau-
gavit ad pontem: cuius architectus extitit mandocles samius. Contemplatus
item bosphorum duos super eum cippos erexit candido litteris incisus unū
quidem assyriis alterum uero grecis omnes gentes quas secum ducebat. Du-
cebat autem omnes quibus imperabat continentibus numero sexaginta mil-
lium hominum cum equitatu præter classem: quæ constabat ex nauibus sexcentis.
Hi postea cippis bizantii in urbem suam translatis usi sunt ad aram dianæ
erectæ præter unum lapidem: qui iuxta bacchi delubrum in eadem urbe re-
lictus est. Litteris assyriis oppletus Bosphori locus: quem rex darius pontem
comisit coniectanti mihi uidetur medius inter bizantium & templum quod
supra facies est. Post hæc Darius ponte sublicio delectatus. Eius mandoclem
pictis animalibus commissionem bosphori & regem darium in edito solio se-
dentem ac suas copias traducentem effinxit. Eamque picturam templo iunonis
dedicauit cum hac inscriptione. Qui rate piscosum coniunxit bosphoron
implens Darei regis uota iubentis opus. At iuuenis mandocles hæc monumē-
ta dicauit. Esset honor samius unde corona sibi. Hæc igitur monumenta
extiterunt eius qui pontem compegit. Quem ubi remuneratus est darius
transiit in europam iussis ionibus nauigare in pontum usque ad histrum.
At ubi eo peruenissent se illic prætolari fluiuium pontes iungentes. Ducebat
enim classem iones et eoles et belleponti. Hi præuecti cyaneas recta ad istrum
nauigarunt. Subuectique duorum dierum itinere a mari ad fauces fluminis u-
bi in diuortia scinditur illud ponte iungunt. Darius transmissio per rate
bosphoro faciebat per thraciam iter. Et cum ad fontes teari amnis peruentum
est triduo hic habuit statua. Tearis fertur ab accolis omnium amnium
esse optimus cum ad alios morbos tum ad scabiem curandam uel hominum
uel equorum. Eius fontes duodequadrageinta sunt ex eadem petra manantes
partim frigidi partim calidi. Ad hos tantundem uis est et apollonia quæ
est in ponto euxino duorum dierum utraq. Fluit autem Theaurus hic in flu-
men contadestum: contadestus in agrianem: agrianes in ebrum: Ebrus in
mare iuxta aenum. Ad igitur amnem cum peruenisset darius castraque po-
suisset oblectatus amne cippum erexit his litteris inscriptum. Thearis amnis
capita optimam aquam atque pulcherrimam cunctorum amnium continet:
et ad ea peruenit exercitum ducens aduersus scythas uir optimus atque pul-
cherrimus cunctorum hominum Darius histaspis filius persarum cun-
ctæ continentis rex. Hæc sunt illic inscripta. Darius hinc mouens uenit
ad alium amnem nomine ariciam: qui per odryses fluit: Quo ubi peruenit

Tearis thracis flu.

Qd Darius getas subegit.

De Salmoxi uiro Geta.

ita agendum sibi putauit. Ostenso loco copis suis iussit illic singulos quosq. pretereuntes ponere singulos lapides: Idq. cum omnis exercitus fecisset grandes acerui lapidum effecti sunt. Quibus relictis Darius illinc mouit. Sed priusq. ad istum perueniret primos subegit getas: qui immortales agunt. Nam thraces qui salmydesum: quiq. supra apolloniam & melambriam urbem incolunt et qui scyrmiade & hyspei uocantur sine pugna sese Dario dediderunt. Gethe uero per imperitiam resistentes in seruitutem redacti sunt: cum sint fortissimi thracum atq. iustissimi. Immortalem autem agunt hoc modo quod se mori non putant: sed eum qui defunctus est meare ad salmosum demonem: quem non nulli eorum opinantur eundem esse beleizem. Ad hunc mittunt assidue cum naui quinq. remigum nuntium quempiam ex se ipsis sorte delectum precipientes ea quibus semper indigent: eumq. ita mittunt. Quibusdam eorum datur ut tria iacula teneant alius ut comprehensis eius qui ad salmoxum mittitur manibus pedibusq. agitantibus in sublime iactent ad iacula: Qui si impresentiarum extinguuntur propitium sibi deum arbitrantur. Sin minus ipsum nuntium insimulant asseuerantes malum illum esse uirum. Hoc insimulato alium mittunt dantes adhuc uiuenti mandata. Idem thraces dum tonant fulguratq. in celum sagittas excutunt deo minitantes qd nullu alium deum esse preter suum esse arbitrantur. Verum ut ego a grecis accepi bellespontum ac pontum incolentibus Salmoxis hic homo fuit Samiq. seruitutem seruauit Pythagore innesarchi filio illinc nactus libertatem cum multum pecunie comparasset in patriam rediit: qui cum animaduerneret thraces male uiuere et inscite ipse edoctus ionicum uiuendi genus & mores q. thracum liberaliores: ut qui conuersatus esset cum grecis cumq. pythagora non infirmissimo inter grecos sophista. Domicilium extruxit: in quod primos quosq. popularium in conuiuuium accipiebat & inter conuiuandum docebat neq. se neq. suos conuiuas neq. eos qui ex illis qui assidue gigneretur interire: Sed eum in locum ire: ubi superstitel semper omnium bonorum compotes essent. Dum ea que cominerata sunt agit atq. dicit interim subterraneum edificium struit: Quo prorsus absoluto et thracum conspectu se subducit. descendens in illud subterraneum edificium: ubi circiter triennium degit desiderantibus eum thracibus ac deflentibus tanq. mortuum. Quarto anno se eisdem in conspectum dedit. atq. ita credibilia sunt effecta que illis exposuerat. Hec salmoxim auiunt fecisse: cuius de subterraneo edificio neq. ualde credo neq. non credo. Sed multis eum ante pytha-

goram

goram annis extitisse: qui siue homo fuit siue demon getharum in digena est. valeat. Gethæ hoc ritu utentes ubi sunt a persis subacti ceteræ sunt exercitum secuti. Darius ubi ad istrum peruenit et una pedestres copię cunctiq; flumen transiuerunt tunc uero iussit ionēs postq; ratem soluissent sequi se pedestri itinere cum nauticis copus. Qui cum ratem soluturi essent et imperata facturi Coes pexandri filius mytilenorum prefectus ita apud Darium uerba fecit. Sciscitatus antea nunquid ei gratum foret audire sententiam dicere uolentis. Cum aduersus eam terram rex facias expeditionem in qua fertur nihil arari nullas urbes coli: finito nunc pontem hoc loci stare relictis ad eius tutelam custodibus istis his qui eum compegerunt per quem siue ex sententia rem geremus Scythias inuentis siue illos inuenire nequibimus tutus nobis sit reditus. Neq; enim uereor ne prelio commisso a scythias uertamur in fugam sed potius eis non inuentis aliquid patiamur erratici. At esse credat me quisq; ipsius causa hæc dicere ut hac subsistam. Ego uero qd in tuam rem esse sentio rex id in medium profero. Ipse te sequi uolo neq; hic relinqui. Delectatus admodum illo consilio darus Hospes lesbæ fac omnino sospes cum domum rediero presto mihi sis ut ob egregium consilium egregius factis remunerer. Hæc locutus ubi sexaginta nodis lorum inmodauit accitis in colloquium tyrans ita locutus est. Viri ionēs quam prius habueram de ponte sententiam eam missam facio: vos sumpto hoc loro ita uelut agatis Quo ex tempore uidebitis me raptissime iter intendentem in scythias ex eo tempore incipientes soluere singulis diebus singulos nodos intra quod tempus in affuero sed dies nodorum exierunt uela facite in patriam uestram. Interea quoniam consilium mutauit agite custodiam ratis omne studium illi et conseruande et tuende adhibeatis: Qd facientes maiorem in modum mihi gratificabimini. Hæc locutus Darius promouit exercitum. Thracia tellus in mare tendens scythice protenditur: qua sinum faciente scythia excipit: & illic istæ mare subit ostio in uentum eorum conuerso. Quod autem ab isto soli scythici secundum mare est id metiendo indicare aggrediar. Ab isto hæc iam uetus scythia est ad meridiem et uentum austrum posita usq; ad urbem carnitidem. Eiusdem deinceps qd ad idem mare fert montuosæ regionis et in pontum porrectæ incolit gens taurica chersonese tenus nomine trechea idest aspera. Hoc ad mare pertingit: qd ad uentum subsolanum uergit. Sunt autem finium scythiæ partes due ferentes ad maria una ad meridianum altera ad orientale: quemadmodum attice regionis atq; sumi —

finis scythiæ.

lium: Qd̄ sic partem scythiæ tauri incolunt: ut si attice iugum sumacu
 alia gens non atheniensis incoletet: qd̄ a tribu toyca usq; ad anaplystam
 magis in pontum porrigit promontorium. Talis est ut parua cum magnis
 componam: taurica regio. Qui autem non hanc attice p̄uēctus huic
 alio modo planum faciam: ut si lapigie non lapipes sed alia gens impe
 rant eam diuisa terra a brundisio usq; Tarentum & promontorium inco
 leret. Cum hæc duo dico multa alia similia dico: quibus taurica gens est
 comparanda. A gente taurica deinceps scythæ supra supra tauros et orien
 tale uersus mare incolunt: quæ bosphori cummerii sunt ad uesperum uer
 gentia & quæ paludis meotidos Tanaitenus: qui influit in huius paludis
 secessum. Itaq; ab istro iam quæ superiora sunt ferentia in mediterranea
 discludunt scythiam ab agatyrhis deinde a neuris deinde ab androph
 agis postremo a melandenis. Itaq; scythæ ueluti forme quadratæ due par
 tes quæ mare pertingunt altera ad mediterranea fert altera maritima
 usq; quaq; sunt pares. Nam ab istro ad borysthenem ad meotidem palu
 dem. A mari mediterranea uersus usq; ad melandenos uiginti dierum iter.
 S upputant aut̄ a me in singulos dies itineris ducena stadia. Ita transuer
 sa scythæ erant quatuor milia stadiorum recta quæ ad mediterranea ferunt
 totidem stadiorum. Tante est hæc terra magnitudinis. Scythæ inter se
 collocuti cum soli impares essent copiis darii prelio impellendis nuntios
 ad finitimos misere. Eorum reges ubi conuenere consultabant ut sit
 ingenti exercitu inuadente. Erant autem qui conuenerant reges tauro
 rum & agatyrhis et neruorum & androphagorum et gelonorum & budi
 norum et sauromatarum: e quibus tauri huiusmodi moribus utuntur. Virgi
 ni taurifragos imolant: et quoscunq; grecos illuc delatos hoc modo.
 P ostq; preces peregerunt hominis caput claua feriunt: Truncum eius
 quidam aiunt perturbari e rupe. Nam in rupe prærupta templum
 eorum est situm: caput cruci affigitur. Quidam suffigendo consentiunt:
 sed truncum e præcipitio deiici negant sed humo contegi. Demone
 cui imolant ipsi tauri aiunt esse hyphigeniam agamemnonis filiam.
 I n hostes quos ceperint hoc agunt. Amputatum quisq; caput hostis do
 mum reportant: idq; ingenti fusti suffixum admodum sublime supra
 tecta statuit: & plerunq; supra fumarium. Ideo in sublimi locantes
 qd̄ dicant eos totius domus esse custodes. Vivunt autem e rapto et ex
 bello. Atq; agatyrhis excultissimi uiri sunt et aurum plerunq; gestantes.
 I n commune cum mulieribus coeunt: ut inter se germani sint ac do

Qui reges in auxiliū scytharū
 contra darium fuerunt.

Tauri populi quibus morib.
 utuntur.

De Agatyrhis & eorum morib.

mestici omnes nihil neq. liuoris neq. odii mutuo exercentes cetera ad thra-
cum consuetudinem accedentes. Neuri scythici utuntur moribus: qui
una ante Darii expeditionem etate coacti fuere solum uertere propter
serpentes. Nam serpentum cum magna uis ex ipsorum solo edita: tamen
maior superne e locis desertis ingruerat: quibus usq. infestati sunt: ut
relieto suo loco cum budinis habitauerint. Idem periculum faciunt sese
homines esse maleficos: qd dicuntur a scythiis et ab iis qui in scythia
incolunt grecis semel quotannis singulos ad aliquot dies effici lupi &
rursus in pristinum redire: qd tamen dicentes mihi non persuadent. Ni-
hilominus ipsi aiunt ita esse ac deierant. Androphagi agrestissimos oum
hominum mores habent non iudiciis non legibus utentes pecuariam exer-
centes uestem scythice similem gestantes propriam linguam habentes. Man-
daceni induimenta omnes nigra gerunt: unde et cognomentum habent:
qui soli ex his humana carne uescuntur institutis scythicis utentes. Bu-
dini ingens natio atq. numerosa uebementer caesi oculis omnis ac rufa: qz
urbis nomine gelonus e materia constructa est: muro alto ex materia toto.
Eius singula latera tricenoꝝ stadioꝝ sunt magnitudinis. Edes quoq. tum
priuate tum sacre e materia. Nam uisuntur ibi grecorum deoꝝ templa
grecanice extructa simulacris aris delubris ligneis. Libero triaterica i
triannalia agunt & bacchanalia exercent. Quippe geloni quondam gre-
ci fuere: sed semoti ex temporis inter budinos habitauerunt lingua parti
greca partim scythica utentes. Budini a gelonis et lingua & uictu sunt
dispari. Nam cum indigene sint pecuarie operam dant: soliq. eius regio
nis pedunculos edunt. Geloni agriculture operam dantes frumento uicti-
tant: & ortos possident: nihil illis neq. aspectu neq. colore simile.
B. udini a grecis geloni uocantur uocantibus non recte. Hoꝝ regio omis
est arboribus frequens. Et ubiq. plurimum consita ubi est lacus inges
& multus & palus ac multum cura harundinis: ex quo lacu lutrie ca-
piunt & castores & alie fere forma oris quadrata: quoꝝ pelles ad re-
nones faciendos consumuntur et testiculi ad curanda posteriora sunt
utiles. De Sauromatis ita memoratur: qd nomen potest transferri ue-
ridice. Ior enim uirum uocant: pata autem occidere. Feruntur post ui-
ctoriam prelii ad Thermodontem facti abuisse portantes tribus in ma-
nibus quascunq. potuere ex amazonibus capere: quibus ille in pelago
insidiare cunctos trucidauere. Sed cum naues haberent incognitas
nec gubernaculo nec uelis aut remis uti scirent interfectis ferebant

De Neuris eorūq. morib. et
qd quotannis singuli ad a-
liquot dies lupi efficiuntur:
& rursus in pristinam formā
redeunt.

De androphagis et eorū
morib.

De mandacenis & eorū mo-
rib.

De Budinis & eorū morib.

De Gelonis & eorū morib.
et qd non recte budini a
grecis geloni uocantur. nā
non uidem sunt.

De Sauromatis: qui cū
amazonibus pugnaueſt.

De Amazonib.

secundum tempestatem ac uentum: delateq. sunt ad meotidis paludis
 praeputia: quae scytharum liberorum telluris sunt. Ibi e nauibus egressae
 amazones ad loca habitata iter habentes quam primum nocte sunt e-
 quorum poliam diripiunt: conscenduntq. et obequitantes e scythis
 praedas agunt. Scythae quid rei esset conuicere nequibant: cum neque
 stem neque uocem neque gentem agnoscerent: admirabundi unde ueniret
 rati cunctos esse uiros eiusdem etatis. Sed commissa cum eis pugna po-
 titi cadaueribus illarum ita deinum nouerunt foeminas esse. Itaq. con-
 silio habito uisum est eis nullo pacto posthac quamprimum illarum esse
 occidendam: sed ex se qui maxime iuuenes essent ad eas mittendum eo-
 dem numero: quo illas esse coniectabant: qui sua prope earum castra habe-
 rent: ut eadem quae illae facerent: si inuaderentur: pugnarent: neu subter-
 fugerent: ubi subsisterent illae et ipsi castra ponerent. Hoc scythae iccirco
 decreuerunt: quod prolem ex ipsis suscipere cupiebant. Adolescentes qui
 missi sunt mandata peregerunt: Quos ubi amazones intellexerunt: ne
 utiq. ad se ledendas uenisse: ualere sinebant. Quotidie tamen castra castris
 admovebantur: ne ipsi quidem adolescentes aliquid habebant: quemad-
 modum amazones praeter arma et equos et eandem quam illae uitam uiue-
 bant uenando atq. praedando. Circa meridiem amazones solebant aut sin-
 gulae aut separatim aut binae ab reliquis ad uentrem leuandum longius
 uagari. Ea re scythae cognita & ipsi item faciunt: quorum cuidam una
 illarum: quae soliuaga erat propinqua cum fuisset: non se auertit: sed de-
 loquendo deliberat nec appellare poterat eum: quo cum esset prius con-
 gressa: tamen manu significauit: ut ad eundem locum postridie ueniret
 adducto secum altero: ut duo essent: se quoque alteram adducturam. Di-
 gressus ab ea adolescens hoc enarrat ceteris: posteroq. die socium secu-
 ducens ad locum presto fuit ac repperit amazonem expectantem so-
 ciam. Eius rei certiores facti reliqui adolescentes et ipsi seducunt cete-
 ras. Post haec commixtis castris communiter habitabant: eam quisque
 uxorem: cum qua primum coierat habentes. Earum uocem cum ipsi di-
 scere non possent ipsorum illae discabant. Et cum utrique inter se conue-
 nissent: uiri ad amazones ita dixerunt. Nobis parentes sunt pariter
 & facultates. Proinde non agamus diutius hanc uitam. Sed hinc di-
 gressi in hominum frequentia degamus: ubi nos habebimus uxores
 nequaquam alias. Ad haec ita responderunt. Nos uero non possumus uestris
 cum foeminis habitare: quibus non idem qui nobis sunt mores. Nos

enim arcu tela excutimus et iaculamur & equitamus muliebria opera
 indocte vestre foemine nihil eorum: que recensuimus sed opera mali-
 ebria factitant desidentes in plaustris non ad uenationem neq. ad alia
 huiusmodi prodeunt. Proinde non possumus illis esse similes. Qd si
 uobis cordi est habere nos coniuges et uiros uos uideri esse iustissimos
 ite ad parentes uestros et facultatum sortiti partem rursus redite. Ita se-
 mote ab illis habitabimus. Id approbantes ita fecere adolescentes acce-
 ptaq. facultatum: que ipsos contingebat portione rursus ad amazones
 redierunt. Ad quos ille duplex inquit metus nos tenet in his locis ha-
 bitandi: vnus qd uos parentibus uestris priuauimus: alter qd terram ma-
 gnopere uestram uastauimus. Sed quoniam dignamini nos habere uxo-
 res: hoc una nobiscum agatis. Agedum proficiscamur e regione hac &
 tanai transmisso illic habitemus. Huic quoq. rei adolescentes obtinpe-
 rauere. Traiectoq. tanai et a tanai trium diez. uersus orientem: totidemq.
 a meotide palude ad aquilonem itinere confecto peruenerunt ad eum lo-
 cum: quem nunc incolunt: ibiq. subsederunt. Ideo prisca consuetudine
 uiuendi foemine saurमतारु utunt. Venatum una cum uiris ac sine
 uiris eunt. equis insidentes atq. adeo in prelium eandem quam uiri feren-
 tes stolum. Sauramate putantur lingua scythica soloecizare idest corrupte
 uti: qd eam ab initio non probe didicere amazones. Quod ad coniugia
 pertinet ita ab eis institutum est. Nulla uirgo nubat prius q. aliquem ho-
 stium interemerit. Ideoq. nonnullae illarum decedunt iam uetule ante q. nu-
 bant: qd legi satisfacere nequeant. Ad harum igitur quas dixi gentium
 coactos reges nuntii scythaz cum uenissent certiores eos fecerunt: persam u-
 bi omnia: que sunt in ulteriore continente in suam ditionem redegit fau-
 cibus bosphori ponte iunctis in citiorem traecisse continentem: subactisq.
 illic tracibus fluuium istrum iunxisse animo hec omnia in suam redigen-
 di potestatem. Proinde uero inquit nolite ullo pacto de medio cedere
 sinentes nos ad perniciem deuenire: sed idem sentientes obuiam uadamus
 inuadenti: quod nisi facitis nos in ultimum discrimen adducti aut regione
 deseremus aut manentes deditionem faciemus. Quid enim cladem subeam?
 nolentibus uobis auxilio esse: quanq. non commodius agetur uobiscum
 aduersus quos non minus uenit persa q. aduersus nos: neq. nos subegisse co-
 tentus a uobis abstinebit: cuius rei magnum hoc accipite documentum:
 quod si nobis solis infetret ille bellum animo superioris seruitutis ulciscē-
 de: debebat a ceteris omnibus abstinere et sic in nostram tendere regione.

Soloecizare

ostendens omnibus se aduersum nos non aduersum alios ire. At nunc
 ubi primum traiecit in hanc continentem: ut quisq; sibi occurrit pacat.
 Ceteros ueluti traces et nobis confines getas suo subiectos imperio habet.
 Hæc cum scythæ denuntiassent: hi qui e nationibus uenerant reges delibe-
 rabant: sed discordes erant sententiæ. Nam gelonus quidem et bu-
 dinus et sauromata concordi animo receperunt se scythis auxilio futuros.
 Agatyrus autem et androphagus & taurorum melanchlenorumq; reges
 ita scythis responderunt. Si uos iniuria inferendo ac lacecendo bello pri-
 ores non fuissetis: recte uideremini precari quæ precamini: et nos uestris
 precibus morem gerentes: idem quod uos ageremus. Nunc sine nobis illo-
 rum terram ingressi: uos imperitastis persis: quod deus uobis indulsit.
 Et illi quandoquidem eos idem deus excitat: uicem uobis reddunt. At nos
 neq; tunc quicq; intulimus iniuriæ his uiris: neq; nunc quicq; conabimur pri-
 ores inferre. Quod hic nostram regionem inuasit: et prior iniuriam fece-
 rit nos haudquaquæ tolerabimus. Id donec cernamus apud nosmet ipsos ma-
 nebimus. Neq; enim in nos uenire perse uidentur: sed in eos qui fuerunt au-
 ctore inuiriæ. Scitæ ubi hæc relata audiuerunt statuerunt nullam sibi pu-
 gnā rectā atq; ex aperto conferendam: quando ipsi ad societatem non ac-
 cedebant. Itaq; digressi clam ac longius progressi puteos quos ipsi effode-
 rant ac fontem obstruunt: bifariamq; diuisi herbam e regione atterunt.
 et ad unam e partibus ubi regnabat scopasis iubent sauromatas pergere
 qui subducerent: si eo persa declinaret: fugientes recta ad flumen tanayz
 secundum meotidem paludem uidem abscedentem inuadendo persequen-
 rentur. Hæc erat una pars regni ordinata. Ad hanc uiam quemadmodū
 dictum est reliquarum duarum unam cui imperabat rex idantyrus quæ
 magna est et tertiam in qua regnabat Taxacis in unum coeuntes accede-
 ribus gelonis atq; budinis iubent hos una die pregressos exercitum persarū
 seducere hostem lacecendo et ea quæ decreuissent exequendo. Et ante
 omnia exercitum seducere in agros illorum: qui societatem ipsorum abnu-
 issent: ut eos si minus uolentes bellum aduersus persas susciperent certe
 inuictos redderent istis hostes deinde in suam deflectere et tentare si qd
 eis tentandum esse uideatur ac libeat. Hæc ubi decreuere scythæ copias
 darii ex occulto occurrebant prestantissimis equitum precursoribus missis.
 Carros autem in quibus eorum filii uxoresq; degunt omnes una cum peco-
 ribus præter qd ad uictum sibi suppetentibus premiserant dato suis manda-
 to: ut semper aquilonem uersus tenderent. Hoc cum preparassent scythæ

eorum emissarii postq̃ compererunt persas ab istro trium fere dieꝝ et ante se unius diei itinere abesse positos castris gemina terre uastabant. **P**erse ubi scytharum equitatus non in conspectum se dedit cum insequi maturant a uia sese semper subducentem. Et cum ad unam partium uentum est auroram uersus & tanaym scythis tendentibus et insequentibus persis. Scythę tanaym traiciunt. Eo & perse traiecto illos insequuntur: donec peragrata sauromatum plaga peruenerunt in budinorum. Q̃dū perse fuerunt in scythica ac sauromatide regione nihil ei detrimenti inferre potuerunt utpote uastę. Vbi uero budinucam ingressi sunt: ubi nadi lignea moenia ab uclinis obserata & omnibus uacua incenderunt. His actis ipso itinere ire porro tendunt: dum eam regionem peruagati in uastam solitudinem deueniunt. Hęc solitudo a nemine hominum colitur: posita super budinorum regione septem dierum itineris magnitudine ultra q̃ Thyssagete incolunt: a quibus quatuor ingentes amnes per meoteos fluunt & in paludem nomine meotum se insinuant: quibus hęc sūt indita nomina Lycus oraui Tanais. Syrges. Darius ut ad solitudinem puenit cursu emissio copias super fluuium oraum locauit. Post hęc octo urbes easq̃ ingentes condidit pari inter se spatio distantes sexagenorum fere stadiorum: quarum ad meam usq̃ memoriam adhuc ruine extabāt.

Dum in his Darius occupatur scythę quos ille insequabatur circuitis locis superioribus reuerterunt in scythiam. Quibus e conspectu omnino sumotis nec se amplius exhibentibus ita Darius urbibus illis relictis dimidia-
tis conuertit iter ad occasum fugere. Proinde cum exercitu maturans ire in scythiam eo deuenit: ubi in duas scytharū incidit partes. Hos nactus insequabatur unius diei spatio nunq̃ intermitentes subterfugientes. Subterfugebant autem de industria in terram eorum qui societatem ipsorū respuerant et primum in melandenoꝝ: quos cum perturbassent tam perse q̃ scythę eorum terrarum ingressi Scythę in loca androphagorum persas deducunt perturbatis etiam androphagis hostem in neuride deducunt.

Neuris quoq̃ consternatis tendunt subterfugiendo ire in agathyrsos. Agathyrsi cernentes fugari finitimos a scythis ac perturbatos priusq̃ a scythis ager ipsorum inuaderet misso caduceatore scythis ingressum suorum finium prohibent. Predicentes si conarentur inuadere agrum suum cum eis primum se prelium cōmissuros. Hęc interminati agathyrsi in fines procur-
runt animo arctendi ingredi uolentes. At melanchlemi et androphagi & neu-
ri inuadentibus persis una cum scythis neq̃ uitium neq̃ minarum memore

Legatio Darii ad Idanthyrsum
scytharū regem : ut ad se ueni-
ret terramq; & aquā afferret.

Responsio regis Idanthyrsi
ad darium.

sed timore percussi fugam capesserunt aquilonem uersus ac solitudinem.
Scythæ partim ad agathyrsos iam non recusantes societatem se conferebant
partim e neuride regione in suam per fas præibant. Id cum diu facitaret
neq; desisteretur Darius ad idanthyrsum scytharū regem misso equite
uiroz demonie idest beate quid assidue fugam cum liceat tibi horū facere
alterutrum : si tibi uideris idoneus ad obistendum negociis meis siste cur-
sum ac perstans mecum fac prelium. Sin agnoscis te imparē sic quoq;
siste cursum et hero tuo munera afferens terram atq; aquam in colloquiū
ueni. Ad hæc scytharum rex idanthyrsus ita respondit. Sic res meæ se ha-
bent o persa : ut neq; ullum mortaliū ego metuens antea fugerim neq;
nunc fugiam te neq; quicq; faciam diuersum nunc atq; in pace facere cō-
sueueram. Quod autem non protinus tecum in eo prelium huius rei te cer-
tiores faciam. Nobis neq; oppida sunt neq; agri culti : quorū uel amitten-
dorū uel uastandorum metu properemus uobiscum conferere pugnam :
ad quam si opus est continuo deuenire sunt paterna nobis sepulchra : quæ
agedum ubi inueneritis tentate labefactare et tunc intelligetis pugnatu-
ri uobiscum sumus pro sepulchris necne. Prius autem nisi nos ratio traxe-
rit tecum prelium non conferemus. Hæc adtenus quod ad pacem pertinet
dictum sit. Quod autem ad extera ego solum mihi heros arbitror iouem
progenitorem meum et solum scytharum regnum. Tibi autem pro terra
et aqua quæ dono poscis mittam qualia decet ad te uenire dona : pro eo qd
herum te meū esse dixisti iubeo te flere. Hoc a scythis responsum est : qd
caduceator reuersus Darionuntiauit. Scytharū rex audito nomine serui-
tutis indignatione profusi pacem illam : quæ cum sauromatis ordinata e-
rat : cui præerat scopasis mittunt ad colloquendum cum ionibus : qui istrū
ponte uidtum asseruabant. Ac persæ non amplius sibi uagandum esse statue-
runt : ut hostibus qui ipsorum comineatum cupiebant insidias tenderent
distributis qui aduersus ereptores frumentariæ rei iussa exequerentur. Eni-
uero equitatus scytharum semper in fugam uertebat equitatum persarum.
Sed equites persarum fugientes inuiciendo inuiciendo in peditatum ab eo de-
fensabantur. Ita scythæ summoto equitatu hostili tamen metu peditum abse-
debant : et nihilominus noctibus quoq; incursiones faciebant : aduersus
quos quid darianis auxilio fuerit referam res in primis admirabilis asi-
norū uox ac mulorū species. Nam ut superius a me demonstratum est nul-
lus in terra scythica neq; asinus neq; mulus gignitur ac ne nullus quide-
uisitur omnino in ea regione propter frigora. Itaq; rudentes asini pertur-

bant scytharum equos. Et cum scythæ sepe numero persas adorirentur eorum equi exaudita asinorum uoce consternati auertebantur arreptis auribus stupefacti utpote insolentia tum uocis quam prius non audisset tum forme quam nunq̃ inspexissent. At quidem paulum quiddam momenti ad bellum ferebat. Ceteræ scythæ ubi persas animaduenterunt tumultuantes quo diutius in scythia illi cominorarentur et cominorantes ad omnium necessariarum rerū inopiam redigerentur faciendum sibi ita putarunt ut pecoribus suis una cum pastoribus relictis ipsi in alium ascenderent locum perse illuc se conferentes excipiebant pecora. Quo facto cum sepius idem tentarent ad ultimum darius inopia rerū laborauit. Id reges scytharum intelligentes mittunt ad eum cum muneribus caduceatorem aue mure & rana et quinque sagittis. Perse cum qui munera ferebat percontabatur quid illa significarent. Iste negare sibi aliud esse mandatum ne si cum illa tradidisset celerrime rediret iubere tamen ipsos persas si solertes forent interpretari quid sibi dona uellent. Hoc cum audissent perse consultabant. Et darii quidem sententia erat se ipsos ei donare et terram atq; aquam hac ratione coniectans: qđ mus quidem in terra gignatur & eodem fructu quo homines uidetur rana autem in aquis nascatur. aui uo equo sit assimilis sagittis dandis: qđ se ipsos tradere uideant. In hanc sententiam darius dona interpretabatur. At Gobrius unus e septem: qui magos sustulerunt hoc dicere dona coniectabat. O perse nisi effecti ut aues subuoletis in celum aut ut mures subeat is terram aut ranae insiliatis in paludes non remeabitis unde uenistis his sagittis confecti. Et perse quidem interpretabant munera. At una pars scytharū: cui datum antea erat negocium meotidis paludis custodiendę tunc autem cum ionibus qui ad istruum erant colloquendi ubi ad pontem uenit ita uerba fecit. Viri iones libertatem uobis afferentes uenimus: si modo nos exaudire uolueritis. Accepisse enim darium uobis precepisse: ut ad sexaginta duntaxat dies custodiam pontis ageritis. Et nisi intra id tempus ipse non afforet domum abiretis.
 1 itaq; si id feceritis et apud illum et apud nos culpam deuitaueritis. Proinde cum prestatutam diem permanseritis iam licet abscedatis. Hęc se facturos recipientibus ionibus: scythæ raptim retro abiire: ac ceteri scythæ postmissa darii dona cum peditatu atq; equitatu aduersus persas in acie struduri steterunt tanq̃ confliduri. Interea lepus in medium prosiluit: quē ut quisq; uidit insequabantur. Perturbatis scythis ac uociferantibus sciscitabatur darius: unde hostium tumultus existeret. Et cum audisset illos

Quę munera scytharū
 reges Dario miserunt
 aue mure & ranam.
 & quinque sagittas.

Consilium Darii de reuertendo
in persiam.

Fuga darii a scythia.

leporem insectari: inquit ad eos persas cum quibus colloqui consueuerat
Hi uiri uidentur mihi magno nos habere contemptui. Et nunc Gobrius
recte dixisse de scythicis donis: Quomagis cum mihi quoque ipsi res ita ha-
bere uideantur bono consilio est opus: ut tutus nobis eo unde uenimus
sit receptus. Ad hec Gobries Equidem o rex inquit horum ego uiros ino-
piam mihi fere fama habere cognitam. Sed ubi adueni euidentius intelle-
xi animaduertens eos nos habere ludibrio. Proinde mihi uidetur cum
primum nos aduenerit incensis de more ignibus et aliis que consueuerunt
fieri actis umbellissimis quibusque militum ad hostem fallendum relictis asi-
nisque omnibus alligatis abeundum priusque ad istrum recta pergant scythae
ad pontem soluendum aut ionibus soluere libeat: quod nobis factu facile
erit. Hoc Gobries consilium dabat: cui assensit darius ubi nox affuit
reliquit in castris uiros languore praeditos et eos quorum amissio minimi
facienda esset nec non omnes asinos alligatos asinos quidem ut uocem ede-
rent infirmos autem homines hoc titulo: ut dum ipse cum flore copi-
arum adoriretur hostem ista interea castra tutarentur. Hec persuades
his qui reliquebantur Darius accensis ignibus celerrime ad istrum co-
tendit. Asini quod multitudo destituti essent eo magis rudere. Quos
audientes scythae credere omnino persas in eisdem permanere castris.
Verum ubi illuxit illi qui relictis erant cognito se proditos esse dario ma-
nus extendere ad scythas et que contigerant referre. His illi auditis
repente contractis duabus scytharum partibus & una sauromatarum
budinisque ac gelonis persas ad istrum uia persequuntur utpote plerisque
pedites et itinera nescientes ea praesertim que diuortia habent equites
et compendia uiarum scientes. Sed cum utrique ab alteris aberrarent
multo priores ad pontem scythae peruenerunt quam perse. Ibi cognito se pre-
uertisse persas ita ad ionas qui in nauibz erant uerba fecerunt. Viri
ionas cum dierum numerus iam pertransierit inuiri estis qui adhuc
permaneatis. Sed quoniam haecenus timore mansistis nunc soluite quod
celerrime traiecitum: atque abite sospites liberi que diis pariter & scythis gra-
tiam habentes. Nam cum qui dominus uester erat ita tractauimus: ut
aduersus nullos mortalium sit facturum expeditionem. De hac re consul-
tantibus ionibus milciadis quidem atheniensium ducis et chersonensium
qui sunt in hellesponto tyranni sententia erat scythis obtemperandum
esse et ioniam seruitute liberandam. At istri milesii diuersa quod diceret
nunc quidem eos suae quaque urbis tyrannos esse ob darium potentia ue-

ro daru sublata neq; se milesius neq; alium quempiam usq; preesse posse.
 Fore enim ut singule ciuitates popularem statum q̄ tyrannicum mallent.
 Hanc sententiam cum dixisset histieus omnes confestim qui milciadi as-
 sensi fuerant in eam transierunt. Fuere autem qui disceptauerunt alicui-
 duntaxat apud regem reputationis uel estimationis hellespontioꝝ quid
 tyranni Daphnis abydenus & hippoclus lampiacenus & herophantus pa-
 rienus & metrodorus preconelius & aristagoras cyzicenus et ariston bi-
 zantius et isti quidem ex hellesponto: Ab ionia aut stradis chiis & eaceis
 samius & laodomus phocensis et Istrus mylesius: cuius sententia prelata
 est sententie Milciade. Eorum uero unus affuit: qui esset auctoritatis A-
 ristagoras cymeus. Hi posteaq; isti probauere sententiam hoc sibi agen-
 dum dicendumq; censuerunt: ut pontem quidem ab ulteriore ripa cathe-
 nis soluerent ut ex sagitte iactum essent ne nihil facere uiderentur: cu-
 tamen nihil facerent neue scythę uim asferre tentarent et istrum ponte
 transire: sed soluentes ilinc pontem quasi omnia ad uotum scytharum fa-
 cerent hoc sententie Istri addendum decreuissent. Ita pro uniuersis ad
 scythas uerba fecit. Viri scythę iucundam nobis rem attulistis & opportu-
 nistis: atq; ut uos nobis probe uiam ostenditis ita nos uobis obsequen-
 ter obtemperabimus. Ut enim cernitis traiectionem rescindimus adhibitori
 omnem diligentiam cupiditate assequende libertatis. Ceterę dum nos hæc
 dissoluimus: interea uos illos inquirere tempus admonet et inuentos ta-
 uestro q̄ nostro nomine ita ulcisci ut merentur. Scythę ionibus iteꝝ fide
 habentes tanq̄ uera elocuti ad inquirendos persas reuerterunt: atq; ab omni
 illoꝝ itinere aberrarunt: ipsi sibi huius rei causa: qd̄ pabula equorum il-
 lis in locis corruperant fontesq; obstruserant: Qd̄ nisi fecissent facile si
 uoluissent persas inuenturi. Hunc ita faciendo uisi sibi sunt optime cō-
 suluisse: ob que tamen eos res frustrata est. Quippe in sua regione eam par-
 tem consecretantes: in qua cibaria equis atq; aque forent hostem indaga-
 bant rati illam eadem parte fugam intendisse. At ille obseruato qd̄ pri-
 us tenuerat itinere abierat. Atq; ita quoq; traiectionis reperit locum: et cū
 noctu peruenisset nactus pontem solutum animo protus concidit uen-
 tus ne se relicto ionēs abiissent. Erat apud Dariū egyptius quidam omni-
 um hominum uocalissimus. Hunc Darius supra ripam istri positum in-
 bet inclamare histieum milesium. histieus sepius eum inclamantem
 ad primam tamen inclamationem exaudiens omnes naues admouit
 et ad traiciendum exercitum pontem iunxit. Atq; hunc in modum perse-

De histieo qui cōsuluit
 pontem hellesponti sol-
 uendū nō esse dariūq;
 expectandum.

De Megabizo: quem Darius
post turpem a scythia fugā
cū exercitu in europa reliquit.

Perfarū aduersus poenos ex
peditio: & quo sub titulo bel-
lum inferretur.

Miniarum gens que fuerit
& a quibus origine traxerit.

profugerunt: et ob id iones tanq̃ non liberos sed pessimos et ignauissimos
omnium hominum iudicant: deq̃ eis tanq̃ de seruis loquentes mancipia do-
minos amantia esse aiunt. Darius per thraciam iter faciens Sestum cheron-
nesi peruenit. Atq̃ illinc in asiam nauius ipse transiit: relicto in europa
exercitu duce megabizo uiro persa: cuius aliqñ darius hunc honorem ha-
buit: ut hoc uerbum inter persas diceret cum esset esurus mala punica si-
mul ac prunum malum aperuit interrogatus a fratre artabano nunquid tm̃
hominum sibi optaret quantum illic esset acinoꝝ: respondit se preoptare
tot sibi esse megabizos q̃ greciam subditam. His uerbis apud persas homi-
nem honorauit: quem tunc pretorem reliquit cum octoginta militum. Me-
gabizus autem hic immortalem sui memoriam apud bellespontios reliquit
hoc dicto: quod cum apud bizantium agens audisset. Calchedonios eo tem-
pore cecos fuisse: qui cum pulchrior adesset locus ad urbem condendam ne
quaq̃ turpiorem elegissent nisi ceci fuissent. Hic igitur megabizus in bel-
lespontia plaga pro pretore relictus eos qui diuersarū a medis partium
erant subigebat. Et iste quidem talia agebat. Per idem autem tempus alia
ingens aduersus poenos extitit expeditio ob eam quam ego commemorabo
causam. His prius expositis argonautarū cum a pelasgis qui foeminas athe-
niensium ex bracyrono predati sunt essent eiecti e lemno lacedemonem
naugauerunt: confidentesq̃ apud taygetum ignes accenderunt: quos la-
cedemonii cum aspexissent nuntium misere sciscitatum quinam & unde
essent. Illi nuntio sciscitanti responderunt se minyas esse ab his heroibus
oriundos: qui in argo nauigassent: quiq̃ cum lemnū appulissent illic
eos procreasse. Hanc rationem stirpis miniarum cum audissent lacedemo-
nii misso itey nuntio sciscitantur quid sibi uelit ipsorum aduentus atq̃
ignis accensio. Illi se uero respondent a pelasgis eiectos redire ad parentes:
equissimum etiam id esse factu orareq̃ ut sibi liceret una cum eis habi-
tare tum honorum tum agroꝝ participes. Eos eripere in ea que ipsi uel-
lent lacedemonis placuit cum ob alia ad hoc faciendum inductis tum
precipue quod tindaride castor & pollux in argo nauigauerant receptos
minias et agris compartierunt & in tribus cooptarunt. Isti confestim
in alios ablocatis quas in lemno duxerant uxoribus matrimonium contra-
xerunt. Longo deinde interiecto tempore statim elati superbia cum alia
flagitiosa perpetrarunt tum regnum affectarunt. Quo nomine eos lace-
demonii morte mulcandos cum censuissent comprehensos in carcere
coniecerunt. Quos cum lacedemonii morte plectendos censerent eos noctu

plectunt interdum neminem. Cum ergo essent in illos animaduersi /
 exorati sunt ab eorum uxoribus / qui ciues erant / et primorum sparthanorum /
 filie ueniam ingrediendi carcerem et cum suo cuiusque uiro colloquendi /
 nullum in illis dolum esse suspicantes. Horum permissu minarum u-
 xores ingressae carcerem / omni ueste quam gestabant uiris tradita / il-
 lorum uestem ipse sumpserunt. Ita minie muliebri ueste amicti ueluti
 mulieres e carcere prodierunt / rursusque apud taigetum confederunt. H
 ac eadem tempestate Teras antefronis filius tisameni nepos / tepsandri
 pronepos / polynicis abnepos missus est in coloniam lacedemoniis / cum
 esset genere cadmeo auunculus astodemi filiorum / eurystemis & proclis / quo-
 rum quod pupilli essent tutelam regebat regni spartam. Adultis mox pu-
 pillis ac recepto imperio Teras ita grauiter tulit sibi ab aliis imperari / quam
 imperium degustasset / ut negaret se lacedemone moraturum / sed ad co-
 gnatos nauigaturum. Erant autem in insula / quae nunc Thera / quondam
 callista uocabatur / viri phoenices a inenitate peritulis filio oriundi / Cadm-
 enim agenoris europam queritans in insulam quae nunc terra uocatur ap-
 pulsus cum esset siue regionis amore captus / siue quia alia uoluntate re-
 liquit illic cum aliis quosdam phoenices / tum inembrariam consanguineum
 suum. Isti ante aduentum there e lacedemone octo etatibus hominum in
 sulam quae callista idest pulcherrima uocabatur incoluerunt. Ad quod
 theras cum multitudine tribulium missus nequaquam ad illos euadendos / sed
 ad una habitandum & ad insulam ualde frequentandum. Postea uero quod
 minias e carcere elapsos / & apud Thaigetum confidentes audierunt / la-
 ccedemonii tamen necare statuerunt. Theras necem eorum deprecabatur
 recipiens se illos ab illa regione abducturum / et huic postulato lacedemo-
 nis assentientibus / cum tribus biremibus ad posteros inembrarias nauiga-
 uit ducens secum non uniuersos minias / sed paucos quosdam. Nam ple-
 rique ad paroreatas et caucones declinauerunt / eisque exterminatis sese in
 sex partes distribuerunt & totidem illic opida condiderunt / lepreum
 matiscum / thyrsas / pyrgum / epium / nudium / quorum plura nelei memo-
 ria mea deleuerunt. Insulae autem a conditore terea nomen inditum est.
 Hic filio suo quod negaret se nauigaturum cum eo relinquam ergo inquit ouem
 lupis / ex quo dicto nomen adolescenti impositum est oilycus idest ouis
 lupus. Et id nomen alteri preualuit. Oilycus natus est filius egeus / a quo
 uocantur egeide in sparta ingens tribus. Ex hac tribu uiri cum sibi non
 permanerent filii / ex erimum oraculo laio & ediopode extruxerunt / quod

De Miniarum uxoribus / &
 quo viros suos a morte
 liberauerunt.

Teras antefrontis filius
 Tisamenis nepos quis fuit
 & quae egerit.

Thera insula quondam callista
 a pulcherrima uocata The-
 ra autem a thera antefrontis
 filio dicta.

oilycus Tere filius.

Egeus oilici filius / a quo
 egeide ingens tribus in spar-
 tha uocata est.

Grinus esani filius there
insule rex.

De Batto a polymnesto
oriundo.

postea apud eos thereos mansit: qui ex his uiris fuere procreati. Hadenus lacedemonii cum thereis consentiunt. Quod deinceps extitit soli the rei factum hoc modo esse memorant. Grinus esani filius ab hoc therea oriundus cum esset there insule rex contulit se delphos ducens ex urbe solennes hostias cum aliis eum ciuibus comitantibus tum uero batto: qui erat e genere polymnesti apud minias graciosus. Consulenti Grino the rearum regi de aliis rebus pythia respondit: ut urbem in aphrica conderet: Cui uicissim iste. Ego equidem inquit o princeps senior sum et grauis ad moliendum. Tu uero quempiam horum iuniorum iube ita facere. Simul hec dicens battum ostendebat. Hec hactenus sunt tunc ubi reuersi sunt: pro nihilo habuere responsum: neque ubi terrarum esset aphrica gnari neque ex incerto oraculo coloniam mittere audentes. Septem post hec annos in therea cum non pluisset & omnes preter unam arborem exaruisissent consulentibus theris pythia respondit: mittenda in aphricam esse coloniam. Illi quoniam nullum mali remedium erat: mittunt in cretam nuntios inuestigatum si quis indigenarum aut aduenarum illic esset: qui in aphricam nauigasset. Nuntii cum cretam pererrassent & ad urbem itanum peruenissent: in ea contraxerunt cum purpurario quodam: cui nomen erat corobio. Is aiebat se uentis abreptum in aphricam appluisse: et ad plateam insulam aphricae. Hunc nuntium mercede inductum in theram duxerunt. Verum non multi ad rem explorandam ex therea initio profecti sunt duce ipso corobio: quo in ea insula relicto cum aliquot mensium cibariis ipsi qui celerrime reuerterunt ad ceteris de insula nuntiandum: Quibus ultra prestitutum tempus redire differentiibus omnia corobio deficiebant. Sed appulsa eo nauis samia: quae ab egypto redibat: cuius gubernator erat coleus samii omni re gesta a corobio audita in annum cibaria homini reliquerunt. Ipsi ex hac insula cum soluisent egyptum optantes uento subsolano abrepti ferebantur. Nec intermittente flatu herculeas transuedi columnas peruenerunt in tartesim popam ferentes ad rem diuinam. Erat ea tempestate ad emporium idest nundinum intemeratum adeo: ut inde reuertentes isti ex mercibus maximum questum fecerint inter omnes quos modo nouimus grecos duntaxat post sostratem laodamantis cum quo nemo possit contendere. Ex hoc questu samii decima hoc est sex talentis selecta fecerunt aenum ad exemplum crateris argolici griphinis capitibus in circuitu alteriusculi obuersis et in templo iunonis collocarunt: Sustinentibus illud tribus colossis.

De corobio viro cretensi.

Platea insula e regione aphricae
sita in qua a theris battus
inuentus.

humanis simulacris cubitorum genu nixis. Ex hoc primum facto ingēl
amicitia cyreneis thereisq; cum samis contracta est. Therei ubi relicto
in insula corobio ad theram reuersi renuntiauerunt esse illis insulam
ē regione aphrice sitam placuit thereis: ut ē singulis oppidis: quę septē
erant uiri mitterentur duce eorum ac rege batto ita duas biremes in
plateam miserunt. Hęc therei memorant. Cetera iam thereis cum cy
reneis constant. Nam qđ ad battum pertinet cyrenei cum thereis neq; q;
consentiunt. Sic enim narrant. Est in creta oppidum axus: in quo fuit
ethearchus rex. Hic amissa uxore induxit filię nomine phrommę no
uercam: quę domū ingressa ut erat ita re uera se nouercam prestitit
cum ledendo atq; omne genus iniuriarū excogitando tum ad extremū
impudiciam impingendo. Itaq; rem habere uiro persuasit. Ita ab u
xore deceptus rem filia commentus est. Erat in axo negociator quidā
chereus nomine themison. hunc in familiaritem acceptum ethearchus
adiurat ut quam rem oraretur in ea se administrum preberet. Vbi
hominem iure iurando adductam ei filiam suam tradidit iubens ut eā
abductam in mari demergeret. Themison ancipiti animo inter nefas
operis & hospitii perfidiam ita sibi faciendum putauit. Accepta puella
mare ingressus cum in alto fuit ut iuri iurando ethearchi satisfaceret
reuinctam fumbus puellam dimisit in pelagus eademq; retracta therā
peruenit. Ibi polyinestus uir inter thereos spectatus in concubinatū
prominam accepit: Ex qua interiecto tempore natus est ei filius sono
uocis exili ac balbutienti: cui nomen impositum est batto: ut therei
et cyrenei aiunt. Vt autem ego sentio aliud aliquid sed eum cognomi
natum battum. Postq; in aphricam abiit tum propter oraculum apud
delphos sibi traditum tum propter honorem quem assecutus est. Battū
enim poeni regem appellant: Et ob id reor pythiam lingua punica quā
nouerat cum oraculum reddidit uocasse battum: qđ futurus rex esset
in aphrica. Hic ubi in uirilem adoleuit etatem delphos adit ob lingue
uitium: Cui consulenti pythia ita respondit. Batte uenis uocis causa dux
te iubet ire Lanigeram in libyen habitatum phoebus apollo: perinde
ac si nostra lingua diceret. O rex uenis causa uocis. Ad hęc battus sic ui
cissim inquit. O princeps ego ad te ueni gratia consulendi de uoce: tu
de aliis mihi respondes: quę nequeunt fieri iubens migrare in aphri
cam qua copia quauē manu. Hęc loquens non persuasit illi ut alia re
sponderet: sed eadem quę prius respondente pythia illinc digressus abiit.

Themison chereus ethearcho
regi cretensi familiaris.

in theram. Mox deinde cum huic ipsi et ceteris thereis male contingeret nec mali causa deprehenderetur omittunt delphos sciscitatum. quibus cum respondisset pythia melius cum ipsis actum iri: si cyrenem in aphrica conderent cum Batto. Miserunt therei battum duabus cum biremibus. Isti in aphricam profecti quando quidem aliud non habebant qd agerent retro ad theram se receperunt. Sed eos therei arcentes accessu terre repellebant, ac rursus reuerti iubebant. Ita necessitate adacti remenso itez mari conderunt oppidum in insula adiacenti nomine ut prius dictum est platea: que fertur par esse cyreneis magnitudine. Hanc biennio colentibus cum nihilo melius secum ageretur uno e suis relicto ceteri delphos nauigarunt ad oraculum consulendum. Eo postq uenerunt sciscitantibus qui ita secum in aphricam profectis nihil tamen melius ageretur pythia respondit his uerbis. Langete libyes scis quam non adueris urbem Me melius tuum ego ingenium mirabere cunctis. His auditis ii qui cum battio erant rursus redierunt. Neq enim sinebat illos deus alio nauigare priusq aphricam cecississent. Reuersi ad insulam recepto quem reliquerant incoluerunt locum in aphrica e regione insule nomine aziristum amenissimis collibus utrinq conclusum et utrinq flumine preterlabente. Hunc locum sex annis dum incoluissent septimo deserendum putauerunt admonitu poenorum ut in meliorem transirent. Ita illinc eos poeni uesperum uersus & ad locum speciosissimum adduxerunt et quidem noctu ne greci interdum facientes iter diurnum spatium metiendo animaduernerent. Est aut hic nomen iusta eos ubi ad fontem qui apollinis esse fertur duxerunt inquirunt uiri greci hic uobis incolere commodum est: ubi celum uocaliter sonat. Subacto igitur qui condidit Zoam & annos quadraginta regnauit & sub eius filio archesilao: qui regnauit annos sedecim cyreni habitauerunt tot omnino quot in coloniam initio missi fuerant. Sub tertio autem battio: qui felix appellatus cunctos grecos ad nauigandum in aphricam cum cyreneis habitatum induxit. Pythia (Nam accersabant eos cyreni ad agri partitionem. Induxit autem in hec uerba respondes. S erior in libien quisquis peruenerit aliam Diuidundi agri mox hunc affirmit pigebit. Cum ergo ingens multitudo cyrena se contulisset finitumorum poenorum agros uastabant atq inter se partiebantur. At illi eorumq rex Addicramas agris exuti a cyreneis missis in egyptum quibusdam sese dediderunt apri egyptiorum exercitum misit aduersus cyrenas. Cyreni instructa apud irasalocum et ad fontem thestum acie cum egyptiis

Battus qui felix est appellatus:
qui in aphrica cu grecis nauigauit cu cyreneis habitatum

Addicramas poenorum rex.

Apries rex egypti: q aduersus cyrenas exercitum misit ab eisq superatus est.

confluxerunt eosq; superauerunt utpote inexpertos antea atq; contemptores grecorum: adeoq; profligarunt: ut pauci ex eis in egyptum redirent. Quod egyptii succensentes apri ab eo desciverunt. Huius batti filius extitit archesilaus: qui regnum adeptus inter initia cum fratribus suis seditiones exercuit donec illi relicto eo in alium aphrice locum migrauerint: ubi contracti urbem hanc condiderunt: que ut tunc barca nunc appellatur: et inter condendum poenos solitabant ad deficiendum a cyreneis. Tum archesilaus tam suis defectoribus q; eorum defectoribus bellum intulit: quem reformidantes poeni fugam ad orientales poenos intenderunt. Sed fugientibus archesilaus eousq; institit insequendo: dum ad leuconem aphrice perueniret: ut poenis uideretur opportunus ad inuadendum. Itaq; eo congressi cum eo poeni adeo superauere cyreneos: ut ex illis septem milia ceciderint. Post hanc cladem archesilaum egrotantem epoto medicamento frater suus learchus strangulauit. Sed cum dolor uxor archesilai interfecit nomine erixo.

A rchesilao successit in regnum Battus pedibus non ualens sed claudus.

C yrenei ob acceptam calamitatem delphos miserunt per quosdam interrogatum: quam rationem incuntes preclarissime habitarent. His pythia respondens iussit ex mantiena archadum adducerent moderatorem.

I taq; petentibus cyreneis Mantieni dederunt quendam nomine demonaxem uirum inter populares probatissimum. Hic igitur uir cyrenem, perfectus: ubi singula queq; edoctus est in tres tribus distribuens illos ita digessit: ut unam quidem partem faceret Therorum atq; confinium: altera autem peloponnesium atq; cretensium: tertiam uero cunctorum insulanorum. Quin etiam huic batto regi cum alia que superiores reges obtinuerant contulit tum uero pecuniaria fana ac cerimonialia in media ciuitate instituit: Que instituta sub hoc quidem batto sincera permanserunt: uerum sub eius filio archesilao uehementer sunt perturbata negante archesilao Battus illius claudi et ferentine filio se laturum que mantienus Demonax constituisset: ac reposcente honores suorum maiorum hinc seditione orta eiectus profugit in salum mater eius in salaminem cypri. Obtinebat ea tempestate salaminis imperium euelthon: quod delphis dedicauit tribulum spectaculo dignum: quod in thesauro corinthiorum situm est.

A d hunc profecta ferotina precabatur ut se filiumq; cyrenem cum exercitu reduceret. Ille omnia potius q; exercitum huic dabat. Pherotina id qd dabat accipiens dicere bonum id quidem esse sed melius facturum eu

Archesilaus batti filius.

Barca aphrice urbs &
q; eam condiderunt.

Battus Archesilai filius:
q; claudus fuit.

Demonax uir mantienus
Archesilaus batti claudi fili.
Euelthon.

Pherotina archesilai mater.

si quod obsecraretur daret exercitum. Cumq; identidem ad omnia q̄ dabantur hoc diceret tandem misit ad eam euelthon dono fufum aureum atq; colum penso circumdatam. Dicentiq; quę consueuerat uerba Pheretinae inquit talibus rebus donari foemina non exercitū. Archesi- laus interea sami agens unumquēq; sollicitabat ad spem rei agrarię coactōq; ingenti exercitu missus est delphos ad consulendum de reditu in patriam: cui pythia ita respondit. Ad quatuor battos ac totidem archesilaos Octo hominum etates dat uobis cyrene regnare. Vtērius uos conari dehortatur. Tibi uero suadet ut ingressus domum suam q̄- tum agas. Qd̄ si fornacem inueneris plenam amphorarum excoquas et ad auras emittas: Sin fornacem incenderis ne committas ut circumfluam introas alioquin peribis. Tu pariter & optime taurus opus faciens. Hęc archesilao py- thia respondit. Iste sumptis his: quos contraxerat a samo rediit cyrenem: re- cuperatōq; rerum statu immemor oraculi factus uocatis ad dicendam causam his qui in partibus fuerant obiecit culpam fuge suę. At illorum alii exilio so- lum uertebant. Alii ab eo comprehensi in cyprum ad necem mittebantur: q̄s- quidā ad suam terram appulsi liberauerunt ad theramq; miserunt. Quos- dam qui in grandem & priuatam aglomachi turrin refugerant circumdata materia archesilaus igni cremauit. Hoc perpetrato agnoscens id esse oracu- lum quo pythia non desinebat eum inuentas in fornace amphoras excoquere excessit ultro ex urbe cyrene extumescens necem oraculam predictam: et qd̄ cyrenem existimaret esse circumfluam contulit se ad urbem barcenorum nomine alazarim: cuius filiam in ~~matrimonio~~ habebat cognatam suam.

Eum quidam tunc barcei tum cyrenēi exules cum in foro agentem animad- uertissent obtruncarunt et insuper eius socerum alazarim: ita archesilaus siue uolens siue inuitus oraculo non obsecutus fatum suum impleuit. Ma- ter eius pheretina dum filius suus mali sui auctor barce agit ipsa interea honoribus filii cyrenę fungebatur. At munera obibat cum alia tum in sena- tum presidendo. Vbi cognouit filium in urbe barcea oppetisse mortem fu- ga se proripuit in egyptum. Nam archesilaus fuerat de cambyse cyri be- ne meritis: qd̄ is extitisset: qui cyrenem cambysi tradiderat ac tributū instituerat. Hęc in egyptum cum peruenisset supplex ariandi assedit hortans eam ad se ulciscendam pretendens titulum qd̄ ideo filius suus q̄a cum medis sentiret interemptus esset. Erat hic ariandes egypti pretor a cambyse constitutus: qui aliquanto post tempore cum emulari dario uel- let ab eo est interfectus. Siquidem audiens atq; animaduertens Dario

De Ariande egypti pretore a cam-
bise persarū rege constituto: ad
quem pheretina post archesilai
filii mortē cōfugit.

cordi esse memoriam relinquere: qđ a nullo alio regum factum esset id sibi imitandum putauit donec mercedem accepit. Et cum Darius ex auro qđ potuit purgatissimo monetam percussit. Idem ariandes egypti p̄tor ex argento fecit. Et nūc quoq; extat purissimum argentum ariandicum. Ea re reperta Darius insinulatum quasi rebellare uellet morte affecit. Tunc tamen ariandes hic misertus pherentine omnes ei copias egypti tradidit pedestres simul & nauticas p̄posito quidem pedestribus amasi uiro maraphio nauticis autem mandra generis pasagardi. Sed priusq; copias mitteret caduceatore barcam misso percontabatur quisnam percussor archesilai extitisset. Barcei se omnes extitisse respondent: multa enim se ab illo mala esse perpeſſos. His auditis ariandes ita exercitum una cum pherentina mittit. Atq; hic quidē titulus inferendi belli fuit extitit. Verū ut mea fert opinio exercitus mittebatur ad poenos subigendos. Poenorum multe sunt ac uarię nationes: quarum partes regi obtemperabant: plerq; darium contemnebat. **C**olunt autem egyptum uersus ut hinc incipiamus poenorum prima adyrmachide: qui eisdem fere quibus egypti moribus utuntur. Vestem gerunt qualem & alii poeni: vxores eorum in utroq; crure armillam eadem eadem capitis comam alunt: Quarum queq; suos quos capit pedunculos p̄mordet atq; ita abucit. Hoc isti ex omnibus poenis soli facitant soliq; uirgines nupturas regi exhibent: que illi placita fuerit eam deuirginat. Pertingunt hi adyrmachide ab egypto ad portum usq; nomine phynem. his confines sunt giganię locum qui occasum spectat incolentes. Aphirodisiade tenuis insula. In huius loci medio est urbs platea: ubi urbem condidere cyrenei: atq; in continente est portus menelai & azini: quem cyrenei incoluere et desiliū incipit ab insula platea pertingens usq; ad fauces syrtis. Apud hos udem peneritū qui apud omnes sunt Gigamas ab occasu contingunt. Abyste qui supra cyrenem incolentes non pertingunt ad mare. Nam maritima cyrenei incolunt. Idem non postremi sed p̄cipui poenorum sunt: qui quadrigis uebantur studiosi in cyreneorum moribus maxima ex parte imitantibus. Horum sunt uersus occasum fines auschippi qui supra barcam incolentes ad mare pertingunt ad euesperidas circa mediam auschisorum plagam habitant. Cabales exigua natio ad mare pertingentes ad thanchiram oppidum agri barcei eisdem quibus ii qui supra cyrenem sunt moribus utentes auschisorum qđ ad occasum uergit

Expeditio Ariandis egypti
p̄fecti contra poenos: et qua
de eā huiusmodi bellū suscepit.

Amasis
Mandra

De multis ac variis nationib;
poenorum.

Adyrmachide.

Giganię

Abyste.

Auschippi.

Cabales

Nasamones & de matrimoni
ritu apud eos.

Psylli.

Garamantes

Mace

Gindanes

Lotophagi

contingunt. Nasamones grandis natio: qui subestatem relictis ad ma-
re pecoribus conscendunt ad locum augilem decerpunt palmulas. Nam
palme illic & permulte sunt et speciose ac fructifere omnes. Equibus
ubi palmulas prematuras decerpserunt ad solem siccantes maturefaci-
unt deinde lacte maceratas sorbillant. Vxores plures singuli e consue-
tudine habent. Et cum his in propatulo coeunt eodem pene quo massa-
gete modo prius scipione pretento. Nasamonibus mos est cum quis pri-
mum ducit uxorem prima nocte ut sponsa singulos conuiuas obeat
ueneris gratia: et ut quisque cum ea concubuit donum det illi quod se
cum habet dono allatum iure iurando tali utuntur per eos viros: qui
iustissimi atque optimi apud ipsos fuisse dicuntur iurant illorum sepulchra
tangentes. De iuramentis suorum maiorum accedente monumenta: & illis
ubi preces peregerunt indormiunt. Vbi quodcumque per quietem inso-
mnum uiderint eo utuntur. Fidei dande consuetudo hec est de manu
alterius uterque sumpto inuicem poculo bibunt. Quod si nihil humoris
habuerint sumptum e terra cinerem lingunt. Nasamonibus confines
sunt psylli: qui hunc in modum intercidunt. Auster eis omnia recepta-
cula aquarum arefecerat. Erat autem eorum regio quod intra syrtim est
aquarum inops. Ob id isti publico colloquio atque consilio expeditionem
fecere aduersus austrum: Que poeni memorant refero. Hos cum ad ha-
renas uenissent auster spirans illic obruit. Psyllis extinctis eorum terra
nasamones obtinent. Super hos austrum uersus in loco feris frequenti ga-
ramantes habitant: qui omnium hominum commercium aspectumque
refugiunt nihil bellice armature habentes ac ne defendere quidem sese
audentes. Hi supra nasamones incolunt. Circa maritima uero occasu
uersus confines sunt mace: qui summum capitis uertice radunt in me-
dio capillos crescere sinentes hinc atque hinc in orbem tondentes. In bel-
lum pelles subterraneorum struthionum ferunt pro argumento. Per eos
flumen omyps e colle qui uocatur gratiarum fluens in mare influit. Hic
collis gratiarum nemoribus frequens est: cum cetera cuius memini aphri-
ca sit arboribus nuda ducentorum ab eo ad mare stadiorum intercapedine.
Hi eorum matorum finitimi sunt gindanes: quorum uxores ferunt fim-
brias pelliceas singule multas ob hoc ut memoratur quod ut a quoque uiro
uenerem passa est fimbriam ornat: et ut queque plurimas habet ita pre-
clarissima censeatur tanquam a plurimis uiris adamata. Horum gindano-
rum oram in mare porrectam incolunt lotophagi: qui e solo loti fructu

uictitant.

uiditant: qui fructus est instar lentisci suauitate affinis fructu palma-
rum. Ex hoc fructu lotophagi uinum conficiunt. Lotophagis secundum
mare uicini sunt machlies loto et ipsi uescentes sed minusq̃ superiores.
P ertingunt autem usq̃ ad ingentem amnem nomine tritonem: qui in grā-
dem paludem tritonidem influit: quę est insula quę dicitur phla. Hanc
insulam aiunt a lacedemoniis habitari debere. Aiunt autem hunc in mo-
dum iasonem posteaq̃ sub pelio argon exciditum impositis in ea tum
aliis solemnibus hostis tum uero tripode ereo circuisse peloponnesum aīo
delphos eundi eumq̃ cum teneret cursum circa maleam abreptum a uento
aquilone et abductum in aphricam & priusq̃ tellurem cerneret in aspretis
paludis astitisse: eiq̃ hesitanti de egressu apparuisse tritonem ac uidisse
dari sibi tripodem: qđ diceret ostensurum se illis exitum atq̃ incolumem
remissurum. Assentiente iasone ita demum tritonem ostendisse e breui-
bus enauigarent et tripodem ab illis in templo positum esse. In eoq̃ tri-
pode oraculum reddidisse et iis qui cum iasone erant omnem rationē
indicasse. Fore enim ut eum quis tripodem accepisset ex omnibus qui
in argo nauigarent necessario centum ciuitates accolerent paludem
tritonidem. Hęc cum audissent poeni qui montem gratiarum colunt
tripodem occultasse. Iuxta hos malachlenes habitant. Abses circum palu-
dem tritonidem ita utriq̃ habitant: ut in medio tritone dirimantur. Quo-
rum malachlenes quidem occiput crinitum gestant. Auses uero antero-
rem capitis partem. Horum uirgines anniuersario minerue festo in ho-
norem ipsius deę indigenę inter se diuise preliantur lapidibus fustibq̃
dicentes se morem patrium seruare ei quam mineruam nominamus. Et
quę uirgines e uulneribus decedunt eas falsas uirgines appellant: sed
priusq̃ a pugnando desistant hoc faciunt: Quę uirgo in pugna optima
operam nauauit eam semper comuni consensu ceterę uirgines exor-
nant. Eę cum cetera armatura gręca tum crista corinthia et curua
impositam circa paludem circūferunt. Quibus autem rebus ornabantur
olim uirgines ante qđ accolerent gręci non habeo dicere arbitror orna-
ri suetas armis egyptiis. Nam ab egypto affirmarum & scutum et gale-
am ad gręcos esse traducta: Mineruam autem neptum esse filiam ac
paludes tritonidis eamq̃ nescio quid a patre reprehensam donasse se-
ipsam ioui & iouem sibi illam ascisse filiam. Hęc illi agunt iudem promi-
sue cum mulieribus non uni habitantes sed pecudum more concun-
bunt: Vbi apud mulierem puer robustus est factus: apud quem uirum

Machlies

Malachlenes.

Auses.

habitare sustinet nam tertio quoque mense uiri conueniunt eius filii
 censetur. Isti maritimi poenorum pastoralium qui nomades dicuntur.
 Supra hos in mediterraneis aethiopia feris est frequens: Supra hanc par-
 tem effrenatam supercilium soli sabulosum est porrecta a thebis egypti
 ad columnas herculis. In hoc supercilio ferme decem dierum itinere
 dierum decem sunt grumi grandes salis uicundi in collibus et singulo-
 rum cordium uertices e medio sale eiulantur aquam dulcem pariter
 et gelidam circa quam homines habitant ultimi solitudinem uersus
 et supra plagam feris mesam a thebis itinere dierum decem Primi am-
 monii habentes templum ad thebani iouis effigiem. Et enim thebis
 quemadmodum a me superius commemoratum est aspectu arietino
 iouis simulacrum est. Apud hos est alia quoque aqua fontana: quae sub
 matutinum quidem tepet: sub horam qua forum frequentissimum
 est frigescit sub meridiem multo frigidior est ea qua hora hortos
 irrigant. Declinato iam die remittitur frigus donec sol occidit: tunc
 tepescit magis calescens ad mediam usque noctem: quo tempore ferues-
 cescit. Preterita nocte media ad auroram usque refrigerat. Cogno-
 minatur autem fons ipse solis. Post ammonios per supercilium sabu-
 li decem rursus dierum itinere est collis salis & aquae illi ammoniae pre-
 hominibus circum habitantibus cui nomen est agula: ad quem locum
 nasamonae pergunt palmulas decerptum. Rursus decem dierum spatio
 ab augileis alius collis est salis et aquae & palmarum fructiferarum magna
 uis quemadmodum apud alios incolentibus illic hominibus quibus
 nomen est garabantibus natione sane magna: qui inducta super sale
 humo ita serunt. Ab us ad lotophagos breuissimum iter: a quibus
 triginta dierum spatium est ad eos apud quos gignuntur boues prepo-
 stere pascentes: quod cornua inflexa anteriis habent et ob id celsim-
 eunt pascentur non offendantibus in terra cornibus progrediendo
 pasci nequeunt alioquin nihil differentes a ceteris tibus praeter cras-
 situdinem bouis atque duritiam. Garabantes hi trogodytae ethiopes
 omnium quos fando cognouimus pernicissimis pedibus sunt: serpen-
 tibus lacertisque & aliis id genus reptilibus uescentes lingua nulli alte-
 ri simili utentes sed uespertilionum more uidentes. A garabantibus
 decem quoque dierum itinere alius est collis salis & aquae accolentibus ho-
 minibus quibus nomen est atlantibus solis omnium quos ipsi noui-
 mus innominatis. Nam sales quidem apud eos uocantur atlantes.

Ammonii.

fons solis

Augilei

Garabantes.

Boues prepostere pascentes
 quod cornua inflexa anteriis
 habent.

Singulis autem eorum nullum nomen imponitur. hi solem transcendētem execrantur: eiq; p̄tērea omnia comitia ingerunt qđ torridus et ipsos & regionem perdat. Post totidem dierum iter aliud cumulus salis est cum aqua et hominibus accolentibus: cui confinis est mons nomine atlas exilis & undiq; teres et ut fertur adeo celsus: ut eius cacumen nequeat cerni: qđ a nubibus nunq̄ relinquatur neq; hyeme neq; estate. Columnam celi illum esse indigenę aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines: nam atlantes uocantur dicunturq; nulla ammante uesci nec ulla somnia cernere. Ad hos usq; atlantes possum recensere nomina eorum qui in supercilio aphricę habitant. Post hos nihil amplius. Porrigitur autem id supercilium ad columnas usq; herculeas atq; ulterius: intra qđ est metallum idest effossio solis decem dierum itinere. Et homines incolentes domicilia sua facientes ex micis salis. isti enim iam tractus aphricę uacant umbris. Nam si plueret illic non possent manere parietes salis. Supra hoc supercilium austrū uersus ac mediterranea africę deserta est plaga et sine aqua ferisq; si ne pluuia ac lignis omni prorsus humore carens. Ita ab egypto ad tritonidem lacum pastoritū aphri sunt carne uidentantes ac lacte nihil uaccinum gustantes: quia nec egypti gustant suam nec alentes quidē uaccam. Nec cyrenę foemine ferre sibi fas putant ob isidem quę est in egypto: cui etiam ieiunia et dies festos studiose agunt. At mulieres barcę non modo gustu uaccinę carnis sed etiam suille abstinent.

At hec quidem ita habent. Ad occasum uero tritonidis iam non sunt pascuales poeni neq; eisdem moribus utentes: neq; idem circa infantes quod pascuales solent facitantes. Nam poenorum qui pastorales sunt an omnes non queo pro certo dicere. Sed pleriq; hoc faciunt. Ut filii ipsorum quadrum effecti sunt uenas uerticis illorum lana succida muniunt non nulli uenas temporum eam uidelicet ob causam ne ullo tempore phlegma idest pituita defluens e capite officiat. Ea q; de re aiunt esse optima ualitudine. Et sunt re uera poeni inter omnes: quos nos nouimus homines saluberrimo corpore. Incertum mihi an ob hanc causam certe optima ualitudine sunt. Quod si pueris inuensis spam⁹ existat inuenta est ab eis medicina. Urina enim hirci inspersa eos liberat. Ea refero quę ipsi aphri enarrant. Apud pastoricios aphros talia sunt sacrificia. Vbi pro primitiis aurem pecudis preciderunt eam supra domum abiciunt. hoc acto ceruicem eius auertunt. Solis ouim deorum

Mons Atlas: a quo atlantes p̄pti.

De pastoriciis aphris.

soli et lune: et his quidem uniuersi poeni sacrificant. At qui circa tritonidem paludem incolunt etiam minerve tritonique ac neptuno sed minerve precipue: a quibus aphris greci uestem et egides simulacrorum minerve mutuati sunt. preter quod quod apud aphros pellicea uestis est et pendent ex eius egidibus fimbrie: non sunt serpentes sed e loris facte. Cetera uero omnia ad idem exemplar effecta sunt nomines qui ipso testificante uenisse ex aphrica palladiorum scholam. Quippe aphre mulieres super uestem amictuntur nudis pellibus caprinis fimbriatis ac rubrica delibutis a quibus argeis idest caprinis pellibus argidas denominauere greci. Quin etiam hinc primum uidetur mihi euulatus in templis extitisse: quod eo aphricane mulieres uehementer utuntur ac belle & ab aphris quadriungos equos uingere greci didicere. Sepeliunt autem pastores aphri defunctos ut greci preter nasamones qui illos sedentes sepeliunt obseruantes ut dum quis coepit agere animam eum sedentem constituent ne supinus expiret.

Domicilia eorum sunt e uirgultis compacta suspensis circa lentiscos et ea quoque uersus uersatilia. Et isti quidem talibus utuntur moribus. Contingunt autem hos ab orientali parte tritonis fluminis in ausces qui sunt aratores. Qui uero poeni domos possidere consueuerunt nisi nomen impositum est maxies: qui dexteram capitis partem comatam gestant sinistram radunt corpus minio tingunt asserentes se a troianis esse oriundos.

Regio hec & reliqua ad occidentem uergens multo frequentior est feris siluisque quam regio pastoralium. Nam que ad auroram respicit quam pastores incolunt tritone flumine tenuis & depressior est & arenosa. Hinc deinceps: que aratorum est uesperam spectans montana ualde est ac nemorosa ferisque frequens. Siquidem apud hos & serpentes sunt & supra modum grandes et leones elephantes quoque et ursi & aspidi & asini cornibus preediti et cynocephali idest capita canina habentes et acephali idest non habentes capita sed in pectoribus oculos ut ab aphris memoratur. Nec non uiri & foemine agrestes & alie permulte fere haudente. Quorum nihil apud pastores est sed alia ueluti ciconie & capree et bubali & asini non illi quidem cornua habentes sed aliis impositi. Nunquam enim bibunt et oves quibus ulnales palme pro cornibus fiunt. Huius fere magnitudo est ad comparisonem bouis et bassaria & hyena & lupogeniti et panthere et bozyes et crocodilli tricubili ad summum magnitudine terrestres lacertis similes et sturthii subterranei et serpentes pusilli cum singulis cornibus. Lece sunt illic fere et item que alibi pre-

maxies populi.

Quot ferarum genera penorum
pastoralium regio habeat.

ter ceruum et aprum. Ceruus enim et aper prorsus in apfrica nullus est. Sunt ibidem quoq. alii bipedes uocantur et alii Zegeries punica lingua quod in nostrum pollet idem quod colles alii echines. Sunt preterea mustele quae in silphio nascuntur murensis simillime. Tot habet feras poenorum pastoralium regio quantum nos maxime scrutando longissima inuestigare potuimus. Maximum poenorum confines sunt Zabites ubi foeminae aurigantur currus in bellum. his finitima sunt Ziganes ubi magnam uim mellis apes conficiunt sed multo plus opifices uim facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur ac sumis uestiuntur quarum affatum gignitur his qui in montibus degunt. Iuxta hos aiunt carthaginenses sitam esse insulam nomine cyranem ducentorum stadiorum magnitudine longitudine arctum in latum in quam pergi e continente potest oleis refertam ac uitibus et in ea esse portum unde uirgines indigenarum pennis uoluerum pice illitis ramentis auri referunt e limo. Hec an uera sunt haud equidem scio. Sed quae narrantur scribo. Fuit autem totum ut ipse ego in Zacyntho uidi e lacu referri. Sunt eo loci complures lacus qui maximus septuaginta quoquo uersus pedum est altitudinis duum passuum. In hunc uirgines contum in cuius summitate myrtus alligata est demittunt deinde referunt myrto picem odorem quidem aspalis habentem sed ad cetera prestantiorem pice pieria eamque in scrobem quem iuxta lacum foderunt effundunt et ubi multum illius aggresserunt ita e scrobe in amphora transfundunt. Quicquid autem in lacum decedit id sub terram means redit in mari quod a lacu quatuor abest. Ita id quod de insula adiacenti dicitur consentaneum est ueritati. Aiunt preterea carthaginenses locum esse apfrice extra columnas herculis habitatum hominibus. Eo quotiens ipsi applicuere se merces e nauibus exponere easque in crepedine terre deinceps collocare cum consensu nauibus fumum excitare fumo autem inspecto indigenas ad mare contendere dehinc auro pro mercibus deposito rursus illinc abscedere sed non extra conspectum. Tum se illic e nauibus egressos pretium considerare et si dignum mercibus uideatur eo sumpto abire Sin minus consensu iteque nauibus conspiciere illos uero accedentes plus auri ad id quod deposuerant addere donec persuadeant neutros autem alteris iniuriam inferre. Neque enim aut se contingere merces priusquam ipsi sumpserint aurum. Atque hi sunt poenorum quos nominare possum quorum plerique neque tunc rege medo curabant quicquam neque nunc curant. De qua regione catenus quaeo dicere a quatuor eam natio

Zabites populi.
Ziganes populi.

Cyranes insula.

Novus mercandi modus
quodam in loco Apfrice ex
columnas herculis.

nibus quantum nos scimus non amplius incolunt: quarum due sunt indigenae: totidem non. Indigenae quidem poeni atque ethiopes: quorum alteri ad aquilonem aphyricae: alteri ad austrum incolunt: Aduenae uero phoenices et graeci. Neque uero uidetur mihi bonitas aphyricae terrae cum bonitate asiae atque europa comparanda praeter unam cypriem: quae tellus fluuius cognominis est. Hec optimae cuique telluri par est prouentu fructus cerealium cerere aphyricae. Est enim pula et huda fontibus ac securae siccitatis aeris. Ac ne umbrae quidem quisit uebementior leditur. Nam in eo tractu aphyricae pluit. Ex prouentibus fructuum terrae totidem mensurae illic: quot in babilonica tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est: quod euesperitae colunt. Nam quot annis id eximie se ipsam ubertate superat centuplum reddit. At illud cyprium circiter trecenta. Porro cyreniaca regio: quae huius aphyricae editissima est: quam pastores incolunt tris in se plagas continet admiratione dignas: primam quae maritima est: quod in ea iam fructus maturi mentiuntur uindemiariis. His compositis in plaga qua supra maritima est medios fructus legunt quos colles appellant. Dum hi fructus adornantur: qui sunt in editissima plaga coquuntur atque maturescunt. Itaque dum primi fructus eduntur atque bibuntur ultimi adueniunt. Atque hunc in modum ad octo menses perceptio fructuum cyrenaeos occupat. Hec haecenus de his dicta sint. Perse ad ulciscendam pheretram ab ariande missi ex egypto barcen perueniunt oppidum obsederunt missi illuc qui denuntiarent dedit auctores necis arcesilai. Eos oppidani: ut qui cedis omnes participes essent in colloquium non admisserunt. Ita octo mensibus barcen cum obsidissent perse nono mense cuniculos suffoderunt ad mureferentes et ualida tormenta admoenerunt. Sed cuniculos quidem faber quidam erarius deprehendit greco scuto hunc in modum. Circumferret illud intra mure admoenebat pavimento urbis: quod ubicumque admouebatur: alibi illinc e solo nihil seni reddebatur. Ad locum autem quod suffodiebatur et clypei resonabat. Vbi e diuerso fodientes barcae persas suffosores interemerunt. Tormenta autem ipsi barcae repulsabant. Verum cum multum temporis contriuisent et multi utrinque caderent: nec pauciores ex persis amasis dux peditatus talem rem commentus est. Animaduertens barcaeos ui non posse superari sed dolo lata fossa pernoctem depressit: eique fragilia sustravit ligna et super ea humum induxit reddens solum cetero equabile: simul atque illuxit barcaeos ad


Barca urbs a persis ab Ariande
ex egypto missis obsidet.

Quo Barcae cum ui non possent
dolo uincuntur.

colloquium euocat. Illi libenter obtemperare qđ eis cordi erat ad
pactionem deuenire. Pactionem autem in hanc formulam inierunt
ferientes foedus super excultam fossam quoad humus ea ita haberet
tam diu foedus in ea regione raptum foret. Barceis qđ equum foret
se pensuros regi promittentibus et persis se nihil rei nouarum aduer
sus barceos esse molituros. Barcei dehinc foederibus freti et ipsi ex ur
be prodibant et ex hostibus cuiusq. libebat intrandi urbem faciebant
potestatem patefactis omnibus portis. Ac perse rescisso ponte occulto
in urbem irruerunt. Ideo autem pontem quem fecerant resciderunt
ut foedus soluerent qđ cum Barceis percusserant tam diu fore foedus
qđ diu maneret terra ut tunc manebat. Refracto enim ponte non ma
nere foedus in ea regione amplius pberetina traditos sibi a persis barce
os: qui faciende cedis principes fuerant sudibus suffixit per ambitū
murorum. Foeminaꝝ quoq. decisas mamillas circa muros appendit.
Ceteros barceos persis ut diriperent imperauit, præter battiadas et qui
cedis affines non extiterant. His urbem permisit reliquis in seruitu
tem arreptis perse redierunt: Qui cum ad urbem cyrenem uenissent
cyreni eos oraculi cuiusdam seruandi gratia per urbem deduxerunt.
Sed inter transeundū præfectus naualis exercitus Badaces illis præce
pit ut urbem diriperent recusante ainasi peditum duce: se enim ad
uersus unam barcen grecam ciuitatem esse missos. Verum postq. tran
sierunt ad rupem lycei iouis subsederunt penitentia eos subit: qđ
cyrenem non occupassent eamq. itez adoriri conati sunt cyreneis eos
contemptui habentibus. Et licet nemo contra ferret arma tamen inces
sit eos metus illincq. cursu se proripientes sexaginta circiter stadia con
sederunt: ubi statua habentibus ab ariande nuntius aduenit ad eos re
uocandos cum a cyreneis comineatum sibi præberi precarentur. Eo acce
pto in egyptum reuertebantur: quos deinde poeni excipientes uestitus
atq. utensilium gratia: ut quisq. relinquebatur trahereturq. interfici
ebat: donec in egyptum peruentum est. Hic persaz. exercitus in aphri
cam longissime ad euesperidas processit. Quos autem barceorum coepe
re quosq. ex egypto eiecere ad rem usq. darius rex ad incolendū dedit
uicum bactrianę regionis: cui uico nomen imposuere barce ad meam
usq. memoriam et incolis frequentem. Verum ne ipsa quidem pberetina
probe uita excessit. Nam postea q. ultra barceos celerrime in egyptum
rediit male perit. Ut enim existunt acres admodum et inuidiose ultio

nes decorum in homines uiuens uermibus computruit. Talis ac tanta
pberetne bati filie in barceos uindicta erit.

HERODOTI ALICARNASEI LIBER
QUARTVS FINIT INCIPIT QVINTVS



PERSE QVI INEVI.OPA
sub megabizo relict a dario erant primo
ex hellespontus perinthos dario subesse re
cuantes subegerunt antea quoq. a peonibus
male affectos. Si quidem peones qui sunt a
strymone adioniti diuino responso: ut bel
lum perinthis inferrent. Et si quidem a pe
rinthis ex aduerso confidentibus preuocaret

nominatione compellantibus inuaderent. Sin minus ab inuadendo absti
nerent: ita fecerunt. Enimuero confidentibus perinthis e regione peoni
in suburbanijs ubi singulare certamen ex prouocatione commissum est
uir cum uiro equi cum equo canis cum cane. Et cum uictores duobus
certaminibus perinthis pre gaudio carmen peana cantarent: Tunc peo
nes hoc iustum esse responsum dei coniectantes inter se dixere. Nunc
oraculum dei perfectum est: nunc nostrum est opus atq. ita in perin
thios canentes impetum fecere egregieq. uidentes ex illis duos reli
quere: que quondam a peonibus gesta fuerant hunc in modum gesta
sunt. Tunc autem perinthis pro libertate strenue pugnantes: tamen mul
titudine persarum a megabizo superati sunt. Perinthis capta megabi
zus per thraciam arma circumferens omnes eius urbes atq. omnes natio
nes pacatas regi rediebat. Hoc enim illi a dario fuerat imperatum ut
omnem thraciam subigeret. Gens thracum secundum indos omnium ma
xima est: que si aut unius imperio regeretur aut idem sentiret ut mea
fert opinio inexpugnabilis foret et omnium gentium multo ualidissima.
Quod quia hoc tedium illis est et nulla ratione contingere posset: ideo unbeci
les sunt. habent autem multa nomina singula quoque regionum singula. Mo
iabus tamen atq. opinionibus consimilibus imbuti sunt preter getas et
trausos qui supra crestones incolunt: ex quibusq. gete se pre immorta

De Thracia & qui populi
que ue in ea rationes sunt
et de eorum moribus

libus gerant a me cōmemoratum est. Trausi uero in ceteris quidem omnibus idem apud thraces. Verum circa natalia suorum atq; obitus hoc faciunt. Edito puero propinqui cum circumsidentes comploratione, psequuntur quascunq; necesse est illi quod uitam ingressus sit perpeti humanas calamitates hominem fato fundum per lulum atq; letitiam terre demandant referentes quot malis liberatus in omni sit felicitate. At qui supra cretones incolunt ista agunt. Singuli plures uxores habent: quorum ubi quis decesserit disceptatio magna fit inter uxores acri amicorum circa hanc rem studio: quenam illarum dilecta fuerit a marito, precipue: que talis iudicata est et hunc honorem adepta: ea uiris & mulieribus exornata ad tumulum a suo propinquissimo mactatur: unaq; cū uiro humatur ceteris uxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus. Nam id eis sūmo dedecori datur. Reliquis thracibus hic mos est. Liberos in mercato uenundant: uirgines non asseruant se quibuscum sibi uiri concumbere sinunt: uxores asseruant uehementer easq; magno ere a parentibus coeunt. Punctas notis esse frontes nobile iudicatur non esse notatas punctis ignobile. Ociosum esse pro honestissimo habetur agricolatorem uero pro contemptissimo. E bello atq; rapto uiuere pulcherrimū. At hi quidem sunt eorum insignissimi mores. E diis autem hos solos colunt martem libez, dianam. Sed reges preter suos populares etiam mercurium: eumq; e diis precipue per quem solum iurant: a quo progenitos qd; se aiunt. Optimatibus eorum tales eorum tales sunt sepulture. Pro lato triduum cadauere mactatisq; omnifarui hostis conuiuantur: Illudq; defletum prius deinde combustum sepeliunt haud aliter humo contingunt aggestoq; desuper tumulo cum alia omnis generis certamina proponunt cum precipue cum ratione monachiam idest singulare certant. Et sepulture quidem thracum huiusmodi sunt. Quod autem huius regionis ad aquilonem uergit nemo potest pro comperto referre: quinam homines illam incolant. Sed illam que trans istrum plaga est constat uastam esse atq; ignotam: ubi solos habeo audio habitare homines nomine syginas ueste medica utentes eorumq; equos toto corpore hirsutos esse ad quinq; digitos altitudine pilorum eosdem pusillos ac asinos inualidosq; ad uiros gestandos: sed currui iunctos esse pernicissimos: atq; his curribus indigenas inuehi. Horum fines proxime accedere ad enetos qui sunt in adria. Eos quoq; se colonos medorum dicere: qui quo pacto coloni medorum fuerint non queo dicere. Sed fiat quilibet intra longum tempus syginna

poeni: qui supra massiliam incolunt institores appellant cyprii iacula.
 V erum ut thraces autem apud loca transistrana obtinent: et ob illas ulterius
 pergit non posse: quæ cum dicunt haud credibilia apud me dicunt: quoniam
 hoc animal constat rigoris intolerans esse. Mihi tamen loca quæ septem-
 trionibus subsunt videntur ob gelum inhabitabilia esse. Hactenus de hac
 regione: cuius oram maritimam megabizus persis obsidentem reddidit.
 Darius transmissio rapidissime bellesponto postquam sardis uenit recordatus
 est beneficii in se ab histio collocati et consilii coisimylenei: Quibus
 accersitis sardis obtulit electionem. Histius ut qui esset mileti tyrannus
 nullam sibi tyrannidem depoposcit: sed myrcinum hedonidem animo
 urbis in ea condende. Et iste quidem hanc elegit. Coes autem ut qui non
 tyrannus sed priuatus esset optauit mytylenes tyrannidem. Impetra-
 to uterque quod optauerat eo se contulit. At Dario res huiusmodi oblata
 est: ut illam uidenti inceserit cupido iubendi megabizo: ut peonas ex
 europa e sedibus suis in asiam transportaret. Erant pigres & mantienes
 uiri peones: qui postquam darius transmisit in asiam et ipsi uenere cupidi ty-
 rannides apud peones potuinde ducentes una sororem procera statura atque
 speciosam. Hi obseruato tempore dum in suburbanis lydorum Darius pre-
 sideret talem rem sibi agendam putarunt. Sororem quoptime poterant
 cum ornassent ad aquam mittunt uas capite sustententem equum e bra-
 chio trahentem linumque nentem. Eam preeuntem darius attente con-
 siderabat: quod neque persica erant quæ ageret mulier neque lydica neque
 ullarum ex asia foeminarum. Hec considerans misit quosdam suorum
 satellitum iussos obseruare in quam rem uteretur mulierequo istis obse-
 quentibus. Foemina ubi peruenit ad flumen equo satisfecit: uas pro aqua
 impleuit. His actis eadem uia regreditur aquam capite sustinens equum
 e brachio trahens ac fusum uersans. Admiratus darius tum his quæ ab
 exploratoribus audisset tum uis quæ ipse uidisset adduci coram foemina
 iubet. Ea adducta adolescentes fratres qui aderant non procul rem ipsam
 speculantes interroganti dario cuius illa esset: aiunt se peones esse et illam
 suam sororem: Ad quos darius quinam homines essent peones et ubi lo-
 corum habitarent et cuius rei gratia illi uenissent sardis percontari.
 A dolescentes uero uenisse dicere: ut sese ei donarent. Peoniam autem esse
 ad flumen strimonem sitam: qui strimon non procul abesset ab bellespon-
 to: Peones esse coloniam teucrorum: qui e troia fuerunt. Hec sigillatim
 illi referebant. Interrogantiq; dario nunquid omnes illic foemine tam

laboriose essent / affirmare prompte id ita habere. huius enim rei gratia id fiebat. Ibi Darius litteras ad megabizum dat quem in thracia prefectum reliquerat / iubens e sedibus suis peones ad ipsum transferri cum liberis pariter atq; uxoribus. Eques cum hoc nuntio confestim ad hellespontum cucurrit: hellespontusq; transmissio litteras megabizo reddidit: quibus ille lectis sumpto e thracia duce aduersus peoniam exercitum ducit.

P eones cognito persarum in se aduentu contractis copiis processere ad mare: rati illac persas congressuros addimicandum. Et peones quidem ad arcendum exercitus megabizi ingressum sumptis ducibus iter ad superiora conuertunt: hostemq; latentes in eius oppida irrumpunt / et illa ut pote facile occupant: Quod ubi rescuere peones dispersi ad sua quisq; dilabuntur: seq; persi dedunt. Ita e peonibus sirepiones et people et qui ad parasidem usq; paludem incolunt. Dobera quoq; et agriannas et odomantos et ipsam parasidem paludem a principio non cepit megabizis tentauit tamen expugnare eos qui paludem incolunt. Incolunt autem hunc in modum. In media palude celsę stabant sublice: super quas tabule compactę erant. tenuere a continente ingressum uno ponte habentes. has sublicas tabulata sustinentes olim communiter omnes ciues statuebant.

M ox e lege hunc in modum statuendum censuerunt. ut pro singulis uxoribus quas quisq; duceret ducunt autem singuli multas uxores / ternas defigeret sublicas e monte sumptas: cui nomen est orbellus. Hoc habitantes modo obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt et fores inter tabulata compactas deorsum ad paludem ferentes paruulos liberos per pedem ueste illigant metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Eqs & subiugalibus pisces pro pabulo prebent. Porro piscium tanta est copia: ut quotiens ianuam compactam reclinauerit demissam fune sportam uacuam aliquanto post retrahat piscium plenam: Quorum duo sunt genera unum quod uocant prapraces alteri tilones. E peonibus captis megabizis nuntios in macedoniam septem persas qui post eum erant in exercitu spectatissimos misit ad amintham petituros regi dario terram et aquam.

E st autem a palude prasiade breuis admodum in macedoniam uia. Nam in primis paludi confine est metallum idest fossio gris. Vnde post ea tempora alexandro in singulos dies singula talenta proueniebant. Post metallum superato monte: quem uocant disorum macedonia intratur. Eo perse ubi peruenire et in conspectum amyntę ad quem mittebantur regi dario terram & aquam petiere: amyntas et ea dedit et homines hospitium uo-

Expedicio megabizi 5
Peones: quos protinus
expugnauit.

Megabizi legatio ad A-
mintham macedonis
regem.

cant instructaq; splendide coena ad potum deuenere. Hospes inquit macedo nobis persis consuetudinis quotiens magnam exhibuimus coenam, tunc etiam concubinas et adolescentulas uxores ad assidendum introducere. **P**roinde tu nunc quoniam libenter excepisti nos & liberali hospitio prosecutus es. Dario terram das & aquam. sectare consuetudinem nostram. Ad hec amyntas Nobis inquit perse ista consuetudo non est sed uiros a foeminis semouendi. Verum quandoquidem uos exigitis qui domini estis hoc quoq; uobis prestatbitur. Hactenus locutus amyntas feminas accersit. Ille ut iussu presto fuerunt et e regione persarum deinceps consederunt. Quas perse conspicati formosas amyntam alloquuntur negantes omnino id factum esse sapienter. **S**atius enim futurum fuisse ab initio non uenisse foeminas que postq; uenerint non assidere sed ex aduerso sedere in oculorum dolorem. Ita coactus amyntas illas assidere iussit. Que cum obtemperassent perse mamillas illarum attricare utpote plusculo uino temulenti nonnulli etiam tentare suauari. Hec amyntas intuens etsi iniquo ferebat animo tamen pre metu persici nominis quiesce. **V**ex eius filius alexander cum adesset atq; inspiceret utpote adolescens et malorum inexpertus nequaquam amplius tolerare posse. Itaq; grauiter ferens ad amyntam inquit. Tu uero pater cede etati abiq; hinc ad quiescendum neq; indulge alimum potationi. Ego hic remanens omnia hospitibus que oportet exhibebo. Amyntas eum rei noue aliquid facturum animaduertens ad hec respondit. Fili inquit uerba tua huic me sumouentis pene intelligo. Ideo enim me dimittis qd aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicq; noui in hos uiros perpetrare futurum in perniciem nostram sed tolera spectans que geruntur. Nam quod ad discessum meum pertinet parebo. His responsis amyntas abiit. Et alexander ad persas nobis inquit hospites cum his foeminis ut omnibus si libet facillime licet concubatis. Sed cum quot earum concumbere libet indicate. Nunc enim fere tempus cubandi adueniat et uos bene potos temulentosq; uideo. Proinde hac feminas si uobis cordi est sinite ire ad se lauandum: quas rursus cum lotę fuerint accipiat. Hec locutus alexander approbantibus persis egressas foeminas in muliebri emittit conclaue ac totidem uiros leues malas habentes muliebribus uestibus exornat traditisq; pugionibus introducit: admonetq; persis inquit. Vos uero perse a nobis in conuiuium estis omni munificentia accepti: quippe quibus et que inuenire potuimus ea omnia representauimus: et quod omnium maximū est etiam nostras ipsorum matres ac sorores liberaliter exhibemus: ut omni honore affecti a nobis intelligatis quibus rebus digni estis utq; regi qui uos

De Alexandro Amyntę
filio: qui legatos mega-
bizi obruncauit.

misit renuntietis a quodam greco macedonum principe uos et mensa et lecto bene esse acceptos. Hec locutus alexander singulos macedonas quas foeminas esse aiebat assidere iussit singulis persis: qui postq̃ a persis attrecta ri coepere illos obtruncare et quidem hac morte affecti sunt. Perse ipsi pariter atq; eorum comitatus comitabantur enim eos et uehicularum et familia et omnis generis apparatus: quae cuncta cum illis omnibus intercepta sunt.

Non multo deinde interiecto tempore cum magnorum horum uiroꝝ inter persas inquisitio fieret alexander illos prudenter occupauit tum multa alius pecunia tum sorore sua nomine gigeabubari data uiro perse uni ex inquisitoribus interfectoꝝ. Ita horum persarum caedes deprehensa sed silentio suppressa est. Esse autem grecos hos qui fecere a perdicia progenitos quemadmodum ipsi aiunt & ego assentior in iis quae postea dicam id ita esse probaturus: et ii qui in olympia certaminibus grecorum praesunt consentiunt. Nam cum alexander certandi gratia ad hoc ipsum descendisset a concursoribus prohibebatur: quod negarent barbarorum id esse certamen sed grecorum. At ubi palam fecit se esse argiuum grecus esse iudicatus est et stadium currens proximum primo extitit. Et quidem ita gesta sunt. Megabizus autem peonas ducem abiit in hellespontum & illo transmissio peruenit sardis: Cum interm hystieus milesius iam muris cingeret locum: quo a se petito donatus a dario fuerat in pretium seruatae ratas: qui locus est ad flumen strymonen nomine myrcinus.

Megabizus cognito quod fiebat ab hystieo cum primum uenit sardis ducens peonas ita darium allocutus est. Rex quidnam rei tu fecisti dato loco ad urbem condendam in thracia uiro greco eidemq; solerti atq; industrio: ubi affatim materiae est ad nauis edificandas multumq; remigum atq; pecuniae: ac etiam tum barbaris tum grecis circa incolentibus: qui nacti ducem facient quicquid ille uel die uel nocte preceperit. Nunc tu uirum hunc ista facientem inhi-be: ne domestico bello afflueris. Inhibe autem mihi modo accersitum: quem cum acceperis da operam ne quando in greciam reuertatur. Hec locutus megabizus per facile dario persuasit tanquam prospiciens quod esset euenturum.

Darius misso in myrcinum nuntio ad hystieum hec inquit hystiee rex darius hec inquit mihi rebusq; meis melius consulentem quam te inuenio neminem: quod non uerbis sed factis compertum habeo. Proinde cum res magnas agere destinem presto mihi sis ut ea tibi aperiam. His uerbis fide habita hystieus et simul magni faciens consiliarium regis fieri sardis profectus est. Cui aduenienti Darius hystiee ego inquit ea de causa te accersiui: quod postea quam a scythis redire maturauit et tu ab oculis meis abfuiisti nullius rei desiderium

Alexander amynthe filius
Gigeam sororem suam post
occisos legatos Bubari ui-
ro perse in matrimonium dat.

De hystieo milesio: et qua
de causa a dario suscipi sub praetextu
consiliarii distineret ne in
Greciam rediret.

tam me tenuit breui q̄ ut tu in aspectum colloquiumq; meum uenires:
 cum sciam omnium possessionum pretiosissimum esse uirum amicum soler-
 tem bene sentientem: quē tibi ambo adesse ego ē testimonio esse possum
 ē rebus meis. Quare tibi ego qui fecisti probe qđ uenisti hoc gratificandū
 putaui: ut omīssa mileto et recens condita in thracia urbe me sequaris
 susa eadem quē ego habiturus meusq; conector ac consiliarius futurus.
 Hec locutus darius una secum ducens hysticum susa uersus iter tendit: pre-
 fecto sardibus artaphrene fratre suo ex eodem fratre item prefecto otane
 ore maritime cuius patrem si samnes unum ex regis iudicibus qđ iniuste
 ob pecuniam iudicasset rex cambyses interemerat interemptoq; detractū
 corium in lora concidit: Quibus tribunal: in quo ille sedens iudicarat
 intendit: Ibidemq; eius filium otanem sedere iudicem precepit atq; in me-
 moria habere in quo tribunali iudicaret. Hic igitur otanes in eo tribuna-
 li sedens tunc megabizi successor exercitus bizantios & calcedonios cepit.
 Cepit item antandrum: quē est in terra troade. Cepit quoq; lamponum
 sumpta etiam alespis classe coepit lemnū et imbrum a pelaspis tunc
 quoq; utranq; habitatam. Sed lemnū quoniam prelio contenderant &
 aliquandiu repugnauerant mala perpeSSI sunt: quorum qui superfuere
 iis prefectum perse imposuere lycaretum meandri eius qui sami regna-
 uit germanum. Hic Lycaretus cum Lemno preisset: hac de causa mor-
 tem oppetit: qđ omnes in captiuitatem redigebat atq; enedtebat: alios
 insimulans desertores scythice expeditionis alios uexatores copiarum
 darii a scythis reuertentium. Hec iste in sua prefectura preparabat.
 Sed non diu in malis faciendis delituit. Et ceperunt a naxo atq; mileto
 calamitatibus ionibus fieri. E naxo quidem: qđ inter insulas felicitate
 prestabat: e mileto autem qđ ea tempestate prope se ipsam superam ma-
 xime florebat: eratq; ionie pretextum cum laborasset duabus superio-
 ribus etatibus morbo seditionis: donec eam seditionem parii sedauerūt
 ex omnibus grecis correptores a milesiis delecti. Hunc autem in modū
 eos parii correxere. Cum miletum uenissent uiri inter parios prestantis-
 simi cernerentq; domos uehementer labefactatas dixerunt uelle se re-
 gionem illorū peragrarē. Id facientes et omnem agrum milesium lustrā-
 tes ut quencunq; fundum animaduertebant bene cultum fructusq; e-
 mittentem conscribebant domini nomen. Peragrata omni regione cū
 paucos huiusmodi fundos comperissent q̄ maturime ad urbem descen-
 derunt: coactosq; cētū decreuerunt urbem ab iis esse incolendam: quorū

Iulii Valeriani notitia
 Hec locutus darius una
 secum ducens hysticum
 susa uersus iter tendit
 De otane & quos populos
 Darii imperio adiecit.

fundos benecultos inuenissent. Videri enim illos ita curaturos publica: ut sua ipsorum curauissent. Ceteros milesios qui prius seditiosi fuissent iusserunt horum dicto audientes esse ita milesii parios correxerunt. Extunc urbibus hoc modo coeperunt ionie mala contingere. E naxo quidam locupletes a plebe in exilium missi miletum se contulerunt. Miletum autem procurabat aristagoras molpage idemque gener ac consobrinus hystiei lysagore: quem darius susil destinabat. Nam hystiei mileti erat tyrannus: et per id tempus susil degebat. Dum naxii miletum uenire iam pridem hystiei hospites cum miletum naxii aduenire obsecratum aristagoram ut aliquantulum copiarum ipsis prestaret ad redeundum in patriam ille colligens: si per eum isti in patriam redirent fore ut naxo imperaret: tamen pretendens hystiei hospitium ita eos est allocutus. Meæ quidem uires ad tantum copiarum prebendum non suppetunt: ut inuidis his qui naxum tenent uos possim reducere cum auchiam octo milia scutatorum naxii ac multum longarum nauum esse: tamen omne studium ad istud efficiendum adhibebo: hæc scilicet in animo uersans. Est mihi amicus artaphrenes histaspis filius darii regis frater: qui præses est omnium in asia maritimorum multo exercitu præditus ac multa classe. Hunc ego uirum opinor facturum omnia ex animi nostri sententia. His auditis naxii instare aristagore ut rem quod optime posset conficeret: utque munera homini pollice retur dicere & exercitui sumptum suppeditaturos. Magna uidelicet habebant cum ipsi naxo apparuissent: naxios omnia quæ iuberentur esse facturos atque adeo ceteros insulanos. Nulla dum enim quæ cycladum insularum sub dario erat profectus sardis aristagoras ait ad artaphrenem esse insulam naxum non spatiosam illam quidem sed pulchram alioquin et bonam ionieque uicinam multis preterea et seruitiis et pecuniis præditam. Proinde tu aduersus hanc regionem ducito exercitum per causam illuc exules reducendi: Quod facienti tibi magnæ sunt penes me in expedito pecuniæ præter illas quæ in exercitum erogabuntur. Has enim equum est nos præbere: qui aduentus uestri auctores sumus et te insulas regi acquirere ipsam naxum et quæ ex hac pendent parum & andrum ceterasque quæ cyclades nominantur: Vnde proficiscens haud difficile inuades euboiam insulam magnam ac beatam nec inferiorem cypro ac facilem sane ad capiendam centum omnino nauibus ad has occupandas suffecturis. Huic respondens artaphrenes Tu uero inquit: quæ sunt ex utilitate regie domus exponis et probe ista suades omnia præter quod de numero na-

Aristagoras gener consobrinusque hystiei.

De Megabate viro persā Darii
consanguineo: qui filiam
Pausaniæ Lacedæmonio cle-
ombroti filio græciæ tyrāni
de affectanti desponderat.

uium. Nam pro centum nauibus ducente tibi ineunte statim uere in
promptu erunt. Oportet tamen his rebus auctorem quoque regis accedere.
His auditis aristagoras lectus miletum rediit. Artaphrenes autem missosus ad
darium nuntio per quem de rebus ab aristagora dictis eum certiore facere
ret. Vbi ille rem approbavit ducentas naues instruxit tum persarum tum
aliorum sociorum magna sane multitudine. Profecto eius duce megabate
uiro persā familia achæmenidarum suo ac darii consanguineo: qui si uera
sunt que post hoc tempus gesta referuntur filiam desponderat pausanie
lacedæmonio cleombroti filio græciæ tyrannidem affectanti. Delecto itaque
duce megabate exercitum artaphrenes ad aristagoram misit. E mileto me-
gabates aristagora sumpto atque iadum exercitu cum naxiis profectus est
per simulationem eundem in ellepontum. Atque ubi ebum peruenit classem
continuit apud caucasa: ut illinc uento aquilone trauceret in naxum. Sed
quoniam non erat fatale naxios ea classe deleri hoc negotii contigit. Maga-
betes in circuendis nauum excubis offendit nauum myndiam a nemine cu-
stodiri: quam rem indigne ferens iussit satellites in uentum eius nauis prin-
cipem nomine silacem uincire traiectionem per thalamiam id est per foramen
per quod remus extat corpus intus esset. Aristagoras a quodam factus certior
hospitem suum myndium a megabate uictum afflictari. Persam adiit ho-
minem excusat: reposcit cum nihil exoraret ipse accedens. Sylacem soluit.
Id ubi megabates grauiter admodum ferens aristagoram inuasit: Cui arista-
goras quid tibi inquit est cum istis negociis? Num te misit artaphrenes ut
me sequereris? Atque eo his uerbis indignatus megabates ubi nox affuit misit
naxum quosdam cum nauibus ad rem naxiis que impenderet exponendam.
Naxi ut qui minus quam hanc aduersus se classem uenturam expectabant: id u-
bi audiuerunt omnia confestim ex agris in urbem comportare et se tanquam
obsidendi essent instruere cibariis potu murorum refectione. Et isti quidem
instante sibi bello sese approbant. Illi uero postquam e chio in naxum traiecerunt
iam premunitos aggressi sunt. Consumptisque quatuor in obsidione mensibus
sumpta quam secum attulerant pecunia et ab aristagora maxima complura de-
sideraret obsidio: ubi moenia naxiis exulibus edificauerunt in continentem re-
uerterunt male affecti. Aristagoras quando quod artaphreni receperat prestare
non poterat: nec exercitui stipendium exigenti dare presertim megabate insinu-
lante apud milites male affectos preterea ne regno mileti fraudaretur. His de
rebus trepidus de defectione consultabat. Contigit enim etiam e suis ab histi-
co uenire quendam compuncto notis capite: quibus histicus aristagoram com-

monefaciebat. ut ab rege deficeret. Id namq; uolens hystieus aristagore indica-
 re: quia alia ratione facere non poterat utpote itineribus custoditis fidelissi-
 mo e seruis caput erasit litterasq; impressit: et hominem retinens quoad capilli
 refruticarent. Vbi illi renati sunt raptissime dimisit miletum: nihil enim aliud
 mandans nisi cum peruenisset miletum iuberet aristagoram eraso suo capite in-
 spicere: Ea autem stigmata significabant ut a me superius dictum defectione.
 Hoc ideo hystieus faciebat: quod magnam sibi iacturam esse ducebat se suis de-
 stineri etiam atq; etiam sperans fore: ut si ab aristagora rebellaretur ad mare
 ipse proficisceretur. Sin miletus nihil noui moliretur nullam sibi uiam ampli-
 us esse ad eam reuertendi intelligebat. Et hystieus quidem hec considerans nu-
 tium mittebat. Aristagoras autem: cui hec omnia consentanea per idem tem-
 pus contigissent retulit ad seditiosos tam de sua sententia q̄ de hystiei man-
 datis: cui cum ceteri assensissent omnes iubentes ut rebellaret hetateus tam
 logoprus idest sermonum auctor initio dissuadere bellum sumi aduersus re-
 gem persarum enumerans cunctas rationes quibus darius imperaret omnemq;
 illius potentiam. Sed cum suadere non posset secundo loco suadere: ut classe
 mare occuparent negans se uidere qua alia ratione id esset euenturum. Sci-
 re enim se uires milesiorum imbecillas esse: si tamen pecunie e templo: qd̄ est
 in brachadis tollerentur: quas croesus hydus reposuisset multum spei concipe-
 re maris potiundi atq; ita pecuniam et ipsos habituros ad utendum hostes
 spoliaturos. Erant autem he ingentes pecunie quemadmodum a me in primo
 libro demonstratum est. Verum ne hec quidem sententia obtinuit. Sed illa
 ut omnino rebellaretur ut unus eorum Myntem nauigaret ad exercitum qui
 e naso reuersus illic agebat ut conaretur duces classiariorum comprehendere.
 Missus ad hoc ipsum latragoras dolo cepit oliatum ibanolis mylassensem: et hysti-
 eum tyinnis termerensem et coem alexandri: quem darius mitilene donaue-
 rat: et aristagoram erachidis cyneum compluresq; alios: Ita ex professo Arista-
 goras defecit omnia in darium comitatus. Et primum uerbo duntaxat tyran-
 nidem immutans statum reip. miletum constituit: ut secum libenter milesi re-
 bellarent. Idem dehinc in reliqua ionia fecit tyrannorum alios enciens alios
 utiq; quos ceperat e nauibus usque aduersus nasum una ierant ut ciuitatib;
 alium in alia urbe diuidens ex quibusq; illorum erat: Quorum coem mitilem
 ut acceperunt sine mora productum lapidibus interemerunt: Cynei suum
 dimiserunt. Postea q̄ alii plures tyranni fuga solum uertere passim per ciui-
 tates tyrannorum abdicatio facta est Tyrannis summotis aristagoras milesius.
 Secundo loco iussit in singulis ciuitatibus constitui singulos magistratus. Mox

Quare Aristagoras a Dario
 deficit.

Cleomenes Anaxandridis fili⁹
ex prineta demarmeris filia.

De Anaxandride leontis filio
et quot filios genuerit.

Dorieus — Anaxandridis
Leonides — ex p^{re} uxore filii.
Cleombrotus

De Dorieo anaxandridis filio.

ipse lacedemonem triremi prolegato missus est. Opus enim erat magnā aliquam comparare societatem. Sparte iam regnum non tenebat anaxandrides leontis filius: quia non superstes erat: sed eius obitu filius cleomenes regnabat non ille quidem propter uirtutis specimen sed propter genus. Etenim anaxandrides ducta in matrimonium sororis filia: quę et si cordi erat: tamen ex ea liberos non suscipiebat. Id cum ita esset ephoris hīc cum uerbis inculauerunt. Si tibi non prospicis certe nobis non est despiciendū euristei genus labefieri. Tu quando quidem uxorem habes quę non concipit aliam ducito gratissimam rem ex hoc spartiatil facturus. Hīs ille respondēs negat se earum rerū alterutram esse facturum. Sed non recte consulere: q̄ ipsum hortarentur repudiata quam haberet uxore innoxia alteram ducē: eoq; se non esse pariturum: Cui ephori atq; optimates consilio inter se habito retulerunt. Quoniam te cernimus amore coniugis quam habes implicitum facito qđ dicimus ac noli repugnare ne quid de te spartiate grauius consulant. Coniugem quam habes ut repudies non postulamus. Quęcūq; ei prestas nunc ea omnia prestato: Alteram tamen inducito præter hanc uxorem: quę sit fecunda. Hęc dicentibus assensus est anaxandrides. Duas dehinc uxores habens binis edibus habitabat haudquaquē spartiatice faciens. Non longo post interiecto tempore uxor quę posterior ducta est parit hunc cleomenem: quem mater successorem regni spartiataz nuncupabat. At prior uxor quę hactenus sterilis fuerat et ipsa concepit hoc fato usa est: quę cum reuera pregnant esset: tamen posterioris uxoris domestici id audientes ac moleste ferentes dicere iactari hoc ab illa animo subiiciendi sibi partum. Itaq; hīs indigne ferentibus exalto tempore pariendi ephori inoredui foemine parturienti custodes assederunt: quę dorieam peperit moxq; leonidem et post hunc gradatim cleombrotum. Sunt qui dicant cleombrotum atq; leonidem fuisse geminos. Quę cleomenem peperit secundo loco in matrimonium ducta prineta de demarmeri filia alterum filium amplius non genuit. Et cleomenes quidem nō compos sed inops mentis. Dorieus autem inter equales omnes primus erat meritoq; putans se ob uirilitatem regno potiturū. Hic itaq; opinione presumens defuncto anaxandride cum lacedemonū cleomenem ex lege qđ maximus natus esset creassent indigneq; tulit id sibi a cleomene imperari. Igitur petita a spartiatil plebe coloniam duxit: neq; delphico usus oraculo in quam terram ad urbem condendam tenderet neq; quippiam consuetorū executus. Adeo rem indigne ferebat in aphricam nauigans ducibus thereis

ad cynipem delatus locum cominuit totius apbrice pulcherrimum iuxta flumen. Sed illinc tertio ciectus anno a macis et aphris et carthaginensibus in peloponnesum abijt. Vbi antichares uir eleonius consilium dedit ex lai oraculis: ut heracleam in sicilia conderet affirmans omnem hericis regionem esse heraclidarum ipso hercule idest hercule conditore.

Hoc ille audito delphos se contulit ad oraculum consulendum nunquid regione ad quam mittebatur potiturus esset. Pythia eum potiturum respondit. Sumpta itaq; dorieus classe: quam in apbricam duxerat italiam preteruehebatur. Ea tempestate, ut fertur sybarite cum theli rege suo bellum crotoniatis erant illaturi. Id metuentes crotoniate Dorieum ut sibi opem ferret orauere. Hic precibus inductus una cum illis aduersus sybarim contendit eamq; cepit. Hec sybarite dorieum et qui cum illo erant fecisse aiunt. Crotoniate negant se peregrinum in bello aduersus sybaritas assciuisse preter unum calliam beleum amadeorum uaticinum et hunc atyle sybaritarum tyranno ad ipsos transfugisse hoc modo: qd sacrificans de eundo aduersus crotonem non litaret. Hec isti quarum rex utriq; testimonia hec afferunt Sybarite quidem phanum ac templum prope crastin lapidum maceriam: qd dorieum capta urbe aiunt extruxisse minerue cognomine crastie: et hoc ipsius doriei necis uolunt esse maximum testimonium qd preter uaticinia agens interemptus est. Si enim nihil nisi id ad quod mittebatur fecisset non transgressus esset ericinam regionem obtinuisset obtentam possedisset non ipse cum exercitu absumptus esset.

At crotoniate monstrant peculiariter donata callie fuisse donanda. Hec pro se utriq; testimonia referunt: Quorum utris accedere ut quisq; maluit uis accedat licet. Nauigarunt autem cum dorieo et alii duces colonie spartatarum deducende Thessalus et parebates et celeas et eurileon: qui ubi cum omni classe siciliam tenuerunt superati a phoenicibus atq; egestanis in prelio occubuerunt uno tantum ex hac aduersa pugna superstiti eurileonte: qui collectis suorum reliquiis occupauit minoam selmusinorum coloniam: selmusiosq; liberauit monarchia pythagore. Hunc cum sustulisset ipse tyrannidem selmuti inuasit. Sed breui monarchus idest unicus princeps extitit. Nam selinus impetu in eum facto cum ad iouis forensis ara confugisset obtruncarunt. Dorieo et uite & mortis comes philippus butacide uir crotonata: qui desponsa sibi filia telis sybarite crotonis profugerat abnegatq; matrimonio transmisit cyrenem ex hac discedens secutus est familiarem triremem ac familiarium uirosum sumptum: qd esset olympio

Aristagoras ad cleomenē
sparthe regem nauigat:
ut eū contra dariū regē
persaz impellat: Sed frust
oīa conatus discessit.

nices. id est uictor certaminis ad olympia et omnium illinc grecorum speciosissimus: ob quam corporis speciem a suggestanis ea que nemo alius reportauit. Nam sepulture eius heroico monumento extracto suggestani hostias offerunt. Hunc in modum dorieus uita fundus est: qui si in animū induxisset sibi ferendum esse cleomenis regnum et in sparta permansisset regno fuisset lacedemoniorum potitus. Nec enim cleomenes imperauit ac si ne liberis decessit una penitus relicta filia nomine gorgo. Cleomene igitur imperium tenente Spartam uenit aristagoras mileti tyrannus: cleomenemq; allocuturus conuenit habens ut lacedemoni auunt cream tabellam: in qua totius terre ambitus erat incisus cunctumq; mare atq; omnia flumina. Huius colloquium ubi uenit ita ad eum inquit. Studium meum cleomenes qui huc ad uenerum non mireris. Non enim ab re hoc fit: prolem ioniam pro libera seruā esse: cum nobis ipsis dedecus dolorq; maximus est. Tum uero uobis et eo maior: quo magis ceteros in grecia antecellitis. Proinde per deos grecos eripite ionem a seruitute consanguineos uestros: quod uobis facile est ad prestandum. Nam neq; barbari sunt uiri strenui: et uos in summum rei bellicę per uirtutem euasistis. Et genus pugnandi eorum eiusmodi est. Breues arcus ac breuia spicula: longas brachas longasq; in capitibus cristas unde faciles capti sunt gerentes in pugnam eunt. Ad hec tantum bonorum est uis qui eam continentem incolunt: quantum non est ceteris uniuersis tum auri: ut ab hoc incipiamus: tum argenti: tum eris: tum uarie uestis: tum iumentorum: tum mancipiorum: quibus uos si potiri libuerit potiemini. Sunt quoq; inter se confines ut ego disseraz. His ionibus confines sunt lydi: qui terram incolunt cum aliarum rerū tum uero feracissimam. Hec autem dicebat ostendens ex ambitu terre in tabella quam attulerat descripto. Lydis uero dicebat aristagora: confines sunt hi phryges auroram uersus pecorum copia et terre ubertate omnium quos ego noui longe beatissimi. Phrygibus confines sunt cilices huius maris accole: ubi hec cyprus insula est sita: qui tributum annuum regi pendunt quingenta talenta. His cilibus confines sunt hi armeni et ipsi re pecuaria abundantes. Armeniorū hac regionem contingunt martieni: quorum terre cilia hec confinis est. In qua iuxta fluuium hunc coaspeim sita sunt hec sula: ubi rex magnus domicilium habet. Atq; hic pecuniarum thesauri sunt. Hanc uos urbem si uos animose ceperitis: iam cum ioue de diuitiis licet certetis. Neq; uero opere pretium est uos suscipere prelia pro terra neq; multa neq; ita feraci: et pro exiguis finibus aduersus messenios uestros consortes et arcades & argios: quibus nihil est neq; auri neq; argenti: quarum cupiditates quis inducitur ad morte periclitandū.

Ergo

Ergo cum offeratur occasio totius asie potiunde aliud quippiam preoptabitur. Hec astragora dicebat : cui respondens cleomenes : Milesie inquit hospes in triduum tibi differo respondere. Tunc quidem hactenus processum est. Vbi uero dies responsioni prestita affuit : et ad locum de quo conuenerat uentum est interrogauit aristagoram cleomenes quot diebus ab ionio mari ad regem sit iter. Aristagoras alioquin et solers et ualde illum antecellens prudentia : in hoc tamen lapsus est : qui non debebat rem ut se habebat illi aperire uolens spartiatas in asiam educere : dixit trium mensium interesse iter. Cleomenes interpellata huius quam ordiri instituerat oratione : De itineris spatio inquit hospes milesie abscede e sparta ante solem occidentem. Nihil enim rationis dicis : cum istud facile sit lacedemoniis qui uis eos trimestri itinere abducere a mari. Hec locutus cleomenes domum abiit.

Aristagoras sumpto oleo rano ad domum cleomenis se contulit : eamque ingressus iubebat precabundus ad se audiendum iniri illius filiam. Assistebar enim cleomeni filia cui nomen erat gorgo unica proles : eaque octo aut nouem annos nata cleomene iubente eum dicere que uellet filioque enim gratia nolle prohibere. Tunc aristagoras incepit polliceri illi undecim talenta si precibus suis annueret. Abnuente cleomene subinde aduciendo eo peruenit ut quinquaginta talenta polliceretur. Ad quod puella pater inquit hospes te corrumpet nisi hinc abis. Consilio cleomenis puellae delectatus in aliud conclaue abiit. Et aristagoras prorsus e sparta abcessit non facta ei amplius potestate iudicandi itineris quod erat usque ad regem. Ea namque itineris ratio ita habet.

Vbiq. sunt regni statui et mansiones ac diuersoria pulcherrima iter omne per loca occulta atque tutum. Id nunc intermissum per lydiam et phrygiam uiginti mansionum hoc est uicinarum castrorum est parasange nonaginta quatuor et dimidiatus e phrygia exceptit fluuius balys : cui imminent porte : quas transire omnino necesse est atque ita fluuium transinittere et presidium quod supra illum est. Transgresso in cappadociam et tam pernitenti usque ad fines cilices duode triginta stathmi sunt parasange centum quatuor in horum montibus positis duplices portas ac totidem presidia pertransis. Hec tibi transgresso et per ciliciam iter facienti tres stathmi parasange quindecim ac dimidiatus. Ciliciam autem ab armenia determinat flumen quod nauibus transitur nomine euphrates. In armenia stathmi diuersiorum quindecim. Parasange sexaginta sex et dimidiatus in quibus presidium est.

Eam fluuii qui nauibus transeuntur quatuor interfluunt : quos transire prorsus necessarium est primus tigris secundus debuc ac tertius eiusdem

Gorgo cleomenis filia.

Iter ab epheso ad susam.

nominis etsi non fluiuius nec ex eodem fluens loco. Nam horum quos enu-
meravi primus ex armeniis fluit alter ex mantienis. Quartus fluiuius no-
minatur gyndes: quem cyrus aliquando in trecentos & sexaginta deduxit
alueos. Ex hac armenia in terram mantienam tendenti stathini sunt qua-
tuor: Vnde in regionem cissiam transeunti sunt undecim stathini: para-
sange uero quadraginta duæ et dimidiatus ad fluiuium coassem et cum
non nisi nauibus transmittendum: supra quem urbs susa est sita. Omnes
autem hi stathini sunt centum undecim. Tot diuersoria stathinorum sunt
ascendenti sardibus susa. Qd si iter regium recte metiatur parasangis et
parasanga ualet quantum triginta stadia ut ualet: sunt e sardibus ad
regiam quæ dicitur memnonia tredecim milia stadiorum & quinquaginta.
1 itaq; peragrande singulis diebus centena & quinquagena stadia consumu-
tur solidi nonaginta dies. Hunc in modum ab aristagora milesio apud
cleomenem lacedæmonium dicente trium mensium iter esse ad regem re-
cte dicebatur. Quod si quis exploratiuis ista inquirat hoc quoq; ego iudica-
bo. Nam iter ab epheso ad sardis hac ratione decet computari. A greco ma-
ri ad susa: hæc enim urbs memnonis uocatur dico esse tredecim milia sta-
diorum et quadraginta: ex epheso ad sardis quinquaginta et quadra-
ginta stadia: Atq; ita tribus omnino diebus producit iter trimestre.
D igræssus e sparta aristagoras athenas contendit tyrannis liberata hoc mo-
do. Postq; hippareum pisistrati filium hippieq; tyranni fratrem: qui in
somnia uisionem cladis sue euidentissimam uidisset interfecere arosti-
giton et harmodius prisco genere gephirei. Post hæc nihilominus athe-
nienses imo magis q; prius tyrannidem quadriennio protulerunt. Visio
autem in somni hipparchi hæc erat. Pridie panathæneorum uidebatur:
hipparchus cernere uirum assistentem sibi procerum atq; speciosum hos
uersus per emigra dicentem Intoleranda leo tolera tolerans animo egro.
N emo iuris poenas meruisti iure rependet. Vbi dies illuxit confestim pri-
se ferebat referre hæc uelle ad somniorum coniectores. Sed mox sprete
uisione misit pompam ubi mortem appetiit. Gephirei equidem erant
percussores hipparchi ut ipsi aiunt fuere a principio ex eretria oriundi.
V erum ut ego interrogando comperio fuere phenices ex iis qui cum cadmo
in terram quæ nunc uocatur boetia uenere eamq; incoluere sortiti ta-
nagritum tractum: unde cadmeis primum per angios exactis iterum per
boetios. hi gephirei expulsi athenas diuerterunt ab atheniensibus recepti
sub conditionibus sunt: ut ciues inter eos essent multum nec memoratu

Vbi urbs susa: quam reges
persarum incolebant.

Parasanga.

Quo Athenarum ciuitas a tyran-
nide pisistratidæ sit liberata.

Qui fuerint hipparchi athe-
nensium tyranni & pisistra-
ti filii interfectores.

Gepherei hipparchi interfe-
ctores unde fuerint oriundi.

dignis quas agerent rebus impositis. Phœniceſ iſti qui cum cadmo adueni-
runt: quorum gepherei fuere: dum hanc regionem incolunt cum alias
multas doctrinas in græciam introduxere: tum uero litteras: quæ apud græ-
cos ut mihi uidetur antea non fuerant. Et primæ quidem illæ extiterūt
et quibus omnes phœniceſ utuntur. Progreſſu deinde temporis una cum
ſono mutauerunt modum priſtinum. Et cum ea tempeſtate in pluriſq̃
circa locis eorum accoleſ iones eſſent: qui litteras a phœnicibus diſcendo
acceperant: eaſ illi cum ſuis pauculis collocantes in uſu habuerunt: et in u-
tendo conſeſſi ſunt: ut ratio ferebat uocari phœniceas: quia eſſent a phœ-
nicibus in græciā illatæ: priſcāq̃ conſuetudine byblorum hoc eſt ſcriporū
pellibus ſcribunt: Qui ipſe uidi apud thebas boetias in iſinenii apollinis
templo litteras cadmeas in tripodibus quibuſdam inciſas magna ex parte
ionibus conſimileſ: Quorum tripodum unus habet hoc epigramma. Obtulit
amphitriō me gentis teleboorum. Hæc fuere circa ætatem lai qui fuit la-
bdaci nepoſ polydori pronepoſ cadmi. Alter tripod hexametro carmine ait.
Sceus in aſſueto pugilum certamine uictor Me te ſacravit ſpecioſum miruſ
apollō. Sceus hic hippocentis filiū fuit: qui tripodem dedicauit: niſi ali-
uſ fuit idem qđ hic nomen habent circa ætatem oedipode laiō geniti. Ter-
tiuſ tripod et iſ hexametro carmine ait. Laodamaſ ipſum tripodem ſua in
urbe monarchuſ Hoc inſigne decuſ tibi in agne dicauit apollō. Sub hoc
laodamante eteocheſ filio qui monarchuſ fuit ideſt ſoluſ principatu eſt
potituſ cicti ſunt cadmei ab argiſ & ſe ad enchelea contulerunt. Gephi-
rei autem poſtea in ſuſpicionem boetiorum cum ueniſſent athenaſ cōmi-
grarunt: ubi ſunt ab eiſ templa extructa ſeorſum a ceteriſ cum alia quæ-
dam tum cereriſ achææ et templum et orgia. Quod fuerit uſum hipparchi
in ſomniſ et unde fuerint oriundi gepherei: ex quibuſ fuere percuſſoreſ
hipparchi a me commemoratum eſt: Vnde oportet ad eum redire ſermo-
nem: quem a principio inſtitueram: qua ratione ſunt athenienſeſ liberati
tyrannide. Hippia tyrannidem obtinente et inſenſo eiſ propter cedem
hipparchi almeonide qui genere ſunt athenienſeſ profugi patria propter
piſiſtratidaſ qm̄ ipſiſ una cum ceteriſ exulibuſ de redeundo tentata om̄i
ope fruſtra fuit: conatiq̃ athenaſ reuertendo liberare uehementer decide-
rant ipſidrium ſuper meoniam cōmunierunt. Dehinc omnia aduerſuſ pi-
ſiſtratidaſ comminiſcendo mercede conduxerunt ab amphitriōnibuſ tem-
plum delphiſ edificandum id quod eſt tunc autem non erat. Enum uero
cum bene numati eſſent ac uiri ſpectati iam inde a ſuiſ maioribuſ extru-

De hippia athenarū tyranno:
q̃ piſiſtrati filiū & hipparchi
frater fuit.

remittit templum exemplari pulchrius: ac cetera omnia. Nam ex lapide porino conuentum esset: et illud facerent: tamen anteriora eius e pario lapide effecerunt. Ut igitur athenienses aiunt: hi uiri delphis sedentes pythiam pecunia persuaserunt: ut quotiens spartiate uenirent siue priuato siue publico agmini petentes oraculum responderet eis: ut athenas liberarent. Lacedemonii cum idem eis semper ederetur oraculum: mittunt anchimolum asteris inter populares eximium cum exercitu ad expellendum athenis pisi stratidas: tamen si hospites suos et in primis amicos. Antiquiora enim duxerunt que ad eos quodque ad homines pertinet. Hos itaque mari nauibus miserunt: cum quibus anchimolus ad phalarum appulsus copias eduxit. Id presciscentes pisi stratide auxilia a thessalia miserunt mille equites cum suo rege Craea uiro comeo. Hos socios ubi habuere pisi stratide hoc exco-
 gitauere. Planitiem phalereorum detergunt. Cumque locum equitabilem reddunt: atque illac equitatum in castra hostium immittunt: equitatus in lacedemonios irruens cum alios multos tum uero anchimolum interemit: ceteros qui superfuere ad naues reppulit. Hunc in modum primus lacedemoniorum exercitus abcessit: extatque in alopeis attice bustum anchimoli iuxta herculis templum: quod est in cynosardi. Post hec lacedemonii maiores copias contra athenas miserunt non mari sed terra: profecto illis duce cleomene anaxandride filio: cum quibus oram atticam inuadentibus congressus primum thessalorum equitatus non diu post in fugam uersus est: fuis supra quadraginta de suis. Qui superfuere: qua quisque potuit recta in thessalam rediere. Cleomenes ad urbem pergens una cum his atheniensibus: qui liberi esse cupiebant obsedit tyrannos intra murum pelargicum redactos. Neque tamen omnino pisi stratidas eiecere lacedemonii: quippe qui de facienda obsidione non cogitauerant: et pisi stratide cibo potuque bene instructi erant. Itaque cum aliquot dies lacedemonii tyrannos obsedissent spartam abiire. Hic tamen casus: qui aliis infaustus idem aliis infaustus extitit. Nam filii pisi stratidarum: qui clam extra regionem seponebantur intercepti sunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbate sunt: et pro redimendis filiis ad uoluntatem atheniensium transegerunt: ut intra quinque dies ex attica excederent. Moxque in bigem: quod est supra scamandrum concesserunt: cum sex et triginta annos regnassent oriundi e philo atque ab beleo ex eisdem prognati: ex qui hi qui fuere codro ac melantho: qui prius aduenticii tam reges atheniensium fuere: eaque de hippocrate pisi strati pater repetita memoria Pisi strati filii nestoris idem nomen filio suo imposuit. Hoc athenien-

Quomodo Pisi stratide ex attica
 discesserunt sex & xxx annis
 potiti tyrannide.

ses modo tyrannis liberati sunt: qui recepta libertate quęcunq; aut fecerunt
 aut passi sunt memoratu digna anteq̃ ionia defecerit a dario: et aristago
 ras milesius athenas oratum auxilia uenerit. Hęc prius dixeram. Athenę
 cum magne fuissent antea: tunc tamen tyrannis liberate extitere maio
 res: in quibus duo uiri prepollebant clisthenes uir alcimeonides: qui ut fama
 fert pythiam persuaserat: et isagoras tylandri illustri quidem familia. Sed
 quoniam uetusta non quęo affirmare: eius tamen cognati ioui cario imolat.
 Hi uiri per factiones de potentia contendebant. Clisthenes cum uinceretur
 populum amplectendo ex quatuor mox decem affectit cognominibus iouis
 filiorum leontis: egicoris et archadei et opletis in alia comutatis: quę ipse
 inuenit aliorum heroum indigenarum preter q̃ aiaces: quem etsi hospitem:
 tamen adiecit utpote finitimum ac socium fuisse. Qua in re uidetur mihi
 clisthenes hic auum suum maternum clisthenem sycionis tyrannum fuisse
 imitatus. Ille enim quia argis bellum gessisset: summouit ex sycione certa
 mina: in quibus argos atq; argiui tantopere celebrantur. Neq; hos modo
 summouit: sed etiam optauit monumentu adraști calamitosi: quod erat
 in ipso sycionorum foro: quia fuerat argius exterminare. Ideoq; delphos a
 diit ad oraculum consulendum nunquid ad rastrum eiceret: cui pythia
 respondens inquit Adrastrum quidem sycionum regem esse: ipsum uero la
 pidatorem. Id non concedente sibi deo clisthenes reuersus excogitabat:
 quo pacto adrastrus ipse demigraret. Quod ubi excogitasse sibi uisus est: misit
 ad boetias nuntiatum uelle se afferre Sycionem menalipum astaci filium:
 eumq; tribuentibus thebanis in urbem intulit. Atq; ei phanum in ipsa curia
 designatum exedificauit: munitissimo in loco in quem intulit menalipum.
 Quod factum deberet existimari tanq̃ inimicissimum adrašto: quod et inece
 stem fratrem eius et tydeum generum menalippus interfecisset. Clisthenes
 ubi phanum extruxit hostias et dies festos menalipo dedit ab adrašto ereptos:
 quibus illum sycionu magno cum honore prosequi consueuerat. Etenim regi
 o hec polibi fuerat: qui cum sine liberis decederet imperium adrašto lega
 uit nepoti ex filia. Eum sycionu cum aliis honoribus prosequiebantur: tum
 uero tragicis choris ita ut non dionysium sed adrastrum uenerarentur. At
 clisthenes choros quidem libero: ceteras uero cerimonias menalipo dicauit.
 Hi et ille in adrastrum egit. Tribus autem doriensium ne forent eedem sycio
 nis quę argis in alia nomina commutauit: ex quibus sycionios multum
 ridiculos reddidit. Quippe suis asim ultima cognomina propriis in
 posuit preterq; tribui sue: cui a suo ipsius imperio nomen indidit idest

Quę postq̃ tyrannis liberati
 sunt: an q̃ ionia a dario de
 fecerit memoratu digna fe
 cerint athenienses.

De clisthene Atheniensi &
 isagora.

abarche itaq; hi tribules archelai uocabantur. Ceterorum alii hyatz idest
 suales alii oneatz idest asinales: alii choeratz idest porcales. His tribuum
 nominibus sycionii et clistene imperante et eodefundo ad sexaginta an-
 nos usi sunt: que postea inter se reputantes in alia transtulerunt: byleos
 pamphilos dimanates. Quartę tribui quam adiecerunt imposito cogno-
 mine egyleę ab egileo adraști filio. Hęc sycionius clisthenes egit. Huius
 ex filia nepos et ab eo nomen habens atheniensis clisthenes et ipse ut mihi
 uidetur prę contemptu ionum ne forent egdem ipsis et ionibus tribus cli-
 sthenem sibi cognominem imitatus est. Cum enim populus atheniensis
 fuisset antea exagitatus postq; omnium auctoritatem ad suam unius re-
 degit tunc tribuum nomina censuit immutanda et plures ex paucio-
 ribus faciendas decem pro quatuor et totidem phylarchos idest tribunos
 a tribuum profectura. Ita populo in tribus distributo atq; composito erat
 multo superior his qui erant contrarię factionis. Separatus in partibus
 isagoras hoc inuicem excogitauit: ut cleomenem lacedemonium aduo-
 caret iam inde ab obsidione pisistratarum sibi hospitem factum: qui
 tamen culpatur: qđ ad uxorem isagorę uenitaret. Is misso primum athe-
 nas caduceatore clisthenem et cum eo alios complures atheniensis: quos
 piaculi insimulabat uidelicet admonitu isagorę hec dicens. Nam Isago-
 ras atq; amici eius non erant affines cuius nisi insimulabantur alcimeo-
 nide et qui erant enagees ita nominabantur qui athenensium piacu-
 lo astricti erant. Cylon quidam atheniensis uir olympionices affectate
 tyrannidis compertus est. Simulato nanq; equalum sodalicio arcem oc-
 cupare conatus. Id cum efficere non potuisset assedit simulacro dei sup-
 plex ipse & socii. Hos illinc sumouerunt magistratus naucrariorum q;
 tunc athenas incolebant data fide puniendi citra mortem. Sed culpa
 mox horum interfectorum fuit penes alcmeonidas. Hęc ante pisistrati-
 statem gesta sunt: ubi cleomenes eiecit per nuntium clisthenem atq;
 piaculares quem clisthenes ipse profugisset: nihilominus athenas uenit
 non magna cum manu. Atq; illinc septingintas familias militares athe-
 niensium tanq; piaculo contaminatas relegauit: quas ei suggererat isa-
 goras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum dissoluere et magistra-
 tus trecentis isagorę mandare uerum reluctante senatu atq; obtempe-
 rare nolente cleomenes isagorasq; cum sue factionis hominibus arcem
 occuparunt: quos ceteri atheniensis cum senatu sentientes biduo obse-
 derunt. Tertio die quicunq; lacedemonii ibi erant accepta fide disces-

serunt raro effecto quod cleomeni dictum est. Nam ei ad occupandā
arcem ascendenti et ad dei penetrale consulenti gratia eunti exurgens
ante q̄ ille ualuas referaret lacedemonie inquit hospes rursus redeas ne
ue templum introeas. Non enim doribus introire fas. Cui cleomenes ego
inquit mulier non sum dorus sed acheus. Itaq; admonitu uti nolens atq;
in conatu pergens tunc quoq; iterum a proposito cum lacedemoniis deci-
dit ceteros ad necem uinxere. Athenienses et in themesisteum fratrem
eius cuius manualia opera atq; strenuitatem in primis referre habeo.
Atq; hi quidem in uincula coniecti mortem oppetere. Athenienses autē
post hec reuocatis clisthene septingentisq; militum familiis: quos cleo-
menes exagitaauerat Sardis mittunt ad contrahendam cum persis soci-
etatem. Intelligebant enim sibi cum cleomene et lacedemoniis esse bel-
landum. Ut sardis uenere nuntii mandataq; exposuere percontatus eos
artaphernes hystaspis filius Sardium pretor quinam homines essent A-
thenienses et ubi terrarum incolentes qui socii persarum fieri optarent.
Vbi id ex nuntiis audiuit: ita eis ingenue respondit. Si regi dario terrā
darent et aquam se contracturum cum eis societatem: Sin minus illos
abscedere precepit. Nuntii inter se collocuti quod societatem facere cu-
perent daturos se esse dixerunt. Quo nomine ubi reuersi sunt uehe-
menter accusati sunt. Cleomenes intelligens ab atheniensibus se & uer-
bis lecti ex omni peloponneso copias coegit dissimulans quemad finē:
cum haberet in animo tum populum atheniensem ulcisci tum Isagoram
constituere tyrannum: qui una cum eo ex arce decesserat. Comparato
exercitu ingenti ipse eleusina inuasit: et ex composito boetii oeonem
occuparunt: et hysie ultimos attice populos et ab altera parte calciden-
ses orx attice populabantur. Athenienses etsi anticipiti bello districti boe-
tiorum et calcidensium ultione dilata arma contra peloponnenses in
eleusine agentes ferunt: dumq; ambo exercitus conserturi prelium essent
corinthii primi omnium secum reputantes iniuste a se agi auerterunt
se atq; abcesserunt. Secundum hos idem fecit demaratus aristonis filius:
qui et ipse erat rex spartiatarum et e lacedemone copias contraxerat:
nec a cleomene superiori tempore dissenserat. Ob quam regum dissensio-
nem lex apud spartam lata est non licere utriq; regi cum exercitu pro-
dire. Nam ambo prodibant. Et iis seiunctis alterum quoq; ex tindaridis.
Reliqui qm̄ et isti ante hac ab eis euocati exercitum ambo comitabant.
Tunc ceteri socii qui erant in eleusine cernentes non conuenire inter se

reges corinthios aciem deseruisse et ipsi dilapsi abierunt. Quarto nunc dorei in atticam profecti sunt: bis ad bellandum ingressi bis ob atheniensium multitudinis commodum. Primum quia megaram coloniam deduxerunt: quæ expeditio recte uocetur sub codro atheniensium rege. Itaque ac tertio dum ad expellendos pisistratidas ex sparta uentum est. Quarto dum cleomenes peloponneses ducens eleusinem inuasit. Ita quarto tunc dorei aduersus athenas expeditionem sumpserunt. Dilapso igitur indecore hoc exercitu ibi athenienses uolentes ultimum ire iniurias primam expeditionem fecerunt aduersus calcidenses: Quibus boeti ad curipum iere suppetias. His conspectis athenienses putarunt sibi cum eis priusque cum calcidentibus pugnam conserendam. Itaque congressi cum illis egregie superant permultisque eorum cecis septingentos capiunt. Eodem die transgressi euboriam cum calcidentibus confligere: quibus etiam uictis quatuor milia colonorum in prædiis equitum reliquerunt. Equites autem apud calcidenses uocabantur locupletes: horum quoscunque ceperunt una cum boetiorum captiuis uinctos in carcerem coniecerunt: quos aliquanto post binis mulctatos inuis absoluerunt: eorumque quibus alligati fuerant uincula in arce suspenderunt: quæ ad memoriam usque memoriam extabant pendentia e muris a medo ambustis e regione coenaculi ad occasum spectantis. Decimam quoque redemptionis consecrarunt facta grea quadriga: quæ ad sinistram manum intrantium statim propylea arcis stabat cum hac inscriptione. Attica perdomitis acri sub Marte iuuentus Botumque populis calcidicæ manu. Damna rependerunt uinctis & carcere ceco: Quarum ista e decima stant tibi pallas equæ. Et athenienses quidem augescabant. Iuris autem equalitatem esse rem bonam non ex uno tantum sed undique datur intelligi. Si quidem athenienses quod diu tyrannis multo omnium primi extiterunt: unde liquet eos dum tyrannis parebant de industria peccasse tanquam domino laborantes. At libertate parta sibi ipse quisque rem gerere properabat. Athenienses quidem ita agebant. Thebani autem post hæc ulciscendi illos cupidi sciscitatum ad eos miserunt: quibus respondens pythia negabat per sese eos posse illos ulcisci: iubebatque ut ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. Reuersis qui missi ad oraculum erant ac responsum exponentibus Thebani illud nihilifacientes quod referebat ut rogarent proximos dicebant. Nunquid non proxime nos incolunt Tanagrei coronei et thespienenses qui nostri assidue commilitones alacri atque concordii in partes animo in bella uobiscum tolerant. Quid hos rogari que-

oportet. Nunquid potius hoc non habendum pro oraculo. Hec illis ra-
tiocinantibus quidam re audita inquit. Ego quid sibi uelit oraculum
uideor mihi intelligere. Asopi due filie fuisse traduntur Thebe et Egina:
que quoniam sorores sunt opinor deum respondere nobis: ut eginetas ro-
gemus: qui uicem nostram ulciscantur. Thebani quoniam nulla q̄ hec
uisa est dici potior sententia: protinus misere ad eginetas orandos auxilia
tanq̄ proximis ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixere se mittere
cum eis cacasas. Societate cacasarum freti thebani cum lacessissent athe-
nienses accepta offensa aduersus pugne iterq̄ auxilia uiroz remissis caci-
dis orauerunt: quorum prece moti eginete tum magnitudine opum in-
flati tum pristinae inimicie quam gessere cum atheniensibus memores
bellum illis haud indictum intulerunt. Nam cum athenienses boetis in-
cumberent ipsi longis nauibus in atticam traicientes cum alios multos
populos in cetera ora maritima tum pbaterum diripuerunt magnam
ex hac re calamitatem atheniensibus afferentes. Inimicitia autem qua
eginete aduersus athenienses debebant ex hoc initio extitit. Epidauri cum
sua ipsius terra nihil redderet de hac calamitate delphicum consulere
oraculum: Quibus pythia misit ut daimie et auxesie simulacra erigerent.
Ea postq̄ erectissent melius secum actū iri. Sciscitantibusq̄ epidauris utrum
ex ere facerent illa an ex lapide respondit se e neutro fieri sinere sed e
ligno oleagino oleo tamen non oleastri. Rogabant igitur epidauri athe-
nienses ut sibi permitterent oleam incidere qđ scilicet deas illas sacratissi-
mas esse existimarent. Fertur etiam nusq̄ gentium nisi athenis ea tempe-
state olea fuisse. Athenienses se uero dixerunt concessuros hac duntaxat
lege: si quotannis illi sacra minere urbane et erecti afferrent. Accepta
conditione epidauri que rogabant impetrauerunt: et simulacra ex iis
oleis fabricata statuerunt terraq̄ suum fructum ferente quod conuenerat
atheniensibus persoluebant. Eo tempore atq̄ superiori eginete inter se
uel actores uel re illuc se conferentes agebant. Verum ex eo tempore fabri-
catis nauibus nullo consilio usi ab epidauris descuerunt: factiq̄ hostes
ac mari potiti cum alias clades inferebant tum simulacro daimie et auxe-
sie surripuerunt: eaq̄ absportato in regionis sue mediterraneo loco statu-
erunt: cui nomen est oee uiginti ferme procul ab urbe stadiis. Hoc in lo-
co illis erectis supplicabant sacrificiis atq̄ iocabundis choris mulierum
dens uiris utriq̄ demonum assignatis: qui choris p̄essent. Nam chori
neminem uirum nuncupabant: sed indigenas foeminas: que ceremonie

apud ipsos quoque epidauros fuerant. Surreptis statuis epidaurum quod fuerant pacti atheniensibus non soluebant: cuius rei cum a nuntiis atheniensium admonerentur reddere rationem cur iniuri non essent. Se nondum apud se statuas habuissent quod conuentum erat exoluisse: eisdem iam uiduatos non debere exoluere. Sed eginetas qui illas haberent: quibus id exigere debebat: ad eas repetendas eginan athenienses misere. Eginete negare sibi quicquam negocii esse cum atheniensibus. Post repetita simulacra athenienses aiunt triremem missam publice cum ciuibus quibusdam: qui eginam cum uenerunt simulacra tanquam eius lignis conatos esse e suis sedibus emoliri ut absportarent. Cumque eo pacto capere nequirent circumdati funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt tonitruum et cum tonitruo terremotum extitisse: eaque de re remiges qui traherent simulacra ab his in amentiam esse conuersos. Et hoc morbo sese tanquam mutuo trucidasse: donec unus ex omnibus relictus est: qui ad phalerum se recepit. Athenienses ita rem gestam esse memorant. Eginete negant illos cum nauis uenisse facile emensse unam nauem atque complusculas: etiamsi sibi mille fuissent naues fuisse propulsaturos. Sed cum compluribus in ipsorum inuasisse: se uero cessisse nec pugna nauali contendere uoluisse: qui tamen planum facere nequeunt an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent cesserint: an uolentes promississent illos facere: quod fecerint: Athenienses quoque quoniam propugnatores obstarent egressos e nauibus ad simulacra se conuertisse: et cum ea suis uestigis amoliri nequirent ita circumdati restibus trahere conatos: donec illud ambo simulacra cum trahuntur fecere rem apud me fide carentem alicui alteri credibilem. Aiunt enim illa procubuisse sibi in genua: atque ex eo tempore semper genu nixa permanisse. Et hec quidem athenienses fecisse: se uero quod audirent sibi bellum ab atheniensibus illatum iri preparasse argios ut sibi aduersus athenienses in eginam descendentes adessent auxilio: eosque cum latuissent hostem in traiciendo epidauro in insulam in athenienses: qui nihil prescissent a nauibus disclusos irruisse: et interea tonitruum ipsis terremotumque extitisse. Hec ab argiis eginetisque commemorantur. Athenienses quoque confitentur unum omnino ex suis incolumem in atticam reuertisse: quem tamen argi aiunt superstitem fuisse: ex attico exercitu: quem ipsi profligassent. Eundem athenienses demonio incolumem nihilosecius perisse hunc in modum.

Cum athenas se recepisset clademque renuntiasset uxores eorum qui ad

uersus eginam profecti fuerant indigne ferentes unum ex omnibus esse
reducem circumfusas hominem prehendisse ac fibulis uestimentorum pu
pugisse percontantes singulas ubi suus uir esset: atq; hoc modo hunc fuis
se confectum. Idq; factum mulierum uisum esse atheniensibus ipsa clade
tristius: In quas cum alia ratione animaduertere non possent uestem ea
rum in iadem mutauerunt. Nam antea doridem uestem gerebant atti
cæ femine simillimam corynthis. Itaq; mutauerunt lineam ne fibulis ute
rentur. Quamq; re uera si ratione utamur non ialis olim uestis fuit sed caira:
quoniam omnis prisca uestis foeminarum grecarum eadem erat: quæ nunc ea
quam doridem appellamus. Preterea argi et eginetæ idem adhuc faciunt
apud quorum utrosq; mos est fibulas facendi secuplas q̃ tunc mensura con
sueuerat: quas præcipue foemine eorum templis deorum consecrate solent: neq;
aliud quicq; atticum illic offerre ne urceum quidem sed ex ollis gentilibus
in posterum ibidem potare: eorumq; contentione processere argi et eginetæ mu
lieres cum atticis: ut ad meam usq; statem fibulas gestarint q̃ antea gran
diores. Odiorum principium eginetarum in athenienses hoc quemadmodum
commemoratum est extitit: cuius rei circa statuas factæ memoriam retinen
tes eginetæ libente thebanorum rogatu auxilium tulere boetis: qui cum
maritima atticæ uastarent: atheniensesq; aduersus eginam expeditionem
inirent: aduenit e delphis oraculum: ut ab eginetis ledendis triginta annos
abstinerent. Trigesimo anno cum phanum eaco dedicassent bellum cum e
ginetis inchoarent: aduotum eis res successura. Sin bellum continuo in
ferrent: fore ut interea multa detrimenta et acciperent et inferrent sed
ad extremum illos subigerent. Hoc oraculum ad athenienses allatum ubi
audire eatenus ei obtemperandum censuerunt: ut eaco phanum dicaret:
quod in foro extructum uisitur: sed triginta annis non esse abstinentum: qd̃
uidelicet audiissent esse fatale multa se passuros indigna ab eginetis si bel
lo abstinerent. His tamen ad ulciscendum se parantibus lacedæmoniorum
extitit impedimento. Siquidem lacedæmonii audito comento alimenidarum
erga pythiam et quæ egisset pythia in ipsas atq; pisistratidas duplicem se
iacturam fecisse animaduertebant: quod et suos hospites e patria eiecissent
et nulla sibi ex hoc facto gratia ab atheniensibus haberetur. Preterea oracu
lis urgebantur denuntiantibus multa ipsis et indigna ex atheniensibus fu
tura: quorum antehac securi fuissent: præsertim ex eo qd̃ a cleomene spar
tam reuerso didicerant. Etenim cleomenes potitus est ex arce atheniensium
oraculis: quæ a pisistratidis prius possessa cum expellerentur relicta fue

rant in templo. Ea lacedemoni ubi per cleomenem accepere et animad-
uertebant athenienses nec ad ipsi obtemperandum ullo modo esse anima-
tos. Preterea genus atticum: qđ sub tyranni fuisſet infirmum et ad paren-
dum promptum nunc parſa libertate ipſi par exiſteret. Hec omnia conſi-
derantes accerſerunt hippiam piſiſtrati a ſigeo belleſponti: quo piſiſtrati
de confugerant. Poſtq̃ hippias accerſituſ affuit accitiſ etiam aliorum ſoci-
orum nuntiſ ita ſpartiate apud eoſ uerba fecere. Agnoſcamuſ uiri ſocii noſ
haud recte egiſſe: qui ementiſ oraculiſ induciti uiroſ qui erant noſtri in
primiſ hoſpiteſ: quiq̃ animum inducebant prebere nobiſ athenaſ obnoxi-
aſ e patria eiectiſ. Et cum hoc fecerimuſ: tamen ingrato populo urbem
tradidimuſ: qui poſtq̃ per noſ liberatuſ deſpexit noſ pariter ac regem no-
ſtrum per dedecuſ detrimentuſq̃ eiecit inflatuſq̃ ſuperbiſ ſanam auget
precipue quidem boetioſ ſuoſ finitimoſ atq̃ calchidenſeſ didiciſſe qui iſti
ſint. Sed fore fortaliſ ut aliuſ quiſ ſi peccauerit idem diſcat. Quare quo-
nam in illiſ agendiſ peccauiſ: nunc demuſ operam: ut illuc una no-
biſcum eunteſ ſuppliciuſ de illiſ ſumamuſ. Hac enim de cauſa hippiam
et uoſ e ſua quoq̃ urbe accerſimuſ: ut publico conſenſu et communi exer-
citu reducenteſ hunc athenaſ reddamuſ ei que abſtulimuſ. Hec ſpartiate:
Que cum alii ſocii non probarent: cumq̃ ſilentium agerent corinthiuſ ſoſi-
deſ ita locutuſ eſt. Eo tempore celum ſub terra ac terra ſuperior celo erit
homineſq̃ domiciliuſ in mari habebunt et piſceſ illud quod antea homi-
neſ: quo tempore uoſ lacedemoni rebus publiciſ euerſiſ tyrannideſ in ur-
beſ introducere conamini: quo nihil eſt in rebus humaniſ neq̃ iniuſtiſ
neq̃ magiſ mortifeſ. Quod ſi uobiſ bonum uidetur ciuitateſ ſubelle tyran-
nidi: ipſi uobiſ principeſ tyrannuſ conſtituite atq̃ ut aliſ conſtituatiſ
operam date. Nunc ipſi tyrannorum experteſ et id in ſpartam contingat
uehementiſſime cauenteſ hoc in ſocioſ ſtudenteſ efficere. Qui ſi eſſetiſ ut noſ
ſumuſ experti meliorem q̃ nunc facitiſ de hac re diceretiſ ſententiam. Cum
eſſet apud eoſ paucorum reguneſ: et ii qui bacchiade uocantur urbem inco-
lerent ultro citroq̃ inter eoſ matrimonia contrahabant. Horum uni nomi-
ne amphion nata eſt filia clauda: cui nomen erat labda: quam quoniam
nemo baccheiadarum ducere uolebat duxit eection echecraſ e petra quid-
tribuſ ſed oriunduſ a lapithe ac cenide: Qui cum neq̃ ex hac muliere neq̃
ex alia toleret liberoſ miſſuſ eſt delphoſ ad conſulenduſ de prole. Eum in-
troeunteſ ſtatim pythia hiſ uerſibuſ compellauit. Ection te nemo licet ſiſ
tantuſ honorat. Conceptuſ pariet ſaxuſ graue labda monarchoſ: Qui

Labda Amphionis baccheia-
darum filia.

cadet in ciues emendabitq; corinthus. Hoc oraculum qđ eedionis reddi-
tum est eodem tendebat: quo alterum antea bacchiadis redditum. Eodē
tendebat haud prius intellectum: qđ hoc renuntiatum est in hęc uerba. Con-
cipit in petris aquila enixura leonem. Robustum seuum genua et qui mul-
ta resoluet. Hęc bene nunc animis uersate corinthia proles: Qui colitis pul-
pallēnem altamq; corinthus. Id oraculum cum ad eam diem fuisset inde
prehensum: simul atq; ex hoc eedionis patuit eodem utrunq; pertinere si-
lentio suppressere animo futurum eedionis filium extinguendi: et ut pri-
mum mulier enixa est miserunt e suo numero decem uiros ad tribum in
qua habitabat eedion qui puerum extinguerent. Isti postq; ad petram per-
uenere et ad eedionis atrium accessere puerum petunt. Labda cur uenisset
ignara paternęq; beniuolentię causa uenisse eos rata affert filium et in uni-
eorum manus porrigit. Erat autem illis inter uiam constitutum: ut qui pri-
mus eorum puerum acceperat is humi illum alliceret. Verum diuina quadā
fortuna puer ei uiro cui a labda traditus erat arrisit: quam rem illi consi-
deranti miseratio subit puerum occidenti. Sed misertus alteri tradidit:
et ille tertio. Atq; ita deinceps per manus traditus infans per omnes decem
transiit ac nemine interimere uolente rursus matri est redditus. Illi egres-
si atq; ante ianuam stantes alius alium incusabant castigabantq;. Sed pri-
mum precipue qui ex conuento non fecisset donec interiecto temporis spatio
placitum est ut rursus introgressi omnes fierent participes cedis. Sed necesse
erat ex eedionis stirpe germinari corinthus permicem. Nam Labda stans, p-
foribus hęc omnia exaudiebat: eoq; metuens ne illi immutata uoluntate ac-
ceptum rursus puerum interimere absportauit filium et in mensura fru-
mentaria occuluit: qui locus uisus est minime inuestigabilis: cum sciret illos
si redirent ad inuestigandum pueri omnia scrutaturos ut et contigit. Nā
introgressis & scrutantibus ubi non apparuit uisum est eis abeundum: atq;
iis a quibus missi essent dicendum se cuncta quę illi mandassent perpetrasse.
Atq; ita reuersi dixerunt. Post hęc eedionis filio crescenti impositum est co-
gnomen cypselo ob periculum hoc qđ deuitauerat in cypsela idest mensura
frumentaria. Vbi in uiri adoleuit etatem consulenti oraculum delphis anceps
redditum est: Quo fretus corinthus occupauit. Oraculum autem hoc erat.
Vr locuples nostras hic qui descendit in gedem Cypselus eetides clare rex esto
corinthe. Ipse & ego geniti sed nulli deinde nepotes. Et oraculum quidem
hoc erat. Cypselus uero tyrannide potitus talis extitit: ut corinthiorum mul-
tos insecutus sit multos pecunia longe plurimos anima priuauerit. Cui

De cypselo eedionis filio: cui
cognomen fuit cypselo ob
periculū qđ in cypsela i me-
sura frumentaria deuitauerat.

De Periandro cypseli filio coryn-
thiorum tyranno.

cum triginta regnasset annos bene uita defuncto, Successit in tyrannide filius periander: qui inter initia mitius agebat q̄ pater. Sed ubi per nuntios consuetudinem habuit cum Thrasibulo mileti tyranno multo magis q̄ pater cruentus effectus. Misso enim preconem Thrasibulum interrogauit: qua ratione ipse rebus tutius constitutis ciuitatem pulcherrime gubernaret. Thrasibulus eo qui a periandro missus erat extra oppidum educto ingressus ē rus quoddam satum et una cum nuntio segetem inter ambulans fascitabatur hominem de suo aduentu ē corintho detruncans atq̄ abiiciens: ut quancunq̄ uidebat spicam inter alias extantem donec segetem formosissimam atq̄ densissimam hunc in modum corripit: prędumq̄ illud peruagatus nullo uerbo reddito preconem remisit. Reuersus corinthum preconem auido preceptionis audiendę periandro negauit sibi quippiam respondisse Thrasibulum: mirariq̄ qđ se ad uirum uesanum periander misisset et sua ipsius destruyente exponitq̄ quę ex thrasibulo uidisset. Periander id a Thrasibulo actum erat intelligens atq̄ interpretans sibi ab illo preceptum ut eminentissimos quosq̄ popularium interimeret. Tunc uero omnem in ciues seuitiam exercuit interficiendo ac persequendo: consumas id qđ a cypselo fuerat omissum: adeo quidem ut uno die uniuersas mulieres corinthios exuerit propter miletiam uxorem suam. Nam cum ad thespyotos qui sunt ad flumen acherontem misisset nuntios sciscitatum mortuorum oraculum de hospitis deposito. Melissa apparens negauit se indicaturam aut dicturam ubinam depositum esset collocatum: quoniam ipsa algeret quia nuda. Nihil enim sibi prodesse uestes cum quibus sepulta esset utputa non concrematas: cuius rei quod uera loqueretur testum foret quod periander in frigidum furnum panes iniecisset. Hęc periandro renuntiata ob illud argumentum fidem fecere: qđ ipse cum melissa quamuis defuncta coierat. Itaq̄ statim post eum nuntium per preconem edixit: ut omnes corinthię mulieres ad iunonis templum prodiret. Eo tanq̄ ad diem festum q̄ ornatisime poterant cum essent mulieres iste depositis clam satellitibus eas omnes sine discrimine exiit ingenuas pariter et ancillas: atq̄ eas uestes ad foueam comportatas melissam precando cremauit. Hęc ubi fecit: et nuntios iterum eodem misit: tunc ei milesse idolum hoc inanis imago exposuit ubinam depositum hospitis collocasset. Huiusmodi est tyrannis lacedemonii uobis & talium operum eoq̄ nos corinthios cum magna admiratio cepit simul atq̄ uidimus accersisse hippiam. Tum uero maior nunc dum ista dicitis propterea deos

græcorum inuocantes testamur apud nos ne uelit tyrannides in ciuita-
tibus constituere: quas non exstinguitis sed excitatis propter equitatem:
dum hippiam reducit: in quo scitote corinthios uobis non assensuros.

Hæc sosides corinthiorum legatus: Quem excipiens hippias eosdem quos ille
deos inuocando dixit cum ceteros tum precipue corinthios desideraturos
pisistratidas. Dum uenissent dies quibus expiare se ab atheniensibus
nequirent: hætenus respondit hippias: qm̄ oracula illa præ ceteris nota
haberet. Ceteri socii qui antea silentium habuerunt audito soside liberi-
us pro se quisq; in uocem erumpentes accedere sententiæ corinthiorum
obtestariq; lacedæmonios ne quid agerent noui aduersus græcam ciuita-
tem. Itaq; ab ea re cessatum est. Hippias illinc profectus offerente sibi
amyntha macedone atheniontem et thessalis iolcon. Neutrum accipere
uoluit. Sed rursus ad sigeum concessit: qd̄ armis pisistratus a mytileneis
eripuerat: eoq; capto tyrannum ibi constituit egisistratum filium notū
ex muliere argia: qui tamen quæ a pisistrato acceperat non tenuit sine
prelio. Nam diu inter mytileneos ac athenienses pugnatum est. Hos ex
oppido achilleo illos ex sygeo prodeuntes: hos repetentes regionem illos
refellentes hac ratione qd̄ dicerent nihilomagiſ uiris esse edibus in a-
grum eliensem q̄ sibi ac ceteris græcis: qui menelao in raptu helenes ope-
ram nauassent. His assidue bellantibus cum alia in preliis gesta sunt tum
illud qd̄ alceus poeta in prelio qd̄ collocatis signis gerebant uincantibus
atheniensibus ipse quidem fuge se mandans euasit. Sed armis eius poti-
ti sunt athenienses: quæ ad templum mineræ in sygeo suspenderunt.

Hanc rem alceus carmini mandata in mytilene reposuit indicans Mena-
lippo sodali suam calamitatem: mytileneos tamen atq; athenienses redu-
xit in gratiam perander incypseli qui delectus arbiter ita eos reconcilia-
uit ut utriq; ea tolerent quæ haberent. Atq; hoc modo sigeum factum ē
atheniensium. Hippias postq; a lacedæmone in asiam abiit cuncta agita-
bat insimulando athenienses apud artaphernem atq; omnem opam dan-
do ut athenienses in illius ac darii uenirent potestatem. Quæ agitantem
hippiam cum accepissent athenienses mittunt sardis nuntios ad dissuade-
dum persis fidem habere exulibus atheniensibus. Sed artaphernes iubere
athenienses si salui esse uellent rursus hippiam reciperent. Athenienses
eam conditionem recusare ac malle professi esse persarum hostes. Dum
ita apud persas insimulantur atq; ita ammati sunt athenienses: hoc in-
terim tempore milesius aristagoras a cleomene lacedæmonio reiectus

De hippia Athenarum tyranno:
q̄ postq; expulsus est ad ata-
phernem se contulit.

Athenienses Aristagorę hortatu
xx. naues auxilio ionibus s'
Darium mittendos decernunt.

Peones a dario Aristagorę
hortatu deficiunt.

Expeditiō Aristagorę con-
tra persas.

e sparta athenas uenit. Nam ea ciuitas inter ceteras prepollebat: ad quā ciuitatem ubi uenit aristagora eadem quę in sparta commemorauit de com-
modis. quę essent in asia: de quo persico bello qđ neq; scutum neq; lanceam
in usu haberent facilesq; essent ad capiendum. Hęc ille referens illa quoq;
addebat milesios esse atheniensium colonos: quos equum esset ab eis liberari:
qui multum pollerent. Deniq; nihil non pollicebatur omnibus precibus ob-
secrans: quod tantopere cupiebat: donec eos induxit. Facilius enim ei uisū
est multos decipere q̃ unum: qui si cleomenem solum fallere non potuit:
Id tamen in triginta milibus atheniensium effecit. Itaq; athenienses persua-
si decreuere uiginti naues ionibus auxilio mittendas melanthio illis prefe-
cto uiro inter populares omni in re spectato. Hęc classis initium malorum
extitit grecis pariter ac barbaris: ante cuius egressum aristagoras reuertus
miletum excogitauit consilium in nullam ionum utilitatem erat redundatu-
rum: Quamq; ne ille quidem hac ratione faciebat sed ut regi dario molestiā
afferret. Et enim misit quendam in phrygiā ad peones qui a flumine stry-
mone erant in captiuitatem adducti a megabizo locum atq; uicum per sese
incolentes: ad quos ut peruenit nuntius ita uerba fecit. Viri peones misit
me Aristagoras mileti tyrannus ad ostendendam uobis si obtemperare uul-
tis salutem. Nunc enim cuncta ionia ab rege defecit: eademq; uobis prestat
facultatem salutis parande ad patriam nostram per quidem usq; ad mare.
Duceps iam uobis cure erit. His auditis peones magnam sane uoluptatē
acceperunt sumptisq; liberis atq; uxoribus ad mare se fuga proripuerunt
non nullis eorum pre metu illic remanentibus. Vbi ad mare peruenere il-
linc in chium transmiserunt. Quo postq; applicuere eorum uestigia insecutus
affuit ingens equitatus persarum: et quia eos assequi non potuit misit in
chium ad illos ut eodem redirent: cuius oratione repudiata a chiis sunt in
lesbum transportati: mox a lesbis in doriscum: unde terrestri itinere se
in peoniam receperunt. Post hec ad aristagoram athenienses uiginti cum
nauibus uenere ducentes unam quinq; triremes eretriorum: qui non athe-
niensium gratia commilitum prestabant. Sed debitam ipsis milesiis gratiā
reddebant. Nam milesi aliquando pro eretriis in bello calcidensi perstiterāt
enim samii contra eretrios atq; milesios calcidensibus opem tulissent. Ari-
stagoras ubi isti atq; alii socii affuere expeditionem fecit aduersus sardis:
non tamen ipse proficiscens sed mileti remanens prefectis aliis ducebus mi-
lesiorum fratre suo caropino ceterorum ciuium bermophanto. Hac classe
iones ubi peruenere ephesum relictis nauibus apud coressum: quod est agri

ephesii: ipsi cum ingenti manu sumptis uis ducibus ephesii ad superiora tendebant. Secundum caystrum tenentes iter. Illinc superato timolo sardis adueniunt: easq; occurrente nemine capiunt: omniaq; eius urbis loca occupant preter arcem: quam artaphernes ipse tutabatur habens non exiguas uirorum copias: que res fuit impedimento: quo minus qui ingressi erant urbem diriperent. Erant sardibus domus plerq; harundinacee: Sed que latericie: tamen ex harundinibus lacunaria habebant. harum unam quidam e militibus cum incendiisset repente ignis e domo in domum dilapsus tota urbem absumpsit. Ardente urbe et uastante iam extrema incendio nec habente regressum lydi & persarum quicumq; in urbe erant undiq; circuuenti ex urbe in forum confluunt et ad amnem pactolum: q; medium forum interfluens: eramentas auri ex timolo illis defert: et deinde flumini hermo immiscetur & ille mari. Ad hunc amnem et ad hoc forum conglobati lydi pariter & perse sese defendere adigebantur. Ione uidentes hostium alios sese tutantes alios magna multitudine se obuiam ferentes metu percussi ad montem qui dicitur timolus se recipiunt: atq; illinc noctu ad naues crematis sardibus deflagrauit una templum cybeles indigene deae: cuius pretextu postea perse templa: que in greca erant cremauerunt. Hoc ubi perse: qui intra halym domicilia habebant rescuerunt. Tunc uero ad ferendam lydis opem conueniunt. Nec adepti sardibus ionas iam illinc profectos eadem uia insecuti comperiunt ephesi. congressiq; cum illis ex aduerso instructis in fugam eos uertunt: multosq; occidunt: et in iis tum alios illustres uiros tum eulacidem eretriorum ducem: qui donatus laurea in certaminibus fuerat et a simonide cieo maiorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui euasere per urbes fuere dissipati. Et tunc quidem ita dimicatum est. Athenienses autem post hec desertis prorsus ionibus: etsi per nuntios ab aristagora magnopere rogabantur: negauerunt se auxilio futuros. Quorum societate fraudati ionas: tamen quia ita aduersus erant: nihilo secius bellum aduersus regem parabant. hellespontumq; iniecti bizantium ac ceteras circa urbes in suam potestatem redegerunt. Inde cuncti magnam carie partem in belli societatem ascuerunt. Nam caunus que prius societatem facere recusa uerat: et ipsa ionibus accessit. Preterea cyprii omnes ultro exceptis amatibus. Defecerunt aut cyprii a medis hunc in modum. Erat onesilus quidam Gorgi salaminorum regis frater natus minor chresis filius Siromi nepos euelthondis pronepos. Hic uir cum sepe numero antea Gorgum sollicitasset ad rebellandum ab rege: Tunc audiens ionas rebellasse uehementius urgere hominem institit: In quo quia nihil proficiebat obseruato tempore dum Gorgus

Quo cyprii a dario rebella
uere duce onesilo.

oppidum egrederetur una cum suis militibus eum portis exclusit. Gorgus oppido exutus ad medos transfugit. Eopotus Onesilus omnibus cypriis ut rebellaret suadebat. Persuasus ceteris amathusos rebellare abnuentes obsidione circumdedit. Dum hic amathutem obsidet Darius ut ei nuntiatum est Sardis captas incensasque ab atheniensibus atque ionibus: et huius comparande classis atque huius rei contexende fuisse auctorem aristagoram milesium fertur cum primum hec audiuit: ionem nihil fecisse probe sciens non fuisse illos pro contemptu sui rebellaturos. Deinde interrogasse quinam essent athenienses. Id cum audisset: tum arcum poposcisse: eoque sumpto sagittam quam impulerat in celum excussisse: et ea in aere excussa dixisse. O iupiter contingat mihi ut athenienses ulciscar. Atque hec locutus cuidam famulorum suorum precepisse: ut sibi semper apposita coena ter diceret: here memento atheniensium. Et cum hoc precepisset: accito ad suum conspectum histieo miletio: quem ipse destinaverat: ita eum fuisse allocutus. Audio histie procuratorem tuum: cui tu miletum demandasti: novas aduersus me res molitum esse. Viros enim ex altera continente persuasit: ut ionem sequerentur: qui mihi commissorum poenas dabunt: eosque induxit ad me sardibus priuandum. Nunc igitur uidentur hec tibi habere: Quorum quidnam sine eius consiliis actum est. Proinde uide ne rursus in culpam. Ad hec histieus: quodnam inquit rex protulisti uerbum? Ne me consulere rem que tibi sit quippiam siue multum siue parum molestie allatura: quid mihi querens ita facerem: aut cuius rei indigens: cui omnia adsunt: que tibi quem tu omnium consiliorum tuorum communione dignaris. Quod si istud quod ais egit procurator meus: sic habeto id eum suo ipsius fecisse consilio. Principio rationem istam non admitto: miletios ac meum procuratorem quippiam rebus nouarum fecisse aduersus statum tuum. Siquid tamen huiusmodi faciunt: et tu id quod est audisti: rex intellige quid rei egeris quod me a mari ablegandum putasti. Nam ionem id agere aggressi sunt: postquam ego ab ipsorum conspectu sum amotus: cuius aggrediendi iam pridem libidine tenebantur. Quod si ego in ionia fuisset nulla profecto se ciuitas commouisset. Proinde nunc prope dimitte me: ut in ioniam contendam: omnia illic negotia tibi in integrum restitutus: et hunc mileti procuratorem in tuam potestatem reddaturus. Hec ex animi tui sententia cum confecero: iuro per deos regios me non prius exuturus hanc uestem: qua indutus in ioniam descendam: quam sardiniam insulam maximam tibi tributariam reddam. Hec histieus uerba fallendi gratia dicebat: Quibus persuasus Darius hominem dimisit.

Quare Darius histieum dimisit.

precipiens: ut posteaq̃ ea que sponderat prestitisset ad se sua reuerteretur. Dum nuntius de sardibus ad regem uenit: Dariusq; illam rem arcu fecit et histieum est allocutus. histieusq; ab eo dimissus ad mare se contulit.

Hoc interea omni tempore hec gesta sunt. Onesilo Salaminio amathusios obsidenti nuntius affertur Artibium uirum inter persas eximium cum magna ui persarum cursum tenere in cyprum: Quo accepto onesilus passim in ioniam dimittit ad iones euocandos: qui non in deliberando cunctati cum magna classe ad eum se contulerunt. Et cum cyprum tenuissent per se eodem e ciliicia traiecerunt: terrestriq; itinere salaminam contenderunt. Phoenicibus classe circueuntib; promontorium: que clauis cypri uocantur. His ea facientibus cypru tyranni conuocatis ionum ducebus dixere. Viri iones uobi nos cypri optionem damus cum utrisq; dimicare malitis cum persis acie configere iam tempus est e nauibus egrediendi et in acie standi. et nos uestras cum phoenicib; dimicemus. Sin cum phoenicibus fortunam tentare mauultis facite quoniam alterutrum opus est deligatis: ut quantum in nobis situm est ionia atq; cyprus in libertatem uendicentur. Ad hec iones commune nos inquirunt ionie consilium nos misit ad mare tutandum non ad naues cypru tradendas: quo ipsi cum persis in terra configeremus. Itaq; nos quidem ubicunq; collocabimur ibi ut operam nauemus enitemur. Vos uero debetis: qualia ab imperantibus mediis passi estis reminiscentes uiros egregios uos ostendere. Hec iones responderunt. Post hec persis in campum salaminum tendentibus cypru reges aduersus alios hostes constituerunt alios cyprios aduersus persas optimum quenq; salaminiorum ac soliensium aduersus artibium persaz ducem onesilus ultro constitit. Insidebat artibius equo in armatum erigere se docto. Quod audiens onesilus ad satellitem suu. Erat enim ei satelles sane q̃ peritus rei bellicę & alioquin solertis plenus. Audio inquit artibi equum edoctum esse se erigere: et pedibus simul atq; ore eum in quem agitur conficere. Proinde tu propere inita ratione: dicito utrum malis obseruare equum ne tibi feriendum an ipsum artibium. Ad quem seruus suus. Ego uero inquit rex paratus sum: et utruq; et alterutrum omnino quicquid imperaueris facere. Promam tamen quid rebus tuis esse conducibilius sentiam. Regem ac ducem oportere cum rege ac duce certare. Siue enim talem occidas decori tibi fore siue a tali quod absit occidaris: quod secundum est dimidium mali esse. Nos uero famulos cum famulis hostium debere configere. Nam qđ

Artybius vir persa a dario
ad cypru recuperandam
mittitur.

ad equum attinet non est causa cur eius artificium extimescas. Reciproco enim tibi cum posthac aduersus neminem se crediturum. Hec illo locuto mox exercitus confligere terrestres naualesq. et classe quidem ionef eo die strenue pugnantef superauere phoenices. Samiorum tamē precipua uirtus extitit. Interea ubi concursus est dum acies dimicant circa imperatores hoc actum est. Vbi artibius equo cui insididebat in onesilum inuectus est. Onesilus ut conuenerat cum satellite qđ ipse in uadentem artibium fecit: eius satelles equi sublato pedes in onesili scutū iactantis falce percutiens absceidit: quo ictu artibius persarum imperator illic una cum equo corruit. Ceteris impugnando occupatis Stesenor curru tyrannus non parum circa se copiarum habens prodidit socios. Curienfes hi argiorum coloni dicuntur esse. Post horum expeditionem statim salaminum: qui curribus uehebantur idem fecere: quo ex facto perse cypriis superiores extitere. Horum acie in fuga uersa cum alii multi occubuerunt uero onesilus chersis qui cyprios ad defectionem deduxerat et soliorum rex aristocypus philocypri: eius inq. philocypri: quem solon athenensis in cyprum profectus inter tyrannos maxime uersibus celebrauit.

O onesili caput amathusii qm ipsos obsederat excisum in oppidum retulerunt: ac supra portas suspenderunt. Quod suspensum cum iam exinanitum esset ingressum apium examen fauo referit. Eadē oraculum amathusius: Hā oraculum consuluere redditum est: ut depositum caput humarent: onesiloq. quotannis tanq. heroi sacrificarent. hoc facientibus melius cum illis actum iri: qđ amathusii ad ineam usq. memoriam faciebant. Iones et alii: qui ad cyprum pugna nauali dimicauerant: ubi didicere res onesili perditas et ceteras cypri urbes preter salaminem. Eam autem pristino salaminios restituisse in ioniam redire maturauerunt. Ciuitatum cypriarum diutissime obsidione in sole pertulit. Sed eam perse quinto mense qđ obsidere ceperunt circū suffosso muro expugnaverunt. Ita cypri cum annum liberi fuissent: denuo in seruitutem sunt redacti. At Daurises qui filiam darii in matrimonio habebat hymees & otanes atq. alii persarū duces et ipsi filias darii in matrimonio habentes persecuti eos ionef qui aduersus sardis expeditione fecerant: postq. in naues repulerunt prelio uictos: dehinc inter se partiti sūt urbes quas expugnaverunt. Daurises quidem conuersus ad urbes in belles ponto sitas cepit dardanum cepit abydon et percopē et lampacum epe son singulas diebus singulis. Cari a peso ad urbem parion contendenti nuntius affertur. Cares cum ionibus sentientes a persis defecisse. Igitur conuerso

Cypri a persis uincunt: onesilusq. ipse occiditur.


Daurises. hymees & Otanes persarum duces contra ionios.

Bellum persarum aduersus caria: qđ cum ionibus sentientes a se defecissent.

itinere ex hellesponto aduersus cariam copias duxit. Sed ante q̄ perueniret de eius aduentu certiores facti cari ad columnas que albe dicuntur conueniunt. atq; ad annem marsiam. qui ex hyadiade regione defluit in meandrum. Ibi coactis caris multe sunt a multis dictę sententię. Sed optima omnium meo iudicio a pixodaro nauali uiro cindimensi qui syennisis cilicum regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc sententia dicebatur. ut transuerso meandro cares a tergo flumen habentes ita demum cum hoste congredierentur. ut sublata spe retro fugiendi atq; ibidem manere coacti redderentur meliores q̄ natura essent. Verum hec sententia non peruenit. Sed illa ut persis a tergo meander esset. ut si perse fugam facientes euaderent tamen in flumen incidentes abire non possent. Post hec adessent perse ac meandrum transissent. ubi super annem marsiam cares prelium conseruere cum persis acce ac diuturnum. Ad postremum multitudine hostium terga uertunt. Quo in prelio persarum cecidere duo milia carum decem milia. ex quibus qui effugerunt ad labryndem in iouis militaris templum se receperunt in magnum atq; sacrum lucum platanorum. Soli autem ex his quos nouimus cares sunt qui ioui militari ostias offerant. Hunc cares cum se recepissent de salute consultabant utrum sese perse dedere an asiam penitus relinquere satius esset. De hac re consultantibus subsidio uenere milesi cum socis. Ibi cares immutata priori uoluntate rursus ad bellum instaurandum animumantur et cum inuadentibus persis concurrunt. Et cum diutius q̄ prius dimicatur. fugantur multis occisis milesiorum precipue. Post acceptam calamitatem hanc cares reparatis copiis pugnauerunt. Audietes enim urbes suas inuasum iri a persis insidias illis in uia que in mylassa fert collocauerunt auctore heracleide sbanolio uiro mylassensi. In eas insidias perse noctu incidentes obtruncati sunt cum ducibus suis Daurise & herimoge & sissamante nec myrse gigis filio. Hunc in modum interiere hi perse. Hymeas autem qui et ipse erat ex insequentibus ionas. qui aduersus sardis militauerant ad propontidem conuersus cepit cion et mysiam. hac expugnata audiens dauristem relicto hellesponto tendere aduersus cariam. ommissa propontide in hellespontum ducit exercitum. cepitq; eos omnes qui oram iliadem incolunt. Cepit item gergitas qui a priscis teucris relicti fuerant. Has gentes cum cepisset hymeas morbo decessit in troade. et hic quidem ita inortem obit. Artaphernes autem sardium prefectus et otanes tertius dux aduersus ionam confineinque eolidem delecti imperatores cepere. Ex ionia

quidem clazomenas ex eolide uero cumam: Quibus oppidis captis arista-
goras milesius ubi hoc accepit non erat compos mentis: ut qui perturbas-
set ioniam et magna negocia confudisset. Itaq; cernens hec: ubi constitit
ei rem effici non posse nec regem darium superari de fugiendo delibera-
bat: Conuocatisq; sue factionis hominibus consulebat satius fore eis si mi-
leto expellerentur in septentrionalia loca aliqua profugere ducentes colo-
niam uel in sardiniam uel in myrcinum hedonum: quam histieus a da-
rio donatus menibus struxerat. Hec aristagoras percontabatur. Verum
hecateus hegelandri uir locopios negabat coloniam alterutro deducenda.
Sed si mileto eicerentur moenia in lero insula edificanda atq; illic quiescen-
dum. Deinde illinc miletum esse remeandum. Hoc consulebat hecateus.
Sed aristagoras cuius sententia erat abeundi precipue in myrcinum de-
mandata pythagore uiro inter populares probato procuratore mileti
ipse secum sumptis omnibus uoluntariis in thraciam nauigauit: regio-
nemq; obtinuit ad quam concesserat. Ex ea profectus cum urbem obsida-
tam ipse q; exercitus eius a thracibus tametsi illinc accepta fide excedere
uolentibus interemptus est et aristagoras: qui ionas ad defectionem in-
duxerat ita oppetit.

HERODOTI ALICARNASEI LIBER
QVINTVS FINIT INCIPIT SEXTVS



ARISTAGORAS QUIDEM
ionice rebellionis auctor ita oppetit. hi-
stieus autem mileti tyrannus a dario co-
meatus adeptus sardis uenit. Eo cum ue-
nisset e suis interrogatus ab artapherne
sardium prefecto quidnam ei uideretur
iones ad rebellandum induxisse. Et cum
negaret se id scire quinimmo mirari

qd actum esset tanq; eius rei prorsus ignarus. Artaphernes qui eum ar-
tificem comperisset in ipsum intuens inquit. Histice sic res hec se ha-
bet. hunc calceum tu quidem consuisti: Aristagoras autem sibi induit.
Hoc artaphernes ad rebellionem pertinens dixit: Quem histieus tanq; rei

gnarum ueritus prima statim nocte fuga se ad mare proripuit regē
darium frustratus: cui sardiniam insulam maximam in illius potesta-
tem redacturum se pollicitus subiit primas partes ionei belli aduersus
darium gerendi. Is cum in chium transmisisset a chiis in uincula cō-
iectus est exploratum habentibus eum a dario illuc iisse ad res molien-
das. Sed ubi omnem cognouerunt rationem: qđ regi hostis esset homi-
nem soluerunt. Ibi interrogatus histieus ab ionibus cur ita prompte
ut ab rege deficeret aristagore delegasset et tanta clade iones affecisset
non dixit causam penes illos merito fuisse sed regem constituisse phoe-
nices e sedibus suis amotas in ioniam transferre et ionas in phoenicem
hac causa litteras se misisse. Cum nihil omnino rex ipse constituisset
ipse ionas terrefaciebat. Posthęc ad persas qui sardibus erant litteras
dat tanq̃ secum antea de rebellionē collocutos: quas litteras fecit per
nuntium quendam hermippum artaniteum. Eas hermippus non iis ad
quos dabantur reddidit sed artapherni. Ille omnibus quę agebantur
cognitis iubet hermippum et eas reddere quibus histieus mittebat: Et
quę uicissim a persis ad histieum responderentur sibi dare. Ita rebus
palam factis artaphernes de multis persarum supplicium sumpsit. Et sar-
dibus quidem tumultus extitit. Histieus autem hac spe lapsus exoratis
chiis miletum reductus est. Sed milesii libenter etiam aristagora liberati
nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendū
ut pote gustata libertate. A quibus histieus sub noctem conatus introire
miletum a quodam milesio in fœmore uulneratus est. Ita reiectus a pa-
tria sua rursus se recepit in chium: atq̃ illinc qm̃ chiōs ad tradendas sibi
naues inducere non poterat traiecit mitilenem: lesbisq̃ ut sibi traderent
naues persuasis octo illorum triremibus armatis bizantium nauigauit:
ibiq̃ subsidens nauigia quę ponto prodebant intercipiebat preter eorū q̃
se paratos obsequi assentiebantur. Histieo et mytilenis hoc agentibus ad-
uersus ipsam miletum ingens exercitus hostium classarius pariter & ter-
restris in expedito erat. Duces enim persarum coactis in unum copiis
cuncti in eam contendebant minoris cetera oppidi facientes. Inter classi-
arios promptissime erant phoenices cum quibus et militabant cyprii re-
cens subacti & cilices et egyptii hos aduersus miletum ac ceteram ionia
uenturos. Cum accepissent ionii miserunt suos quinque primores ad com-
mune grecię concilium. Quibus in eum locum coactis atq̃ deliberantib;
uisum est nullas debere terrestres copias aduersus persas cōthi. Sed

Expediō persarum ad-
uersus miletum.

Grecię concilio de bello
persico.

Lada insula parua adiacens
urbi milesiorum.

Nūc nauium Grecoꝝ ccc lxxiii.
triremes fuit.

milesios moenia per se ipsos tutari ceteros classem instruere nulla nauu
pretermissa instructaq; classe primoquoq; tempore contractos apud lada
ante miletum pugna nauali decernere. Lada autem parua quēdam est
insula urbi milesiorum adiacens. Post hec impletis iisdem nauibus ad lo-
cum presto fuerunt comitantibus eolibus qui incolunt lesbum atq; ita
aciem instruxerunt. Cornu qd erat auroram uersus ipsi milesii cum octo-
ginta nauibus tenebant. His continui prineses erant duodecim cum na-
uibus phocenses uero cum tribus. Phocensibus adherebant lesbi cum na-
uibus septuaginta. Ultimo loco erant samii cum sexaginta nauibus tenētes
cornu occasum uersus. In summa omnium numerus trecentę sexaginta
tres triremes. Tot fuerunt ionice naues barbare uero sexcentę. Quę ubi
et ipse in agrum milesium uenere omnesq; eis peditatus affuerunt tum
uero duces persarum audita multitudine nauium ladum extimuerunt
ne illos superare ne miletum nisi mari potiti essent capere non possent.
et ob id apud darium adirent periculum poene subeundę. Hęc reputantes
contractis ionie tyrannis qui ab aristagora milesio dēdicti principatu ad
medos profugerant et tunc aduersus miletum militabant. Horū quicunq;
aderant conuocatis ita uerba fecerunt. Viri ionel qui uestrum domo re-
gis bene meritus est nunc appareat. Suos enim populares quisq; uestrum
conetur abducere ab reliquis sociis alliciendo illos hac promissione nihil
eos qd rebellauerint molestie sensuros nullas eorū uel sacras uel priuatas e-
des incensum iri nihil uiolentius q̄ antea passuros. Sin minus ista facere
sed omnino decernere prelio uoluerint hęc ei damna dicite euentura: quę
certe euenient ipsos prelio uictos in seruitutem rapiendos: liberos eorum
a nobis castrandos: uirgines in bacra absportandas: terram alii tradendā.
Hęc locutis persarum ducibus ionum tyranni ad suos sub noctem quisq; po-
pulares denuntiatum miserunt. Ionel ad quos hi nuntii peruenerunt con-
temnere hęc: nec animum ad prodicionem faciendam induere sibi quisq;
soli illa persis denuntari existimantes. Hoc simul atq; applicuere miletū
perse actum est. Mox cum ad ladam ionel coacti essent conciliaq; habe-
rentur & alię ab aliis sententię dicerentur. Dionysius phocensis dux ita
locutus est. Quoniam in summo ancipiti res nostre sitę sunt viri ionel
ut aut liberi sumus aut serui et quidem tanq; fugitiui si uultis deuitare
calamitates subeundus est uobis in presentiaꝝ labor. Ita superatis hostib;
liberi esse poteritis. Sin autem ignaui fueritis et ab ordine recesseritis
nullam uestri spem habeo: quo minus poenas regi rebellionis detis. Sed

assentiamini mihi: et uos ipsos mihi permittite: Et ego diu ex quo iuuantibus recipio uobis aut non conuersuros hostes aut si concurrent multo inferiores futuros. His auditis ionēs sese dionysio permisere. Ille classem in cornua assidue producent ut remiges exerceret. Subinde loca inter nauigandum uariare cogebat. Quin etiam propugnatores armatos esse & reliquum diei naues in anchoris stare quotidie laborem ionibus exhibens ad septimum usque diem obtemperantibus atque imperata facientibus. Post eundem diem ionēs utpote talium laborum insueti tum defatigatione tum sole afflicti inter se dixere. Quo nos decorum offensus ista patimur qui desipientes ac mente capti uiro phocensi superbo tris naues omnino habenti nos permisimus eumque toleramus: Quos ille sumptos perdit intolerabilibus erumnis: quorum multi in morbum inciderunt. multi idem passuri uidentur: quibus satius est quiduis aliud quam hec mala pati: atque adeo seruitutem siqua futura est expectare quam presenti afflicti. Agite deinceps huic ne obtemperemus.

Hec inter se locuti deinde neino ei parere uelle: sed tentoris more more militari in insula defixis frui umbraculis ac nosse naues ingredi neque ad munia sua redire. Id animaduertentes samorum duces et magnam ionium confusionem putauerunt sibi admittendam orationem persarum: quam per nuntium habuerat Eaces sylsontis rogans ut a sociis deficerent: cum presertim non fieri posse uideretur: ut regis presentiam superarent ac probe scirent si presentem classem superassent aliam quincuplo maiorem afflaturam. Hacti igitur occasionem ubi primum uiderunt ionas negantes se in officio futuros: lucrifaciendum putauerunt suorum sacrorum atque priuatorum conseruationem. Eaces autem cuius orationem admissere samii filius sylsontis eacis filius samii tyrannus ab aristagora milesio exutus principatu quemadmodum alii ionie tyranni. Itaque postquam phoenices nauigare aduersus ionas coeperunt. Ionēsque ipsi naues in cornua digestas producere: ac propius uentum est: preliumque conseruitum tunc quoniam ionēs ignaui: qui ne egregii fuerint haud queo pro comperto scribere: quia alius in alium reicit culpam. Dicuntur tamen samii quemadmodum cum eace composuerant sublati uelis ex acie excessisse samumque abiisse: preter decem naues quarum trearchi permanserunt dimicaruntque uolentes dicto esse audientes suis ducibus. Quo ex facto comune samorum concilium eis donauit: ut ipsorum nomina maioribus repetita tanquam egregiorum uiroque scriberentur: extatque is lapis adhuc in foro. Lesbii uidentes samios qui iuxta erant fugam capessere idemque fecere quod samii. Cum id plerique ionium facerent qui pugnando prestitere: ubi

† nauale prelium inter grecos
ac persas: in quo greci superant.

precipue circumuenti sunt : et quia nolebat perfide agere edita egregia
 opera oppressi : qui ut superius dictum est centum naues cum attulisset
 singulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum ciuium et si cer-
 nerent per multos sociorum esse proditores tamen inique se facturos cen-
 suerunt : ut illorum similes essent. Sed relictis cum paucis discursando di-
 micauerunt : donec compluribus captis hostium nauibus pluribus suarum
 amissis cum ceteris in terram suam profugerint. Quorum uero naues in-
 ualide : quia lacerate erant in chio insequente hoste ad nichalen fugien-
 tes in partibus terre nauibus ac relictis per continentem pedestre iter fece-
 rint : Et cum in agrum ephesium ingressi essent sub noctem ad urbem
 contendebant : cum illic a muliere sacra legifere cereris fierent : quos ar-
 matos ephesii in agrum suum uidentes cum de eis nihil audissent suspi-
 cati fures esse & ad mulieres tendere uniuersi ad uim arcendam procur-
 rerunt chiosque interemerunt : et hi quidem hoc casu occiderunt. Dio-
 nysius autem phocensis posteaque res ionum accisas intelligit captis tribus
 hostium nauibus abiit non iam in agrum phocensem probe sciens cum cetera
 ionia direptum iri. Sed ut erat recta contendit in phoenicem : ubi
 nauibus onerariis spoliatis raptaque ingenti pecunia in siciliam nauigauit.
 Atque illic prodeundo latrocinia agitauit in nullum quidem grecorum : sed
 in carthaginenses ac tyrrhenos. At perse uictis pugna nauali ionibus mi-
 letum a terra atque a mari obsederunt suffossisque muris et omni genere tor-
 mentorum admoto eam ab arce ceperunt sextoque rebellauerat aristagoras
 anno atque diripuerunt ut defuncta sit ea calamitate quam oraculum
 predixerat. Siquidem argiis apud ciuitatis sue salutem consulentibus
 oraculum promiscuum redditum est : quod in ipsos quidem argiuos ten-
 debat : sed ex adiectione ad mylesios. Quod quatenus ad argios pertinet
 cum ad eos uenerimus referemus : quatenus autem ad milesios ita habet.
 Tunc quoque commentrix operum milete malorum Per multos coena et pre-
 stantia munera fiet Crinitisque pedes tua pluribus abluet uxor Hostri erit
 aut aliis delubri cura gemellis. Hec tunc milesius contigerunt : cum ex
 eis plerique uiri a persis qui criniti erant sunt cesi uxores ac liberi in pre-
 dam cesserunt : templumque quod erat ingens et delubrum atque oraculum
 deflagravit. Nam pecuniarum que in hoc templo erant sepe alibi men-
 tionem fecimus milesii qui conseruati a cede debinc susa producti sunt.
 Quos rex nulla alia poena afficiens collocauit in urbe ampla ad mare quod ru-
 brum uocatur sita : ubi fluuius tygris eam preterfluens exit in mare. A-

Perse miletum expugnant.

grum milesium urbi circumiectum atq; planitiem ipsi perse obtinuerunt.

Montana caribus pedasensibus possidenda cesserunt. Hec milesiis agente persaz passis non reddiderunt uicem sybarite qui urbe exuti laon et sciron incolebant. Nam sibari a crotonatis direpta uniuersi milesii qui puberes erant & ingentem luctum adiecerunt. Ex omnibus enim ciuitatibus: quas nouimus he precipue mutuo hospitio iungebantur. At non ite athenienses. Sed mileti expugnatione se permolestie tulisse tum aliis multis rebus declararunt: tum uero hac qd phenico docente actum que de mileto direpta fecerat & theatrum illachrimauit: et athenienses cum qd domestica mala refricuisset mille dragmis multauerunt adiecto interdito ne quis postea eo actu uteretur. Et miletus quidem milesiis desolata est. Samiis autem qui aliquid habebant. Adeo non id quod sui duces erga medos fecerant probabatur: ut inito secundum pugnam nauale consilio uisum sit prius qd eo tyrannus eaces ueniret in coloniam profisci ne manentes & medis seruirent et eaci. Et enim per hoc idem tempus Zandei qui sunt sicilienses missis in ioniam nuntiis sollicitabant ionas ad pulchrum littus cupientes illic urbem ionum condere. Hoc autem littus qd pulchrum dicitur siculorum quidem est: Sed ad tyrrenum sicilie uergit.

His ergo sollicitantibus soli ex ionibus samii cum iis qui effugere milesiis eo concesserunt: quibus in siciliam tendentibus iamq; appulsis locros qui sunt zephyris hoc rei contigit: ut interea Zandei una cum suo rege: cui nomen erat scythes obsiderent urbem siculorum: ut eam expugnarent. Idq; cum didicissent anaxileus tyrannus reginus: qd erat Zandeoz hostis audiens samios suauis esse: ut pulchrum littus ad quod nauigarent ualere sinerent et Zandam occuparent. Samii persuasi Zandam occupaerunt. Id Zandei cum audissent: urbi sue suppetias eunt aduocato hippocrate selis tyranno. Erat enim is eoz socius. Qui posteaq; ad illos iuuandos cu exercitu uenit scythes Zandeoz monarcho tanq; urbis desertori et fratri et pythogeni uincula indidit: eosq; in oppidum mycum relegauit: ac ceteros Zandeos samiiis cum quibus publice locutus fuerat: et accepto iure iurando prodidit pacta mercede: ut dimidium omnis prede urbis atq; captiuoz ipse haberet: item omnia que in agris essent: quanq; plerosq; Zandeoz titulorum captiuorum in uinculis habebat: quorum summos quosq; trecentos samiiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt.

Ceterum scythes Zandeoz monarchus ex inycoprofugit in himetam: atq; illinc transiit in asiam ascenditq; ad darium regem: quem Darius iustis

simul omnium uiroz censuit: qui e greca ad se ascendissent. Nam cum ex-
 orato rege in siciliam abiisset: rursus a sicilia ad regem rediit: donec natu-
 grandior ac beatus apud persas excessit e uita. Samii itaq; medis liberati Zan-
 dam urbem pulcherrimam nullo negotio adepti sunt. Post nauale prelium
 pro mileto gestum phoenices iubentibus persis eacem sylosontis tanq; de ipsis
 bene meritum et qui egregiam operam nauasset samum reduxerunt: que
 ciuitas sola ex omnibus que a dario rebellauerunt ea fuit: cuius neq; urbs neq;
 templa incenderentur: qd in pugna nauali a sociis defecisset. Statim ab ex-
 pugnatione mileto perse cariam cepere ciuitatibus partim se ultro dederunt,
 partim adactis. Et quidem ita gesta sunt. Histieo autem milesio: dum circa
 bizantium agit et ionum onerarias naues: que e ponto cursum tenebant
 interceptit. Afferitur nuntius de rebus ad miletum gestis. Itaq; negotiis ad
 bellespontum pertinentibus Bisalti apollophanus abydmo delegatis ipse ha-
 bens lesbios in chium nauigat et apud locum quendam agri chii: ubi uocat
 concaua regionis: qd ab eius presidio non reciperetur congressus permultos
 interficit tam eorum q; ceteroz chiorum: et ex oppido quodam progrediens
 cum lesbii chios utpote ex pugna nauali male affectos subegit. Sed uidelicet
 quotiens ingentes sunt euenture calamitates uel ciuitati uel nationi solent
 signis prenuntari. Etenim chios ante hanc cladem ingentia signa contige-
 rant. Vnum qd ex choro centum iuuenum quos miserant delphos duo omio
 rediere nonaginta octo pestilentia absumptis. Alterum qd sub idem tem-
 pus paulo ante naualem pugnam rectum supra pueros discentes litteras corru-
 it ita ut ex centum uiginti pueris unus omnino euaserit. Hec eis signa deus
 premonstrauit. Posthec excepit pugna naualis: que ciuitatem ingenuam
 ut aiunt deiecit. Accessit ad cladem pugne histieus cum lesbis: qui chios
 iam exhaustos facile ad excidium deduxit. histieus illic cum multa ionu
 et eolum copia aduersus thasum contendit: cui thasum obsidenti cum esset
 nuntiatum phoenices a mileto in reliquam ioniam profectos esse thasum
 inexpugnatam reliquit atq; in lesbium traiecit cum omnibus copiis: et il-
 linc qd copie sue formidabant traiecit in prouinciam artanis tanq; frumen-
 tandi gratia tam illinc q; ex agro ecchaico: qui erat misoz. Erat in his lo-
 cis forte harpagus uir persa non parui exercitus dux: qui cum histieo egres-
 so in terram certamine commisso et ipsum histieum uiuum cepit et ma-
 iorem exercitus partem occidit. Hunc autem in modum captus est histieus.
 Dum greci cum persis pugnarent apud malenam regionis atarnidis ac diu
 perstarent mox equitatus emissus in grecis impetum dedit: Quo ex facto

histieus post miletum patriā
 a persis expugnatā chium sube-
 git.

histieus pugna cum harpago
 persa comissa capitur.

uersis in fugam grecis histieus haud credens ob presentem noxam se interfectum iri ab rege ob quandam uite cupiditatem captus est: qui ut fugies a quodam persa: utq; ab eodem erat transfodiendus sese milesium histieum lingua persica utens indicauit: Quem opinor si seruatus ad regem darium perductus fuisset nihil mali fuisse passurum remissa ei a dario culpa. Nunc ne id contingere neue fuga elapsus rursus apud regem magnus existeret.

A rtaphernes sardium pretor & harpagus: qui ceperat eum sardis perductus in cruce sustulerunt tam truncum. Nam caput sale conditum sula ad regem darium detulerunt. Ea re audita Darius oburgatus qui id fecerat: qd hominem uiuum in conspectum suum non attulissent iussit histiei caput eos elotum atq; obuolutum sepelire tanq; uiri de ipso ac persis bene meriti. Ita res histiei habent. Persarum nautice copie circa miletum hybernantes altero a profectioe anno haud difficulter insulas continenti adiacentes ceperunt: chium, lesbium, tenedum: quarum insularum: ut quamq; capiebant euerriculabant. Euerriculabant autem hunc in modum. Viri manu mutuo tangentes a mari aquilonari ad australe pertranseunt. Post hec omnem insulam peragrant uenando homines. Ceperunt quoq; in continente urbes lades eadem ratione preterq; quod non euerriculabant homines. Neq; enim poterant: ut non falso cesserint ea: que duces persarum minati sunt ionibus: cum ex aduerso castra haberent. Nam postea q; potiti sunt urbibus: formosissimos quosq; puerorum seligentes castrauerunt excelsis testiculis facientes eunuchos: uirgines speciosas ad regem transportarunt. Et super hec urbes cum ipsis templis cremauerunt. Ita tertio ionel sunt in seruitutem redacti a persis. Profectus ab ionia naualis exercitus omnia que sunt ad leuam in hellespontum nauigantibus subegit. Nam que sunt ad dexteram iam subacta erant a persis per continentem hellesponti autem hec in europa sunt: chersonesus in qua frequentes sunt urbes: et perinthus et super thraciam muri, esilibria et bizantium: Quorum bizantium et qui in ulteriori in litore sunt chalcedonii: ne expectauerunt quidem aduentum phoenicee classis: sed relictis suis urbibus in interiora euxini ponti recesserunt: ibiq; urbem mesambriam condiderunt. His urbibus quas commemorauimus incensis phoenices ad preconesum & artacem conuertuntur: quibus et ipsis igni traditis rursus in cheronesum reuehuntur: euersuri ceteras urbes: quas superiore accessu non euerterunt. Nam cyzicum ab initio ne accesserant quidem: qd ipsi cyziceni iam ante aduentum hunc classis phoenicum sub rege erant: cum se bari filio megabizi: qui dasyli preses erat

Mors histiei milesii.

De Milciade cypseli filio.

dedissent. Ceteras chersonesi urbes præter cardiam phoenices subegerunt: quarum ad id tempus tyrannus fuerat milciades filius cimonis nepos stesagore: cuius imperii auctor fuerat milciades cypseli filius. Ad hunc modum dolonei thraces: qui chersonesum hanc tenebant cum ab aspinthis bello vexarentur reges suos ut de bello consulerent delphos miserunt: Quibus pythia respondit: ut colonie in suam terram deducende cum auctorem asciscerent: qui primus eos e templo abeuntes hospitio mutasset. Dolonei sacram viam ingressi per phocenses atq; boeotios iter fecerunt: a quorum nemine inuitati athenas diuertunt. Ea tempestate athenis omne quidem imperium tenebat pisistratus. Dominabatur tamen milciades cypseli ex familia tethrippotrophi ab eaco et egina oriundus: nuper familia facta atheniensi: cuius auctor extitit phileus aiacis filius. Milciades hic ut sedebat in domus sue uestigio cernes doloneos prætercuntes non illius loci uestem gerentes neq; tela homines inclamauit accedentibusq; obtulit domicilium & hospitium congrarium. Illi in domum excepti aperuerunt ei oraculum precesq; addiderunt: ut deo obsequeretur. Milciades ea oratione audita confestim persuasus est: ut qui perthesus imperium pisistrati cupereatq; illinc commigrare protinusq; delphos se contulit oraculum consulturus nunquid facerent qd a doloneis rogaretur. Iubente pythia ita milciades cypseli: qui quadrigario curriculo prius olympiacam palmam reportauerat una cum doloneis nauigauit sumptis atheniensium uoluntariis quibusq; ad expeditionem incundam et ubi locum tenuit ab his qui se deduxerant tyrannus creatus est. Is ante omnia chersonesi isthmum idest breuem inter duo maria intercapedinem ab urbe cardia ad paptiam muro præcepit: ne ab aspinthis regionem incurstantibus infestari possent. Est autem isthmus hic triginta stadiorum ac sex ab isthmo introrsum omnis chersonesus quadringentorum uiginti stadiorum est longitudinis. Interceptis igitur faucibus chersonesi milciades atq; hoc modo absinthijs cohibitis primis ceterorum lampfacenis intulit bellum. Illi dispositis insidijs eum uiuum exceperunt. Ea re croesus lydius audita. Erat autem croeso milciades carus per nuntios lampfacenis præcepit: ut hominem missum facerent: alioquin se illos in morem pini extritutum comminatus est. Hac oratione nutantibus lampfacenis quid sibi uellet qd croesus minabatur se illos in morem pini extritutum: Vix tandem quidam e maioribus natu intelligens quid illud esset exposuit inquitens pinum ex omnibus arboribus solam esse: q

excisa nullam sobolem remittit: sed prorsus emoriatur. Eapropter ueriti croesum lampfaceni solutum milciadem remiserunt. Ita milciades ob croesum euasit: qui postea sine liberis moriens imperium atq; opes tradidit Stesagore cimonis sui e matre germani ei defuncto chersonite ut mos est conditori urbis sacrificant certamenq; equestre ac gymnicum statuto tempore celebrant: in quo nulli lampfacenorum certare permittitur. Durante cum lampfacenis bello contigit ut Stesagoras quoq; liberis orbus decederet: apud curiam percussus securi in capite a quodam qui se trassugam uerbis simulabat sed re ipsa q; hostis erat atrocior. Stesagora hunc in modum defuncto tum ipisi stratide milciades cimonis fratrem defuncti cum trireme ad suscipiendas in peloponneso res dimiserunt: in quem et athenis beneficii contulerant tanq; non sane consciu mortis cimonis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo milciadis ut uenit in chersonesum domi se continebat in honorem uidelicet Stesagore fratris: quod audientes chersonite undiq; ex omnibus ciuitatibus principes contraxerunt ad lugendum cum milciade fratris necem. Hi postq; nouerunt illic in uincula coniecti sunt: et milciades chersonesum obtinuit conductis quingentis auxiliariis: filiamq; olori regis thracie egysipylam duxit uxorem. Quem etsi nuper illuc profectum: tamen non mediocria sed grauiora sane negocia exceperunt. Nam tertio q; hec gesta sunt anno e chersoneso profugit non ausus expectare uenientes scythas nomades: qui ab rege dario irritati coactis copiis ad hanc usq; cheronnesum processerunt. Illis digressis eum rursus dolonei reducere tribus annis ante q; aliis curis impli caretur. Tunc phoenicum apud tenedum esse cum audisset quinq; cum triremibus: quas presentibus facultatibus impleuerat athenas nauigauit soluens ex urbe cardia: qui dum per sinum nigrum transmissa chersoneso cursum teneret a phoenicum classe circūuentus ipse quidem cum quatuor triremibus ad umbrum euasit: quintam tamen phoenices insecuti ceperunt: cui preerat milciadis filius natus maximus. Methiocus uero ex filia olori thracum regis sed ex alia muliere eum phoenices cum milciadis filium esse cognouissent ad regem perduxerunt rati se apud eum magnam inueniunt gratiam: quoniam milciades in dicenda apud ionas sententia suasisset ut scythis regnantibus ionas soluta rate domum abire obtemperaret. Oblato tamen sibi methioco Darius tantum abest ut quicq; mali fecerit: ut permultum eum bonis affecerit. Donauit enim domo facultatibus uxore etiam perside: ex qua geniti liberi sunt: qui inter persas censentur.

De Mardonio cobrys filio
Darii Genero: deq. iis que
ab eo gesta sunt.

Milciades autem ex umbro athenis peruenit. Neq. hoc anno quicq. est a per-
sis amplius in ionas seuitum sed benigne sane cum eis actum. Hoc anno
artaphernes sardium preses accitis hostium nuntiis adegit ionas ad pacti-
ones inter se faciendas de tradendis mutuo his qui iniurias intulissent:
neq. quid inuicem ferrent aut agerent. Ad hoc adactis ionibus per parasan-
gas. Ita enim perse tricena stadia appellant. regiones diuisit. regionatimq.
uedtigal instituit: qd regi penderent: qd uedtigal ab artapherne institutu
ad meam usq. etatem qui illic fuerunt pependerunt eadem pene qua prius
conditione institutum. Et hec quidem illis pacata erant. Ceteri inuente
statim uere aliis ducibus ab rege abdicatis Mardonius cobrys filius adhuc
adolescens & recens in matrimoniu accepta darii filia Artorostra ad mare
descendit permagnas peditum classiariorq. copias. Quo cum exercitu postq.
in ciliciam peruenit ipse conscensa naui abiit aliis ducibus pedestres copias
in hellespontum ducentibus: Vbi preteructus asiam in ioniam peruenit.

Mardonius miram hic rem ego referam iis grecis qui non assentiuntur. Otane
inter septem persas suasisse potiorum esse persis statum popularem abdic-
tis tyrannis. Mardonius statum popularem constituit. His actis in helles-
pontum ire contendit: Vbi coacta ingenti uinauum ac peditatus eas co-
pias traiecit hellespontum per europam iter eretiam uersus atq. athenas
faciebat. He igitur ciuitates pretextum Dario erant belli inferendi. Sed in
animo habebat q. plurimas posset grecar. ciuitatum subicere. Nam et classe
thasios nec manum ex aduerso leuantis subegit & peditatu macedonas ul-
tra eos qui iam seruebant in seruitutem redegit. Eteim que intra macedo-
nes sunt nationes iam subacte erant. Hec classis e thasio transmittens ac
terram legens ad echantum usq. processit: et ex achanto soluens dum athon
circuuenit uentus aquilo uehemens atq. admodum atrox et intolerabilis dr
in eam ingruisse. nauiumq. plerasq. in athon propulsas ad trecentas affluxis-
se: ut supra uiginti milia hominum interierint. partim qd natare nesciret
partim qd patris allisi. Nam seuiissimum circa athon est mare. partim gelu
absumpti. Et cum nautico quidem exercitu ita actum est. Mardonium aut
cum pedestribus copiis statiuahabentem thraces brygi sub noctem inuasit:
et cum alios multos ex eis occiderunt: tum ipsum mardonium uulneraue-
runt. Sed non ideo seruitutem persar. deuitare potuerunt. Nam mardo-
nius non prius decessit q. illos in suam redegit potestatem. His subactis rur-
sus reduxit exercitum ob acceptam apud brigos calamitatem in exercitu
terrestri. tum ob maiorem in classe ad athon ita hic exercitus pugna turpi

ter gesta rediit in asiam. Insequenti anno darius thasios ante omnia a uici-
nis insimulatos tanq̃ defectionem molientes inisso nuntio iussit diruere mu-
ros et naues in abdera recipere. Nam thasi ut qui ab histieo miletio fuerat
obsessi & prouentus magnos habebant pecunia multa utebantur: tum in com-
pingendis nauibus longis tum ualidioribus muris urbi circūdandis. Erant
autem eis prouentus ex continenti atq; ex metallis. Ex fossicia quidem me-
talloy aureorum materia septuaginta talentoy. Ex thasus autem metallis
minus sed tamen frequenter ita ut thasi forent immunes tributoy fuerint
ei in sūma prouentus a quot annis ex continenti atq; ex metallis ducenta
talenta et quando plurimum trecenta: Quę metalla ipse quoque inspexi-
et tamen longe admirabiliora fuere quę phenices hi qui cum thaso eam in-
sulam condiderunt inuenere quę insula ab hoc thaso nomen obtinuit. Hęc
thasis phoenicia metalla sunt inter lacum qui uocatur enirorum et cym-
roy sita atq; e regione samothracie ingens mons indagando euersus est. Et
hoc quidem huiusmodi est. Thasi autem iubente dario et muros suos diru-
erunt et naues omnes in abdera receperunt. Post hęc darius quid in animo
gręci haberent pugnare non secum an sese dedere tentandum ratus legatos
per gręciam dimittit alios alio iussos petere terram et aquam hos in gręciā
alios item ad tributarias sibi maritimas ciuitates mittit imperans longas
naues fieri & hippoferas idest naues quibus equi ferunt. Dum hęc isti com-
parant legatis per gręciam euntibus & quę perses preceperat petentibus ter-
ram & aquam multi in continente populi dederunt. Insulam quoq; cum alii
omnes ad quos eadem petaturi legati accessere tum uero eginete. Quade-
re continuo athemenses irritati sunt: qđ putarent hostili in ipsos animo de-
disse Dario terram et aquam eginetas: ut una cum persa aduersus athenas
militarent. Itaq; libenter occasionem contra eginetas amplexi spartam pro-
fecti illos insimulauerunt quod ex eo qđ fecerant gręciam perdidissent.

A d hanc delationem cleomenes anaxandride spartiatarum rex eginam trās-
misit animo precipuos eius rei auctores comprehendendi. Conanti illos com-
prehendere tum alii eginete intercesserunt tum precipue cuius polycriti ne-
gans eum gauisurum si quem abduceret eginetarum. Nam id eum facere
sine cōmuni consilio spartiatarū sed ab athemensibus pecunia corruptum
alioquin cum alio rege uenturum fuisse ad se comprehendendos. hoc autē
dicebat ex epistola demarati. Eum cleomenes ab egina discedens interro-
gauit: qđ ei nomen esset ille respondit qđ erat crios idest aries: Cui cleo-
menes Crie inquit iam nunc preferrato cornua tanq̃ occursum magno

Darii legati in Gręciā tendunt
terram & aquā regi dario pe-
titum.

malo. Sparte per id tempus manens demaratus cleomenem insimulabat. Et ipse rex spartiatarum nulla alia nisi familia inferior cleomene. Ab eodem enim oriundi. Sed familia euristenis: qui primigenus fuerat non nihil honoratior erat. Et enim lacedemonii nulli poetarum assentientes negant se in eam quam nunc possident regionem deductos a filiis aristodemi sed ab ipso aristodemo regnante: qui fuit aristomachi: qui fuit cleo dei: qui fuit hylli filius. Nec multo post aristodemi uxorem nomine eginam: quam dicunt fuisse filiam autelionis qui fuit Tisamen: qui fuit thesandri qui fuit polynicis filius peperisse geminos: eisq; natis aristodemum morbo decessisse. Lacedemones autem qui tum erant multo consilio creasse regem e pueris eum qui esset primigenus ut lex iubebat. Sed nescientes utrum puerorum eligerent cum essent similes ac pares. Id cum nequirent ipsi discernere prius fuisse percontatos genitricem: eaq; negante se dignoscere cum tamen dignosceret sed dissimularet: qđ uidelicet ut credibile est magnopere cuperet ambos effici reges: ita hesitabundos lacedemonios misisse delphos sciscitatum quid in ea re agerent et iis pythiam respondisse ut utrumq; puerorum ducerent regem: sed primigenum magis honorarent. Hoc responso a pythia edito lacedemonios nihilo minus incertos quo pacto primigenum reperirent admonitos fuisse a quodam messenio nomine panite: utro obseruarent utrum pueri mater priorem lauaret cibaretq;: quam si deprehenderent eodem semper modo factitare habituros id omne quod inquirerent et inuenturos quod quereret.

S in illa alternando erraret palam fore ne ipsam quidem quippiam magis nosse: et isti aliam rationem inirent. Ibi spartiatae ex admonitu messenii obseruantes matrem puerorum ignaram cur obseruaretur: animaduertentesq; illam preferentem alteri primigenum tum cibando tum lauando accepisse puerum: qui magis honorabatur a matre tanq; primogenum publice alendum curasse imposito ei nomine euristhene iuniori procle.

Hos autem fratres ubi adoluerunt per omne uite tempus inter se dissensisse et idem eorum posteros perseuerasse. Hec soli grecorum lacedemonii auiunt. Nam que commemorant a grecis ego scribo. Hos autem doriensium reges usq; ad perseum dane geniti a deo recte a grecis ostendi grecos esse. Iam tum enim isti inter grecos censebantur. Ideo auiunt dixi usq; ad perseum. Adanaa uero acrisii filia retrorsum patres eorum recensendo constat principes doriensium ex egypto oriundos. hec generis recensio ex commemoratione grecorum facta est. Ut autem a persis fertur perseus

ipse cum esset assyrius factus est grecus non tamen progenitores eius. Ha progenitores acrisii recensere ad progeniem persei nihil attinet. eosque quae admodum greci aiunt egyptios fuisse. Hec de his hactenus. Quod aut regnum dorum cum egyptii essent sibi traditum acceperint. hoc quonia ab aliis dictum omitemus. Quae uero alii non attigerunt eorum mentionem faciemus. Has dignationes regibus spartiae tribuerunt: duo sacerdotia iouis lacedemonii et iouis celestis: et ius belli in quancunque libuerit regionem inferendi: ut id nulli spartiatarum prohibere fas sit. Alioquin piaculati crimine teneatur: ut in expeditionibus ad eundis primi eant reges in abeundo postremi sint. Centum delecti uiri eis in militia custodes adsint. In egressibus utantur quocunque pecoribus libuerit: quorum imolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica haec. Alia sunt: quae pacis tempore eis tribuuntur. quotiens aliqua publica cuiusceratio fit primi in coena reges discumbunt et his primis distribui incipiat utrique eorum duplum omnium quae ceteris conuiuiis libaminaque imolataque et coria eorum sint. Singulis quoque calendis instantis mensis singula pecora utrique e publico dentur apollini imolanda et farinae medimnum idest semodia ac uini laconicus quartarius: et in spectaculis singulorum certaminum certis locis praesideant. Liceatque quibuscunque libeat ciuibus inniti et utrique binos eligere pythios. Sunt autem pythii qui delphos ad consulenda oracula mittuntur: quique publice cum regibus pascuntur. Regibus ad coenam non euntibus mittuntur binae chinices idest bina semodia farinae et uini singulae cotyle idest sextarii. Presentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione a priuatis quoque inuitati ad coenam honorantur.

Vaticinia quae eduntur iisdem seruiunt ac sint conscii pythiis. Soli reges de his solis ius dicunt de uirgine pupilla utri danda sit: einae cui mater an cui pater desponderat. Nec non de uiris publicis. Et si quis filium adoptiuum facere uelit inuitis regibus. Liceat quoque eis pro suo arbitrio assidere in senatu: qui constat ex duo detriginta senibus: si eo non accesserint: Eorum maxime propinqui duo senatores ius regum obtineant duos calculos ponendi: tertium pro se ipsis. Viuentibus haec regibus ab rep. spartiatarum tribuuntur: illa defunctis. Equites per uniuersam laconicam obitum regis enuntiant. Foeminae per urbem circueunt es olla pulsitant: cumque hoc fit necesse est ex singulis domibus duos ingenuos marem ac foeminam ludu foedari magnis nisi hoc faxint impositis. Eadem circa funus regum consuetudo lacedemoniis est quae barbaris asianis. Nam plerique barbarorum

Quantum suis regibus
spartiae tribuerint.

De ritu regis funeris apud
Lacedemonios.

eodem ritu in mortibus regum utuntur. Si quidem posteaq̃ mortem obiit Lacedemoniorum rex oportet eius exequiis adesse ex omni lacedemoniis regione: necessarios quoq̃ spartiatarum: qui sunt numero uiciorum: Quorum et item seruorum atq̃ ipsorum spartiatarum postq̃ multa milia in unum coacta sunt promiscua cum mulieribus frontes suas intrepide plan- gunt et ululatu immenso utuntur ultimum quend̃ regum dicentes sem- per fuisse optimum. Qui uero regum in bello perit eius simulacrum cum expresserunt intorto bene strato efferunt: a cuius tumulatione decem di- es iustitum est: nullusq̃ magistratuum confessus sed luctus continuus.

In hoc cum persis isti conueniunt: qđ defuncto rege alter qui succedit li- bera ere alieno quicunq̃ spartiata aliquid aut regi aut reip̃ debebat.

A pud persas qui rex creatus est omnibus ciuitatibus tributum qđ debebat remittit. Cum egyptiis etiam lacedemoni in hoc congruunt qđ eorum precones et tibicines et coqui in paterna artificia succedunt et coquus ex coquo et tibicen ex tibicine et preco ex preconem gignitur: neq̃ ulli propter uocalitatem aliis insidiantes se ipsos ingerunt sed in paterno opere perse- uerant. Atq̃ hec quidem ita sunt Cleomenem tunc cum apud eginam es- se communem gręcię bono operam dantem insimulabat demaratus non tã eginetis studens q̃ inuidia et odio ductus: Quem cleomenes ab egina reuer- sus insultabat ut regno suinoueret. Ob hanc rem intendens in eum actio- nem ariston sparte regnum obtinens cum e duabus uxoribus filias non su- sciperet neq̃ enim in se culpam huius rei esse agnosceret tertiam duxit uxorem et duxit hunc in modum. Erat ei amicus quidam spartiata: cuius opera ex omnibus maxime utebatur: cui uiro erat uxor speciosissi- ma ex turpissima talis facta. Si quidem hanc mala forma preditam esse cernens nutrix sua idq̃ parentes eius utpote locupletes egre ferre hoc exco- gitauit ut puellam singulis diebus baiularet ad helene templum: qđ est in loco qui dicitur terapne super phanum phoebi. Eo quotiens nutrix in- tulerat puellam stans ante simulacrum deam precabatur ut alumnā deformatate liberaret: Cui aliquando exeunti de templo mulier quedam apparuisse fertur atq̃ interrogasse illam quidnam in ulnis gestaret: et cum nutrix se infantem gestare respondiisset iussisse sibi ostendi. Cumq̃ negaret nutrix se id facturam qđ infantis parentes sui uetuisent ostendi cuiq̃ instituisse iubere prorsus ut sibi ostenderetur magni esse facturam illam si a se infans conspiceretur. Ita nutrice puellam ostendente demul- gentem caput puellę dixisse futuram eam omniū spartiatarū formosissi-

mam : Atq; ab eo die pristinam speciem decidisse : quam cum ad nubilem
 peruenit etatem duxit in uxorem agetus alcidis filius ille amicus aristonis
 eius mulieris amore titilitatus cum esset ariston hanc rem commentus est.
 Ageto sodali suo cuius illa erat uxor recepit se dono daturū unam ex suis re-
 bus quancunq; ille optaret : atq; inuicem iussit illum simile munus sibi
 dare. Agetus nihil de re uxoria suspicatus cum uideret aristoni quoq; u-
 xorem esse accepit conditionem et in eam iusiurandum interposuit. Cui
 mox ariston ex suis rebus pretiosis donauit quam ille elegit. Ipse uicis-
 sim cum eius partes petendi muneris ab illo fuerunt : ibi optauit uxore
 eius afferri. Agetus dicere se preter hoc unum cetera annuisse. Iureiura-
 do tamen adactus ac dolo seductus ad eam educendā abiit. Ita tertiam
 hanc ariston repudiata duxit uxorem : quę citra legitimū pariendi
 tempus nondū exactis decem mensibus hunc ei genuit demaratum. Ari-
 ston cum ei sedenti in basilica cum ephoris quidam famulus nuntium
 nati sui attulisset sciens quo tempore duxisset uxorem deductis in digi-
 tos mensibus dixit iureiurando hic non est filius meus. Quod audientes
 ephori haud magnifecere in presentiarum. Sed posteaq; puer adoleuit
 poenituit aristonem dicti opinantem utiq; filium suum esse Demaratum :
 cui ideo nomen impositum est demaratus id est populo uotis petitus : qđ
 ante natum omnis populus uota fecit : ut ariston omnium ad id tempus
 probatissimo regum filius gigneretur. Ea de re nomen impositum est. In-
 teriecto deinde tempore aristone uita fundto demaratus obtinuit regnum.
 Sed uidelicet necesse erat : ut id qđ auditum fuerat hominem regno priua-
 ret. Ea propter a cleomene uehementer insimulabatur tum antea qđ eleu-
 sine abduxisset exercitum tum eo tempore cum aduersus eginetas cum
 medo sentientes traiecit cleomenes. Ergo ingressus cleomenes cum urgere
 componit cum leutychida menaris filio : igitur nepoti ex eadem qua erat de-
 maratus familia ea pactione : ut si eum regem in locum damarati constitui-
 sset se aduersus eginetas comitaretur. Erat autem leutichides Damarato
 inimicus ob hanc precipue causam qđ cum per cala chilonis filii demar-
 mem ei desponsata esse. Demaratus insidiosē hominem coniugio priuauit
 preoccupata et precepta uxore ac retenta. Ob hanc causam leutichidi in-
 imicitie cum demarato extitere. Is tunc cleomene solitante contra dema-
 ratum uocauit negans eum rite spartanorum esse regem : qđ aristonis fili-
 us non esset : deinde id quod iurauerat institit confirmare : qđq; ariston
 aliquando dixisset cum ei nuntiasset famulus suus filium esse ei natum

De Demarato Aristonis
 filio. & quare huiusmodi
 sibi impositū sit.

De leutychida viro
 sparthano menaris filio.

Cause inimicitiarum
 inter demaratum sparthę
 regem & leutychidā.

Demaratus regnum deponit:
et qua de causa se ad medos
contulit.

et menses conferens iureiurando negasset illum esse filium suum. Huic uerbo insistens Leutychides pronuntiabat demaratum neque aristonis esse filium neque rite sparte regnare: eisdem ephoris adhibitis testibus: qui aristoni assidentibus tunc hec ab illo audierant. Tandem re in concione deducta uisum spartiatis oraculum quod delphis est consulendum foret demaratus aristonis filius necne. Ibi cleomenes cum ex ipsius erga pythiam providentiam nihil suspicionis esset subornat cobonem quendam aristophanti maxima apud delphos auctoritate: ut persuadeat per illam mulieris uaticinantium antistitem dicere ea que cleomenes dici uolebat. Ita pythia sciscitantibus his qui ad oraculum missi erant negauit aristonis filium esse demaratum. Que tamen res sequenti tempore palam facta est et cobon e delphis profugit: et perialla honore abdicata. Martenus qui ad deponendum regno demaratum acta sunt ex sparta ad medos profugit ob hanc contumeliam: quod cum eiectus regno gereret magistratum adessetque spectaculo gymnipedarum idest nudorum pueroꝝ palestre misit ad eum Leutychides in locum demarati rex factus deridendi insultandique causa ministrum qui interrogaret qualis esse prefectura prefectura post regnum. Eam interrogationem egre ferens Demaratus respondit se utrumque expertum: illum uero non: et eam interrogationem lacedemonius futuram initium aut calamitatis aut felicitatis. Hec locutus uelato capite e theatro domum abiit. Confestimque re preparata ioui bouem imolauit: quo imolato matrem accersit: que cum aduenisset positus in eius manus extis mulierem his uerbis obsecrauit. Per ego te mater cum alios deos tum iouem hunc domesticum quem tango precor promas mihi ueritatem: quisnam te uera meus est pater. Nam Leutychides inter conuicia obiicit te e priore uiro gravidam ad aristonem uenisse. Alii etiam dementius referentes auunt te ad domesticum asinarium uenitasse illiusque me filium esse. Qua de re ego te adiens obsecro: ut uerum dicas siquid uerum eorum que dicuntur non sola fecisti sed quod multe. Et multis de hac re sparte sermo est negantium aristoni fuisse genituram ad filios procreandos. Nam si fuisset priores uxores fuisse concepturas. Hec demaratus. Cui mater ita respondens Fili inquit quoniam precibus mecum agis ut dicam ueritatem: omne tibi uerum exponetur. Ut me domum ariston duxit tertia quam duxerat nocte simulacrum tanquam aristonis ad me uenit: quod posteaque mecum concubuit coronas quas gestabat mihi circumdedit atque abiit. Dehinc ariston ad

uenit: qui cernens me coronas habentem sciscitabatur quisnam me illis coronasset: Ego ipsum respondi: eoq; abnuente iuravi asserens illum non bene facere: qui negaret: qui paulo ante ingressus ubi mecum coisset coronis me donasset. Ariston cernens me iurantem intellexit eam rem diuinam fuisse. Compertum est illas coronas fuisse sumptas ex heroico conditorio: quod iuxta ianuam aule extructum: quod uocatur astrabaci: et vates esse hunc eundem heroem responderunt. Habet igitur fili ita ut uolebas audire. Aut enim ex hoc heroe genitus es paterq; tibi est astrabatus heros aut ex aristonte. Nam ea te nocte concepisti. Verum hoc tibi precipue exprobant inimici: qd ariston cum ei te ortum esse nuntiatum est multis audientibus negauit te suum esse: quia tempus decem mensium non exisset per insciam talium rerum illi hoc uerbum excidit. Nam mulieres etiam nouem ac septem mensium partum edunt non omnes decimum mensem explentes. Ego te fili septimestrem genui. Ipse quoq; ariston non diu post cognouit se per imprudentiam id uerbum extulisse. Itaq; alias orationes de tui genitura noli admittere. Omnia enim uerissime audisti. Nam qd ad asinarios attinet ipsi leutychidi: et iis qui talia loquuntur sue uxores de asinariis pariant filios. Hec illa dixit. Demaratus auditis que uolebat sumpto uiatico per speciem eundi delphos ad oraculum consulendum belli contendit. Eum suspicati lacedemonii fugam capessitum insecuti sunt. Sed demaratus iam ex belli Zacynthum traiecerat: quem illuc transgressi lacedemonii prebenderunt eiusq; famulos. Sed Zacynthis eum dede abnuentibus Demaratus illinc in asiam ad regem Darium traiecit: a quo magnifice exceptus est territorioq; atq; urbibus donatus ita in asia demaratus abiit ac tali fortuna usus est uir cum in aliis multis factis dictisq; apud lacedemonios illustris tum qd illis olympiadem palmam quadriiugo certamine reportauerat rem eius solius ad ea tempora regum spartatarum leutychide menaris qui in regnum amoti demarati successerat natus est filius zensidemis: quem non nulli spartatarum cyniscon: id est catulum uocabant. Is sparte non regnauit ante leutychidem defunctus relicto filio archidamo. Leutychides orbatu filio alteram duxit uxorem curidamen menii sororem Diactoris filiam ex qua nullam prolem uirilem suscepit sed filiam nomine lampito: quam archidamus zeuxidem in matrimonium accepit ab ipso leutychida datam. At ne leutychides quidem ipse sparte consenuit. Sed has poenas Demarato rependit in expeditione pharsalica dux: cum omnia faciendi ius haberet multum

Demaratus a dario honorifice excipitur.

pecunie per corruptelam dono accepit ipsaq; re deprehensus cum sederet in castris utraq; manu pecuniam tenens in iudicium delatus e sparta profugit domusq; eius excisa et tegete in quam profugerat mortem obiit. Sed hec insequenti tempore acta sunt. Tunc autem cleomenes cum sibi res in demaratum bene cessisset desumpto protinus leutyhida contendit aduersus eginetas maiorem in modum illis propter ignominiam infensus. Ita eginete utriusq; regis contra se aduentum non repugnandum iam sibi putauerunt: Ex quibus reges abduxere decem: quos delegere diuitis ac genere munitissimos cum alios tum crium polycriti & calambum aristocratis qui plurimum habebant potentie. Eos in atticam adductos penes inimicissimos eginetis athenienses deposuerunt. Post hec cleomenes cum eum subisset metus Spartiatay iam manifestus malefici in demaratum excogitati in thessaliam subterfugit. Atq; illinc in arcadiam profectus res nouas moliebatur sollicitans arcadas aduersus spartam: adigensq; eos iureiurando ad sequendum quocunq; eos educeret. Quin etiam in animo habebat primores illorum ad urbem. Nonacram adductos adigere ad iusiurandum aquam stygis. In hac autem urbe ab arcadibus fertur esse aqua stygis: et est uidelicet talis illa aqua. E petra emanat aquula destillans in uas quoddam in girum materia circumseptum. Nonacris autem urbs est arcadię ante phoneon urbem. Talia molientem cleomenem lacedemonii cum animaduertissent timentes sibi ipsis spartam reuocarunt ad pristinam dignitatem. Sed cum rursus morbus insanie cepit etiam antea subinsanum. Nam ut cuiq; spartiatay obuius erat in eius faciem infligebat sceptrum. Hec illum facientem ac desipientem propinqui solcis iligneis ligauerunt: Qui custodem digressis aliis solum remansisse cernens petit ab eo gladium. Custode abnuente clare ab initio cominabatur: que mox ei faceret: donec minis conterritus custos. Erat enim seruus quidam gladium tradidit. Eo accepto cleomenes a suris incipiens sese detruncabat. In longum namq; discindens carnes e tibus ad femora processit a foemoribus ad coxarum uertebra atq; illa quoq; peruenit ad uterum: in quo rescindendo sic expirauit: ut pleriq; grecoy memorant: quia pythiam corruerat ad ea dicenda que circa demaratum acta erant: ut soli athenienses qd adortus eleusinam phanum deorum fuerat depopulatus: ut argui quia eos qui de pugna fugerant argios ex argi templo ipsorum deductos obtruncarat et ipsum lucum quem in argia occupasset in-

cenderat.

De aqua stygis que in nona
era urbe arcadię est.

Mors cleomenis sparthanorum regis.

cenderat. Etenim cleomenem delphis oraculum poscenti responsum fuerat eum argios esse capturum: qui postea q̄ ad flumen erasimum copias spartiatay duxit: qđ flumen e lacu stymphalio manare fertur. Hūc enim lacum in uoraginem condi et argis postea ex oriente apparere: illicq; iam eam aquam uocari erasimum. Ad hoc igitur flumen postq̄ peruenit ei hostias imolauit: et cum leta non essent exta de flumine transmittendo ait delectari se quidem erasimum nolle prodere ciues suos non tamen ideo argios gauisuros: moxq; illinc motis castris ad tyream uenit: et mauritaurum cum mactasset nauibus copias ad regionem tyrintheam ac naupliam duxit. Id audientes argi ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare. Et cum aduentarent tyrintheum in loco cui nomen inditum est sepia relictā non magna inter duas acies intercapidine confederunt e regione lacedemonioy. Neq; uero illic pugnam ex aperto reformidabant sed ne dolo exciperentur. Nam ad hanc rem obtinebat oraculum: qđ pythia ediderat communiter eis atq; milesiis in hec uerba. Verum quoniam peruertet foemina uidetrix Inter et argios referat preclustris honorem Tunc argiarum reddet plerasq; gementes. Vt uenturorum quis arat quandoq; uirorum. Telo seuus obit sinuoso corpore serpens. Hec omnia argis cum contigissent metum incutiebant: Ideoq; ei uisum est preconē hostium utendum. Atq; ita esse faciendum quoties preco spartiatā quippiam lacedemoniis denuntiaret idem facerent ipsi.

Cleomenes aninaduertes argios facientes quicquid lacedemones preco denuntiasset precepit suis: ut cum preco denuntiaret prandendum tē raptis tonderent in argios e uoce preconis prandentes impetum faciunt eorumq; cum multos occiderunt tum plures in lutum fuga elapsos circū sederunt: qui dum asservantur cleomenes hoc sibi faciendum putauit sciscitatus quosdam quos secum habebat profugos misit precones ad euocandum nominatum eos argios: qui in luco preclusi erant ad se redimendos.

Et autem apud lacedemonios redemptio in singulos uiros binc mne. Ita argiorum quinquaginta ut quisq; euocatus fuerat cleomenes interemit: quod facinus latebat ceteros: qui in phano erant: ut pote denso luco interiecto non cernentes qđ interemit qđ facinus latebat ceteros qui in phano erant quod extrinsecus agerent nisi postq̄ quidam conscissa arbore quod fiebat inspexit: unde non amplius qui euocabantur prodire. Ibi cleomenes iussit unūquēq; seruoꝝ lucum maceria circumdare: atq; illis obtemperantibus lucum incendit. Eoq; ardente percontatus est

quendam profugarum cuiusnam deorum esset ille lucus: per fuga argi esse respondit: Quo audito cleomenes uehementer ingemiscens. O apollon inquit uates quantopere me frustratus es: dicens me argos esse capturum. Conicio iam exitum habuisse oraculum. Post hec maiore copiarum parte spartam redire permissa ipse cum mille delectis perrexit ad templum iunonis sacrificaturus. Sed sacrificare super aram uolens: cum a sacerdote uocaretur negante fas esse externo illic sacra facere: iussit seruos adductum uerberare. Ac postea quod imolauit spartam abiit. Reuersum inimici ad ephoros citauerunt criminantes quod pecunia corruptus argo cum facile posset non cepisset: Quibus respondit cleomenes incertum mihi uere an falso se postea: quod templum argi cepisset: putasse dei expletum esse oraculum: Et proinde non prius tentandam urbem quam sacris operatus sciret an sibi deus illam traditurus esset an impedimento futurus. Sibi autem apud iunonis templum litanti effluxisse flammam e pectoribus simulacri: Atque ita ipsos intelligere proculdubio eum non esse argos expugnaturus. Si enim e capite simulacri flamma extitisset fore ut urbem ab arce caperet. Cum uero e pectoribus fulgor extiterit id omne fuisse confectum quod deus confici uoluisset. Hec dicens credibilia ac probabilia spartatis dicere uisus est multoque maiore parte sententiarum absolutus. Ceterum argos ita uiris desolatum est: ut serui eorum res omnes susceperint atque magistratus administrarent: dum filii cesorum ad puberem adolere re etatem: qui sese in suum ius asserentes ac reuersi argos mancipia eiecerunt. Serui eiectione prelio tyrintem obtinuerunt eatenus quidem dum fuit in eis mutua beniuolentia: Et donec ad eos uenit uates quidem cleander genere phigleus ab arcadia. Is persuasit ut dominos adorirentur: unde bellum inter eos diuturnum extitit: donec argi egre euasere uictores. Ob hoc igitur aiunt argi cleomenem ad insaniam redactum male perisse. Spartatis autem negant ab ullo demonio cleomenem ad insaniam redactum: sed conuersatione scytharum intemperantem esse factum meri: et ideo furiosum. Scythas enim nomades post illatum sibi a dario bellum ad illud ulciscendum perstitisse missisque spartam nuntiis ad societatem faciendam ita pepigisse tanquam ex utrorumque utilitate foret ut ipsi quidem scythae iuxta iuxta flumen phasim conarentur medicam regionem inuadere. Spartatis uero ab epheso ascendere: ut ad certum locum utriusque occurrerent. Cum uero scythis qui ad hoc missi sunt consuetudinem habuisse cleomenem aiunt: atque ex ea nimiam didicisse potandi temperantiam atque ob id in-

saniſſe ſe arbitrarī. Vnde quotiens intemperantiuſ bibere uolunt aiunt ſcythiſſato id eſt age ſcytham. Ita de cleomene referunt ſpartiatę: mihi uero uidetur haſ poenaſ demarato pependiſſe. Eum deſunctum ubi audierte egi-
 netę ſpartam nuntioſ miſere uociferatum contra leutychidem de obſidibꝫ
 qui atheniſ tenerentur. Hiſ lacedemoni conſilio inito multum iniurię
 ab leutychide ulla tum eſſe cenſuerunt hominemqꝫ dedendum: quem illi e-
 ginam deportarent pro hiſ qui atheniſ tenerentur. Hunc cum eſſent dedu-
 cturi eginetę tunc ad eoſ theſiſides leoprepis uir ſparte probatuſ. Quid in-
 quit uiri eginetę facere uultis regem ne ſpartiatarū deditum a ſuiſ ciuibꝫ
 abducere? Si nunc prę iracundia ita decreuerunt: cauete ne quod exitiale
 malum in ueſtram regionem ſi hoc feceritis inferant. Hic audituſ eginetę ab
 illo abducendo ſuperfederunt hac tamen conditione: ut ſecum proſectuſ a-
 thenaſ leutychideſ redderet ſibi uiroſ: qui illic depoſiti eſſent. Vbi athenaſ
 uenit leutychideſ ac depoſitum repopoſcit. Athenienſeſ ut qui reddere nol-
 lent tergiverſari quid dicerent duoſ in deponendoſ reges fuiſſe: ideoqꝫ ini-
 quum eſſe id alteri ſine altero reddi. Quibuſ negantibuſ ſe reddituroſ leuty-
 chideſ facite inquit athenienſeſ utrum ipſi uultis ſi reddetis. Qualiſ autē
 reſ circa depoſitum contigit ſparte uolo referre. Dicimuſ noſ ſpartiatę fuiſ-
 ſe tertia abhinc etate quendam glaucum epicidiſ filium: qui cum aliſ
 ſummiſ laudibuſ excellabat: tum iuſtitia inter omneſ optime audiebat:
 qui per id tempuſ lacedemonem incolebant et huic procedente contigſſe:
 ut uir quidam mileſiuſ ſpartam uenerit hominiſ conueniendi gratia: atqꝫ
 ita ſit allocutuſ. Ego ſum uir mileſiuſ: qui ad tuam glaucen fruendam iuſti-
 tiam uenio. Nam cum eſſet tua fama celebriſ: cum per omnem aliam gre-
 ciam: tum uero per ioniam apud memet ipſum ratiocinatuſ ſum. Ioniam quid
 ſemper obnoxia periculū eſt: peloponneſuſ tuto fundata. Et ob id uidere li-
 cet eoſdem homineſ nihil habere pecuniaz. Hęc reputanti mihi atqꝫ con-
 ſultanti uiſum eſt dimidium mei cenſuſ in pecunia redactum deponere pe-
 neſ te: qđ pene intelligo. hęc penes te depoſita mihi incolumia fore. Tu ue-
 ro haſ pecuniaſ accipe: et hanc notam quam una cuſtodiaſ: quam notam
 quiſquiſ habentſ repoſcet pecuniam ei reddito. Hęc hoſpeſ qui mileto uene-
 rat dixit: atqꝫ ea conditione depoſitum glaucuſ accepit: multo deinde
 tempore interiecto filii eiꝫ qui pecuniam depoſuerat ſpartam ueniunt: ex-
 hibitaqꝫ nota pecuniam repoſcunt. Ille enim non repellere homineſ atqꝫ hiſ
 uerbiſ e contrario reſpondere. Neqꝫ iſtius rei quicqꝫ reminiſcor: neqꝫ ad me
 pertinet ſcire quę dicitis. Volo tamen reminiſcentſ quicquid iuſtum fue-

Glaucoſ epicidiſ filiuſ
 qꝫ fuerit: et quę de eo
 dicantur.

Glaucoſ epicidiſ filiuſ
 qꝫ fuerit: et quę de eo
 dicantur.

rit facere et si accepi iure optimo reddere. Sin a principio non accepi gre-
corum legibus in uos uti ad quos confirmando prestituo uobis tempus hinc
ad quatuor menses. Ita milesii facta iactura tanq̃ fraudati pecunia decessē.
E t glaucus delphos se contulit ad oraculum consultandum: cui consultanti
an orco id est iure iurando pecuniam prædaretur pythia respondit his uer-
sibus. Glaucē epicydides equidem expedit ad breue tempus sic orco uicisse
inuertisseq̃ numinos. Deiecta et deuorcum quoniam manet exitu idem. At
orchi natus qui nemine qui maxunus qui nullis est pedibus rapide aduenit
usq̃ adeo dum conuoluens omnem perdat prolemq̃ domumq̃. Cum sobole
euorci melius sed postea agetur. His auditis glaucus ueniam sibi eorum que
dixisset ut daret deum obsecrabat: Cui pythia inquit idem pollere tentare
et facere. Tunc glaucus accitis milesiis hospitibus pecuniam reddidit. Cur
autem hec oratio apud uos instituta est dicetur. Glauci nunc nulla superest
neq̃ soboles neq̃ domus que illius censeatur sed e sparta radicitus extrita
est. Ita bonum est nihil aliud de deposito cogitare q̃ ut repetentibus reddat.
L eutychides hec locutus cum nihil minus ab atheniensibus audiretur discessit.
A t eginete priusq̃ superiorum iniuriarum quas atheniensibus intulerant gra-
tificantes thebani darent poenas hoc fecere cum atheniensibus succenserēt
q̃d sibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur se ad ulciscendum apparabant.
E rat enim atheniensium in sinu biremis quedam: quam delumiam inde a
theleo quot annis mittebant. Hanc eginete locatis insidiis intercepte ple-
nam primoribus atheniensium uirosq̃ alligauere. Ea clade ab eginetis
accepta athenienses non amplius differendum putauerunt quin omnia
in illos excogitarent. Etenim erat quidem nicodromus enuti uir in egi-
na spectatus: qui prius demissione cum translegisset cognito athenienses
esse animatos ad nocendum eginetis quibus ipse infensus esset composuit
cum ea de prodenda egina ad certum diem que esset rem aggressurus ipse
et illos oporteret uenire subsidio. Atq̃ ita ex composito urbem que uet̃
uocatur occupat. Sed athenienses ad diem non affuerunt: quia classis eorū
par eginete nondum erat comparata: qui dum a corinthis commodari
sibi naues rogant interea res corrupta est. Corinthii per id tempus athe-
niensibus amici dedere rogantibus naues uiginti: sed dantes uendiderunt
singulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare uetabantur lege. His
acceptis athenienses et suis instructis in summa septuaginta numero in egi-
nam nauigarunt peruenieruntq̃ postridie eius diei qui erat destinatus: Qui
cum ad diem non adessent consensu nauigio nicodromus ex egina pro-

Nichodromus uir egineta
qui fuerit & quid egerit.

fugit aliis nonnullis eginetarum comitantibus eum: quibus athenienses sumum incolendum dederunt: unde isti procedentes illos qui in insula erant eginetas et ferebant et agebant. Sed hec posterius acta sunt: procures eginetaz que una cum nicodromo tumultum fecerat. Mox eos quos ceperant ad necem exegerunt: unde piaculum admisisse: quod nullo studio expiare potuerunt: preoccupatiq; prius ex insula sunt deiecti q; deum sibi propitiarent. Nam cum septingentos e plebe quos uiuos ceperant ad necem educerent: unus eorum e uinculis elapsus fugit ad ceteris legifere uestibulum: eiusq; cardinibus prebensis adherebat: quem illi cum auellere non possent: abscissis uiri manibus ita deduxerunt: que manus cardinibus conserte remanserunt. Victi nauali prelio eosdem quos prius argios in auxilium uocauerunt. Sed illi noluerunt eis amplius auxilio esse: causati qd & naues eginetane necessario sumptu a cleomene oram argolidem tenuissent & ipsi cum lacedemoniis in terram descendissent: ut nonnulli quoq; ex sicionibus nauibus descenderunt in eadem contra istos expeditione: quo nomine utrisq; ab argiis iniuncta inuenta est mille talentorum: quorum quingena uterq; populus solueret. Et cum sicioni suam culpam agnoscentes centis talentis cum argiis decidissent: Eginete ne agnoscere quidem culpam uoluere. Erant enim superbiores. Ea propter nemo amplius argiorum publice auxilium tulit se uoluntarioz: circiter mille duce quodam cui nomen erat eurybates singulari certamine ter uictor quarto sub sophane de celis oppetit. Verum eginete adorti sua classe incompósitos athenienses eozq; naues quatuor cum ipsis propugnatoribus cepere. Et athenienses quidem cum eginetis contraxerunt. Persa autem que ipsius partes erant exequabatur tum famulo assidue in eius memoriam redigente: ut reminisceretur atheniensium tum pisistradis assidentib; athenienses criminantibus tum cupiditate per hoc pretextum qd nactus erat subigendi grecos quicunq; sibi terram et aquam denegassent. Itaq; mardonium qui male rem naualem gesserat prefectura amouit: aliosq; designatos duces aduersus erectriam et athenas mittit datum genere medum et artaphernem artaphernis fratris sui filium datis mandatis ut athenas atq; erectriam diriperent captiuosq; in conspectum suum afferrent. Postea q; hi qui duces declarati ab rege digressi ad planitiem ciliciz maritimam deuenere cum ingenti ac bene instructo exercitu et ibi castra posuere aduenerunt nauice copie omnes: ut singulis erant imperate ad hec hippagoge naues: q; superiore darius anno mandauerat tributariis suis preparandas in has

Datis & Artaphernesarta
phernus fratris Darii filius
a Dario ad erectriam & a
thenas diripiendas mittitur.

introducitis equis atq; terrestri peditatu sexcentis cum triremibus in ioniam contenderunt. Hic non recto cursu secundum continentem in hellespontum & thraciam uersus nauigabant. Sed e samo inde soluerant preter icarum interq; insulas precipue ut ego sentio metu circueundi at hon: quæ superiori anno circum circum nauigantes magnam iacturam fecerant presertim coacti propter naxos: quam antea non coepissent: Ad quam postea q̄ ex icario pelago appulsi sunt. In hanc enim ut primum copie ducerentur perse urgebant. Naxii memores priorum fugasse in montes concitauerunt non ausi resistere: eorum quos adepti sunt perse in seruitutem captis delubra atq; urbem incenderunt. His actis ad ceteras insulas redeunt. Hec dum ipsi agunt deli relictæ et ipsi delo fuga in tenon abeunt. Eo tendentes naues precedens datis non sinebat ad delum habere stationem sed trans delum apud rheneam et simul cognito ubi deli essent misso caduceatore his eos uerbis affatus est. Viri sacri quid fuga abiistis non pro merito de me male opinantes. Ego enim et ipse mea sponte animatus sum & ab rege iussus: quo in loco duo dii geniti sunt ne quid aut eum locum aut eius incolæ ledam. Redite igitur ad uestra ipsorum: et incolite insulam. hec deliis per caduceatorem dixit. Mox trecentas turis libras super aram aggestas adoleuit. His actis aduersus erectriam primum nauigauit. simul omnem classem simul ionas pariterq; coles agens: statimq; ab illius digressu delos tremuit: ut deli aiunt ad meam usq; etatem: Tunc & primum et postremum commota deo mala uentura hominibus protendente: Nam sub dario histaspis & xerse darii & artaxerse xersis filio tribus his decemq; statibus plus maloru passa est grecia q̄ uiginti aliis ante darium etatibus partim a persis partim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus: ut non ab re delos comota sit prius immobilis: de qua in oraculo ita scriptum est: et delon quamuis sit adhuc immota mouebo. Et sane in nostra pollent hec noia: darius qd̄ certator xerses qd̄ bellator. Hunc in modum nos nostra lingua recte uocaremus. Barbari postq; a delo ad alias insulas profecti sunt sumebant illinc tum copias tum liberos insulanorum obsides et insulas perlustrando ad carystum applicuissent. Carystii negauere se aut datos obsides aut militatuos aduersus uicinas ciuitates uidelicet athenas et erectriam significantes. Sed tam diu obsessi sunt eorumq; ager uastatus donec in deditionem persarum uenerunt. Erectrienses audito persarum exercitu aduersum se uenire auxilia ab atheniensibus implorauere.

quibus non deneganda auxilia rati athenienses miserunt subsidio illis ea quatuor milia hominum: qui calchidensium equitum obtinuerant predia. Sed eretriensium haudquaquam erat consilium: qui tametsi accersebant athenienses tamen ancipiti sententia uacillabant: quibusdam eorum sentibus urbem deserendam & in cacumina euboie eundum: Quibusdam qui propria lucra a persis expectarent prodicionem molientibus. Horum utrorumque animos animaduertens eschine notonis filius eretrium primum patefecit atheniensibus omnem presentem reys statum: orauitque ut domum redirent ne una cum illis occumberent. Hec consulenti eschini obtemperantes athenienses illinc in oropum transgressi salutem sibi pepererunt. At perse eo adducti naues ore eretris ad phanum et chireas et egilia applicuerunt: potitque his locis continuo: et tanquam cum hostibus confliduri se instruxere. Aduersus quos eretrienses non detreuerant sibi esse prodeundum. Sed quandoquidem sententia de urbe non deserenda euicerat merito dabant operam: ut moenia custodirent. Ad orientibus ea persis acri pugna per sex dies certatum est multis utrinque cadentibus. Septimo die euphorbus alcmachi et philargus cyna inter populares suos uiri spectati urbem hostibus prodidere: quam ingressi perse postquam templa spoliare incenderunt in ultionem eorum templorum: que sardibus deflagrauerant hominibus iussu darii in seruitutem captis potiti eretria.

Aliquot illic dies morati in atticam nauigauerunt: cuiusque magnam partem uastauerunt rati idem facturos athenienses: quod eretrienses fecissent. Et enim erat locus atticę nomine marathon proxime eretrium opportunissimus: quo illos hippias pisistrati filius deducebat. Eodem et ipsi athenienses re audita ad uim arcendam processerunt decem prefectis sibi ducebatur: quorum decimus erat milciades: cuius pater cinon strataгоре fugere ab athenis Pisistratum hippocratis contigerat: et dum fugit obtinere olympiadem quadriiugo certamine quam uictoriam muneris gratia transtulit in milciadem ex matre germanum proximamque aym eisdem equabus uictor dedit pisistrato: ut uictor uoce preconis declararetur: eaque uictoria ei tributa domum suam accepta fide rediit: qui eisdem equabus aliam olympiadem cum uicisset a filiis pisistrati interfectus est: non iam uiuo pisistrato. Interfectus autem ad pritanicum summis percussoribus sepultusque ante urbem trans uiam que uocatur diacele: et e regione sepulte sunt equę illę que tres olympiades uictorias reportarant. Idem quod iste alie equę fecerunt que fuerunt euagore laconis alie preterea multe. Per id tempus maior

Euphorbus & philargus eretrienses patria persis produnt.

Milciades cinonis filius ab atheniensibus contra persas profectus.

De philippide Atheniensi.

filiorum cymonis Stesigoras apud milciadem patruum in cheronneso educa-
 batur: minor autem apud ipsum cymonem athenis erat nomen habens a mil-
 ciade chersonesi conditore. Hic igitur milciades e cheronneso tunc profectus
 dux atheniensium erat duplici cede elapsus semel cum eum phoenices usq; ad
 umbrum prosecuti sunt magni facientes capere hominem: ut ad regem perdu-
 cerent iterum ab his elapsum et domum suam reuersum ac se reducem esse exi-
 stumantem inimici suum exceperunt et ad iudicium deduxerunt: accusantes
 occupat in cheronneso tyrannidis hoc reatu liberatus suffragiis populi dux
 declaratus est. Duces cum adhuc in urbe agitant ante omnia legatum spartam
 mittunt: philippidem illum quidem atheniensem sed tabellariam operam facti-
 tantem. Huic philippidi ut ipse refert et atheniensibus renuntiavit circa pa-
 ternum montem: qui supra tegeam est obuius fuit pan. Compellatoq; nomina-
 tum philippide iussit nuntiare atheniensibus quid ita athenienses nullam gere-
 rent curam sui qui bene ipsis uellet: quiq; iam sepe numero de eis meritis fuis-
 set atq; etiam futurus esset. His uerbis fide habita: qd eorum iam status erat be-
 ne constitutus extruxere sub arte templum panos: illiq; annuis hostiis ex nun-
 cium accipere sacrificant ardentiq; candelabro supplicant. Philippides autē
 hic: qui sibi pana dixit apparuisse tum cum a ducibus missus est iterum athe-
 nis egressus spartam peruenit adiensq; magistratus Lacedemonii inquit orat
 uos athenienses: ut sibi opem feratis nec ciuitatem inter grecas uetustissima
 contemnatis in discrimen adductam ne barbaris uiris seruiat. Etenum erectria
 direpta est: insignisq; ciuitate grecia imbecillior reddita. His mandatis a phi-
 lippide expositis placebat quidem lacedemoniis opem ferre atheniensibus.
 Sed id sibi impossibile confestim facere uidebatur nolentibus legem rumpere.
 Nam erat nouus dies instantis mentis: quo die negabant se progressuros nec
 nisi orbe lunari impleto. Et isti quidem plenilunium expectabant. Hippie aut
 pisistrati filio: qui barbaros in marathonem perducebat uisum hoc in somnis
 superiore nocte oblatum est: Videbatur sibi hippias cum matre concumbere:
 quo ex somnio coniectabat fore ut reuersus athenas ac recepto dominatu
 senex domi sue obiret. Hunc in modum interpretabatur somnium suum.
 Et tunc dum predam erectriensem quam deposuerat in insula Styreorum
 nomine egileam reportat: dumq; nauis ad marathonem appulsas in statio-
 nibus locat ac barbaros in terram egressos disponit talia administratio co-
 tigit strenuatio tussisq; solito uehementior. Vnde concussis eius utpote senis
 dentibus plerisq; unus illorum ex uehementia tussendi excussus est et in a-
 renam delapsus: qui magna adhibita ad inueniendum diligentia: cum tam

hippias pisistrati filius: qui
 persas contra patriam ducebat
 quid in somno uiderit.

non appareret / suspirans hippias ad eos qui aderant ait. Hęc terra non est nostra: nec eam poterimus nobis subiectam efficere: sed tantam modo partem quantum spatii dens qui aderat obtinet. Huc hippias suam uisionem interpretabatur euasisse. Atheniensibus apud herculis phanum instructis superuenere auxilio plateenses omni cum populo: qui sese atheniensibus dederant: et pro quibus frequentes iam labores susceperant athenienses.

Dediderant autem se hoc modo. Cum a thebanis premerentur plateenses, primum cleomeni anaximandride: qui interuenerat atq; lacedemoniis sese dederunt: a quibus tamen recepti non sunt. hac oratione utentibus a uobis qui procul habitamus frigidum quoddam fuerit auxilium uobis. Nam prius q̃ nostrum quisq; audiat possit occupari ab hostibus sepe expugnari. Suedemus autem ut uos ipsos atheniensibus delatis uicinis pariter et ad tutandū non inualidis. Hoc lacedemoni non tam consulebant plateensibus qd̃ eis bene uellent q̃ qd̃ optarent athenienses defatigari boetio bello. Id suadentibus lacedemoniis non aduersati plateenses auditis atheniensibus dum rem diuinā duodecim faciunt eis ad aram suppliciter sedentes sese dederunt: aduersus quos thebani re audita exercitum duxerunt in eorumq; auxilium athenienses uenerunt. Sed dum conserturi prelium essent / corinthus haud contemnendam sibi rem putantes ad eos reconciliandos interuenere atq; utrorumq; permissu regionem hunc in modum terminarunt: ut thebani eos boetios: qui nollent inter boetios censeri sinerent facere quod uellent. Hoc ubi decreuere corinthus abscessere. Abscedentes quoq; thebani athenienses aggressi sunt: commissaq; pugna repulsi: unde athenienses transgressi quos corinthus statuerant terminos asopum fecerunt limitem thebanis erga plateenses et bysias. Hunc in modum quem dixi plateenses atheniensibus sese cum dedidissent / ad marathonein tunc auxilio uenerunt. Erant autem in atheniensium ducibus antipites sententie: alius uetantibus fieri prelium. Pauciores enim se esse q̃ ut cum mediis confligerent alius quorum erat milciades ad pugnandum orantibus. Itaq; cum essent bifarie sententie et deterior uinceret: ibi milciades calimachum apbundeum adit: tunc forte pollemarchum idest belli principem: qui magistratus per suffragia electus in danda faba hoc est in declaranda sententia undecimus est. Nam quondam athenienses in dicenda sententia parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc milciades in te inquit: nunc calimache situm est: utrum in seruitutem athene redigantur: an tu eas liberando memoriam tui in omne suum relinquas: qualem ne armodius quidem neq; aristogiton reliquerunt. Nam athenienses nunc in maximum omnium exq̃

Plateenses auxilio atheniensibus contra persas uenerunt.

Qua de cā plateenses se atheniensibus dederunt.

De callimacho atheniensi duce ὁ persas.

nati sunt uenere discrimen: Qui si medis succumbant palam est: quæ passuri sint traditi hippie. Sin autem superent poterit hæc ciuitas urbium græciæ effici prima: Quo autem pacto hæc fieri possint: et quomodo earum arbitrium ad te redeat nunc exponam. Nostre qui duces sumus bisarie sunt sententiæ de prelio committendo aliis id suadentibus aliis dissuadentibus qui nisi prelium committimus uereor ne magna existat seditio: quæ mentes horum sollicitet ad sentiendum cum medis. Si pugnamus ante quod aliquid uitæ in nonnullis subeat possumus cum diis equis cum uictoria discedere. Hæc igitur omnia ad te tendunt et abs te dependent: qui si mee sententiæ accesseris erit et tibi patria libera et ciuitas omnium græcorum princeps. Sin accesseris sententiæ dissuadentium pugnam eorum quæ recensui bonorum tibi contraria existent. Hæc dicens milciades calimachum induxit ita accedente sententiâ polemarchi obtentum est ut confligeretur. Post hæc hi duces: quorum sententia de confligendo fuerat: ut cuiusque dies imperitandi uenerat uicem suam milciades dabant: quam ille accipiens non tamen prius decertandum putauit quod dies imperii sui aduenit. Itaque ubi uices eius fuere tunc athenienses hunc in modum instructi sunt ad confligendum dextero cornu præerat calimachus polemarchus.

1 ta enim lex apud athenienses sic postulabat ut polemarchus dextrum cornu teneret. hoc ducem sequebatur: deinceps ceteræ tribus ut quæque ordine erat. nouissimi sunt collocati plateenses. idem sinistrum cornu tenentes. Quo factum est ut ab his pugne tempore: quotiens athenienses fecerunt hostias apud panagyras id est publicos conuentus: quæ quantoquoque anno fiunt atheniensis præco conceptis uerbis precetur bona atheniensibus pariter et plateensibus. Igitur athenensium acies tunc apud marathone instructa: iccirco si erat quod aciem medicam imitabatur: sed in medio confecta ordinibus. ideoque illic debilior utroque autem in cornu confectiorum: Quæ postea quod ita instructa ac sacrificium litatum est audiēte athenienses: tunc cursu in barbaros tendunt. Erat autem inter utranque aciem non minus octo stadiorum interapedinis: quo cursu ferri in se uidentes perse aptabant se tanquam illos excepturi insanie id quod cernerent cursu tendere cum pauci essent non equitatu non sagittis freti. hoc ita barbari interpretabantur. Athenienses confecti confligere cum barbaris pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium græcorum quos ipsi nouimus cursu in hostem sunt usi primi sustinuerunt cernere medica ueste indutos cum antehac uel audire nomen medorum

Prelum inter athenienses & persas.

grecis terrori fuisset. In marathone cum diu pugnatum esset barbari circa mediam aciem uicerunt. Vbi perse stabant & clare: eamq; perumpentes hostem in mediterraneam sequebantur. At in utroq; cornu uicere athenienses plateensesq; ac barbaris qui terga dederant fugere permisis: contrahunt cornua. Et cum his qui mediam ipsorum aciem profugerant dimicantes superant fugientes persas urgent ceduntq; donec ad mare peruenientes petito igne naues corripuere: quo in certamine callimachus polemarchus interficitur: egregia nauata opera. Occubant quoq; e ducibus Stesilleus trasyli et cynegyrius cuphorionis: dum summam puppem apprehendit abscis a bipenni manu cecidit. Nec non alii athenienses multi atq; illustres oppetiunt. Hunc in modum septem nauibus potiti sunt athenienses ceteris barbaris retractis receptaq; preda eretriensi: ex insula ubi reliquerant circūuerti sunt. Samum animo peruertendi athenienses ad urbem tendentes: quod illos agitasset astutia alcimeonidarum: ipsi alcimeonide apud athenienses insimulati sunt: qd uidelicet ex composito persis adhuc apud insulam agentibus scutum ostenderent. Dum illi samum circumuehebantur: athenienses e uestigio abeuntes ad opem ferendam urbi properauerunt: barbarosq; eodem tendentes peruerterunt. Progressi ex herculis templo: qd est in marathone et in altero herculis templo: qd est in cynosagii castra posuerunt. Barbari superato classe phalero (hic enim atheniensium naualia tunc erant) super illum locum aliquandiu propter tempestatem morati: rursus in asiam abierunt: quorum in hac pugna ad marathonem gesta occubere circiter sex milia & trecenti: Atheniensium uero centum & nonaginta duo. Tot ex utrisq; cecidere. In qua pugna hec res mira contigit: ut atheniensis quidam epizelus euphagore: dum stante acie pugnat strenue luminibus caperetur: neq; saucius ulla parte corporis neq; ictus: atq; ita cecus in reliquum uite tempus permansit: quem audiui dicere solitum de sua clade uisum sibi esse ante se stare quendam uirum armatum procero corpore: cuius mentum omnem clypeum inumbraret: et hanc larvam ipsum pretergressum: sed se illum: qui sibi assisteret occidisse. Hec epizelum commemorare solitum audiui. Datu in asiam cum classe rediens ubi miconem tenuit uidit in somnis uisum. Id tamen quod fuerit non traditur. Vbi primum dies illuxit: naues rimatus est: compertq; in nauis phoenice simulacro apollinis inaurato sciscitatus quo in templo nauigans sua nauigans sua nauis in delum: iam enim delum in insulam redierant: ibi simulacrum in templo deposuit: precepitq; delus: ut

Perse ab atheniensibus fundunt.

callimachus
Stesilleus
Cynegyrius } duces Atheniensium occumbunt.

Circiter sex milia & trecenti perse maratonia pugna occubere. Atheniensium uero centum & nonaginta duo.

epizelus: q maratonia pugna luminibus captus est.

illud in delium thebanorum referrent: quod est supra mare e regione calcidis.
 Hoc ubi precepit Datis uela illinc fecit. Delii tamen hanc statuam non repor-
 tauerunt. Sed uigesimo post anno ex oraculo in delum retulerunt. Datis
 et athaphernes postea quod in asiam nauigauere captiuos erechtrienses susa per-
 duxere. Quos darius rex etsi eos ante captiuitatem multum contraxerat
 acerbitatis: quod se priores lacerassent: tamen ut in conspectum suum addu-
 ctos uidit ac sibi subiectos nullo alio affectu sed in suo cissie regionis sta-
 thmo collocauit: cui nomen arderiacta ducentis ac decem stadiis a suis:
 quadraginta a puteo: qui exhibet trifarias res species. Nam ex eo asphaltum
 idest bitumen et salem et oleum hauriunt. Ad hunc modum hauritur quid
 celonio idest instrumento cicornia: prositula autem dimidiato utre ad ci-
 coniam alligato: quo in puteum decussio quicquid hauritur mox in cister-
 nam effunditur. Atque hinc alio effusum triplici uarietate concreuit in asphal-
 tum quidem et salem et oleum protinus. Hoc autem oleum perse radinacum
 appellant atrum atque graue olens. Hoc loco rex darius locauit erechtrienses
 attinet: ita habet. Post plenilunium duo milia lacedemoniorum athenas
 uenerunt: tanta festinatione adipiscendi hostem: ut triduo quod est sparta di-
 scessere in atticam peruenerunt: et licet serius ad pugnam uenissent tam
 intuendi medos cupidi ad illos intuendos in marathonem perrexerunt.

Quibus uisis laudatisque atheniensibus ob preclarum facinus rursus redierunt.
 Tenet me admiratio nec rationem inire possum alcmeonidas unquam ex com-
 posito persis ostentasse parmam: quod uellent athenienses barbaris atque hippie
 subesse: quippe quos constat in habendis odio tyrannis uehementiores quam si
 mulieres callie phenippi qui fuit pater hipponici. Nam callias cum alia o-
 mnia in pisistratum inimicissime commentus est: tum uero solus athenien-
 sium omnium illud athenis eiecti cum publice sub preconione uenderentur:
 bona emere ausus est. Huius callie mentionem crebro plerique omnes habere
 debent: tum ob ea que dicta sunt ut uiri summopere patriam liberantis.
 tum ob hec que in olympia fecit. Nam et in equorum cursu palmam obti-
 nuit: et in quadriungo fuit secundus: et in ludis pythiis cum primas obti-
 nuisset in uniuersos grecos sumptuosissimus extitit: tum ob id qualem se
 in filias suas que tres fuerunt exhibuit. Nam postea quod nubiles extiteret hoc
 eis magnificentissimum munus gratificatus est: ut quem sibi unaqueque uel-
 let ex omnibus atheniensibus eum deligeret: atque ita eam illi nuptum de-
 dit. At alcmeonide aut perinde aut nihil minus quam callias perosi tyrannos
 fuere: quo maior me admiratio subit: minusque admitto criminationem

De puteo quod asphaltum. id est bitu-
 men et salem et oleum exhibet.

Callias quis fuerit & que
 fecerit.

eos parmam persis ostentasse: qui per omne tempus tyrannos effugerunt: et quorum astutia pisistratide tyrannidem reliquerunt. Atque ita multo magis athenarum liberatores extiterunt meo iudicio quam armodius et Aristogiton.

1 Illi enim hipparcho interempto non tamen ceteros pisistratidas ab affectanda tyrannide represserunt: quod ad illam irritauerunt Alcmeonide: procul autem athenas liberauerunt: si modo ipsi fuere qui pythiam persuasere ad lacedemonios commonefaciendos: ut athenas liberarent: quemadmodum a me superius commemoratum est. At enim aliqui forsitan succensentes atheniensi populo patriam prodiderunt: immo nulli erant eis inter athenienses viri illustriores: neque qui magis essent honorati. Neque uero sermo obtinet clypeum esse ab eis ostentatum: sed tantummodo fuisse ostentatum: quod nihil aliud est quam id demum diceretur. Ostensus quidem est: sed ostensus incertum. Quamquam Alcmeonide iam pridem extiterant athenis clari sane usque ab Alcmeone atque etiam Megacle. Etenim Alcmeon Megaceli filius. his Lydis qui sardibus a Croeso delphos ad oraculum ierant administrum se præbuit: eosque comiter accepit: cuius beneficentiam Croesus a Lydis quos ad oraculum miserat cum audisset hominem accersit: et ubi aduenit eum donauit tanto auro: quantum semel corpore suo ferre posset. Ad istam domi conditionem Alcmeon hanc astutiam attulit: per grandem tunicam amictus ingenti in ea sinu relicto: coturnisque quos laxissimos repperit: calceatus ad thesaurum perrexit: ad quem ducebatur. Ibi in acervum ramentorum procumbens: primum cothurnos quibus erat indutus auro quantum ferebant referat: deinde omnem sinum atque etiam crines ramentis subigens: et parte in os desumpta e thesauro processit: egre thrabens cothurnos: cuius alteri rei quam homini similis: cuius os turgidum esset et omnia onusta. Id cernens Croesus in cachinum erumpens: ea omnia illi donauit: nec non minora his dono dedit. Ita domus hec uehementer locupletata est: et Alcmeos quadriugos equos alens uicit Olympia: Quem insequenti etate Clisthenes tyrannus Syconius prouexit: et multo quam antea erat inter grecos: celebris extitit. Erat enim Clistheni Aristonimi filio Myronis nepoti Andrei pronepoti filia nomine Agarista: quam pater destinabat nuptum dare ei quem prestantissimum grecorum omnium comperisset. Cum igitur ludi olympici celebrarentur: et ex eis Clisthenes curriculo quadriugali uictor extitisset: nuntiarum iussit uoce preconis: ut quisquis se dignum putaret: qui Clisthenis gener esset: is ad sexagesimum diem aut prius Sycone preesto esset: quoniam Clisthenes intra annum a sexagesimo incepturum exequi nuptias destinasset. Itaque omnes greci aut

Alcmeon megaceli filius quod fuerit & que gesserit

De Clisthene tyranno Syconio: qui filiam suam nomine Agarista Megaceli Alcmeonis filio despondit.

sua ipsorum aut familie claritate sibi confidentes eo protinus contenderunt: quibus clysthenes^{na} intra annum a sexagesimo incepturum exequi nuptias destinasset. Itaque omnes greci et curriculum et palestram ad certandum preparauerat. Ex italia illic contulit Smindrydes hippocratis sybarita (Floreat autem maxime sybaris ea tempestate): qui unus uir in plurimum deliciarum processerat: et Syritanus damasanyris filius eius qui sapiens appellabatur. Et hi quidem ab italia uenerunt. Ab ionio autem sinu amphinestrus epistrophus Epidannius. Etoles uero meges germanus titermi illius: qui grecos robore fuerat supergressus et in extrema etolie homines fugarat e peloponneso Leocides phidonis: qui spatia peloponnesibus statuit longe omnium grecorum insolentissimus: qui summotis eliensium agonotheis idest munerariis ipse agonothea extitit in olympia idest certamen premiūque proposuit. Nec non animatus Lycurgi aras ex trapezunte et laphanes axenus ex urbe peo filius euphorionis eius qui aut in archadia fertur fama in domum suam excepit castorem et pollucem et ob id homines oēs hospitalis. et beleus egei uir preclarus. Ita ex ipso peloponneso uenerunt. Megales alcmeonis eius filius qui ad croesum se contulerat: et alter hippodides tisandri diuitis et forma inter athenienses precipuus. Ex eretria solus hic ab cubia: e thessalia ex scopadeis diadorides erannonius: ex molosis alcon. Tot proci fuere qui cum ad diem prestitutam affuissent clysthenes ante omnia patriam familiamque singulorum percontatur. Deinde annum apud se detinens explorauit uniuscuiusque et uirilitatem et iracundiam et eruditionem et mores nunc cum singulis nunc cum uniuersis congressus et iuniores in gymnasia educens: precipue tam in conuiuio experiebatur. Quod enim apud se eos tenuit hoc facere ac magnifice accipere. Sed ei inter procos precipue cordi erant athenienses et illos magis hippochridem tesandri strenuum esse iudicabat: cum presertim eius maiores cypselidis corinthiis propinqui fuissent. Cum autem destinatus dies nuptius illuxit: que ipse clysthenes edixerat iudicaturum se quem ex omnibus deligeret madatis centum bobus in communitum ipsos procos tum omnes sycionios accepit. Postea uero quod coenatum est: proci certamen de musica habere coeperunt: pariter et de oratione in medium procedente potatione. hippodides cum longe alios antecederet iussit tibicinem sibi canere emeliam idest sedatum quoddam saltationis genus. Tibicine obsequente saltauit sibi quidem placens. Sed cly-

Athenes rem omnem cernens dissimulabat. Post hec aliquantulum inter quiescens hippoclides iussit aliquam sibi ferri mensam: Qua allata primum super eam laconicos saltitavit modulor: mox alios atticos: tertio super mensam capite statuto cruribus ueluti brachiis modulabatur. Ad cuius primam et secundam saltationem etsi stomachabatur clysthenes tam impudentem sibi generum fieri: tamen sese continebat nollens in eum erumpere. At ubi uult cruribus ueluti manibus gesticulantem iam se ultra continere non sustinens inquit Fili Thesandri desaltasti matrimonium: cui excipiens ille ait, Non est istud cure hippoclide. Tunc clysthenes silentio imposito in medium hec protulit. Viri proci mee filie uos equidem omnes laudo uobisq; omnibus si fieri posset gratificarer: neq; unum e uobis precipuum probans: neq; ceteros improbens. Verum si fieri non potest ut qui de unica uirgine deliberant omnium uoto satisfaciant. Itaq; singulis uestrum: qui compotes huius matrimonii non estis: tanq; filios mee filie nuptiis: quodq; domo peregre asciuitis singula argenti dono. Menadi autem alcimeonis filio meam filiam agaristam despondeo ritu athenensium annuenti conditioni Megade apud clysthenem nuptie celebrate sunt. Hactenus que in iudicandis procis gesta sunt: atq; ita alcimenide per greciam fama circumtulit: ex eoq; coniugio genitus est clysthenes: q; tribus et popularem statum athenensium constituit: materni aui sycionii referens nomen. His ex megade et hippocrates geniti sunt. Ex hippocrate uero alius megades et alia agarista clysthenis nomen habens. Que nupta xantippo ariphronis cum pregnant esset uisa est sibi in somniis parere leonem: paucosq; post dies peperit xantippo periclem. Milciades cum antea probatus apud athenienses tum uero post rem bene gestam in marathone maioribus incrementis auctus petiit ab atheniensibus septuaginta naues cum propugnatoribus et pecunia non promensei cui regioni bellum esset illaturus: sed tantummodo se illos locupletaturum si se sequerentur. Ad enim regionem se illos ducturum: unde affatim auri nullo negotio reportarent. His uerbis athenienses erectis animis naues ut petierat tradiderunt: Quibus Milciades acceptis in paron nauigat per speciem ulciscende iniurie: quam intulerant parii: quia triremi in marathonem cum persis uenissent: hoc colore orationis utebatur: Cum tamen infensus esset parii ob lysagoram tisei genere parium: qui ipsum apud tidarnem persam accusauerat. Eo postq; peruenit milciades parios intra moenia coactos obsedit: missoq; caduceatore poposcit centum talenta: negans si ea sibi non da-

Milciades post maratonia pugna cu lxx^{ta} nauib; in paron nauigat: eosq; obsidet: Sed re infecta athenas reuertit.


rent se prius illinc abiturum copias quā illos euerisset. Paru non ut quicquid pecuniae milciadi dent cogitant: sed ut custodiant urbem excogitant cum alia loca intersepientes tum maxime unde ea expugnari poterat adeo ut noctu laborantes murum duplo quā olim fuerat excitarunt. Hactenus greci de hac re commemoranda consentiunt. Deinceps gesta ipsi parii referunt hunc in modum. Milciadem cum inops consilii esset adisse atque allocutam fuisse mulierem captiuam genere pariam nomine Timum quae esset indigenarum deorum administra hanc cum in conspectum uenisset consilium ei dedisse: si magni faceret paron capere exequeretur quae a se preciperebantur. Eius deinde preceptis auditis milciadem accessisse ad maceriam quandam ante urbem: qua maceria sepitur templum ceteris legifere: eamque quia fores aperire non poterat transiisse et illam transgressum solarium ascendisse ad aliquid intus faciendum: siue ad mouendum aliquid quod moueri fas est: siue ad aliquid quodcunque id sibi agendum: et cum pro foribus esset subeunte horrore preoccupatum eadem uia reuertisse: deque maceria desilientem femur conuulsisse: alii ingenua procidisse aiunt. Ita milciades male habens domum remeavit neque pecuniam atheniensibus portas neque patrio parta urbe tantum per et uiginti dies obsessa et agro populato parii cognito quod ministra deorum tunc milciadem admonuisset uolentes ob id de ea supplicium sumere postquam obsideri desierunt delphos miserunt sciscitatum nunquid ministram deorum condemnarent: quae rationem capiende patrie hostibus detexisset: quaeque milciadi exposuisset sacra: quae ad uirilem sexum efferri nefas esset. Id pythia fieri non permisit negans timum earum rerum esse auctorem. Sed quia milciade non bene obeundum esset ideo ei ducem malorum apparuisse. Hec parius pythia respondit. Milciadem e patrio reuersum cum alii athenienses in ore habebant: tum precipue xantippus ariphronis: qui cum apud populum accusauit: quod athenienses circumscripsisset: cui accusationi non per se ipse respondit. Neque enim poterat: quippe qui putrescente femore iaceret in lecto. Sed pro eo amici sui allegantes cum alia multa ut lemnium expugnatam: quam ultus pelasgos atheniensibus tradidisset: tum uero pugnam in marathone gestam. Interuentu tamen populi ne capitis damnaretur quinquaginta talentis culpa mulctata est. Post hec milciades dissoluto atque marcescente foemore decessit. Quinquaginta autem talenta cymon filius exoluit. Porro lemnium milciade hunc in modum obtinuerat. Pelasgi postquam ex attica ab atheniensibus exacti sunt siue iure siue iniuria nam in hoc nihil habeo preter relata: quia echateus esilandri

Quo milciades lemnium
obtinuit.

in sermonibus ait iniuria. Athenienses enim cum uiderent regionem: quæ erat sub humello: quam illis habitandam dederant: mercede muri circa arcem producendi bene excultam: quæ prius mala fuisset: et a nemine accipi digna liuore captos fuisse et libidine terre potiunde: et ita illinc exegisse illos nulla alia re in excusatione allata. Ut autem athenienses aiunt iure eieci: Quippe cum essent sub humello habitantes illinc prodire solitos hanc iniuriam intulisse: quotiens filie et filii atheniensium ad nouæ fontes aquarum pergerent. Nulla dum enim aut eis aut illis grecis per id tempus mancipia erant: Pelasgos eis per contumeliam et contemptum uim attulisse: Neque hoc fecisse contentos ad extremum manifesto deprehensos de inuadendis atheniensibus consilia agitasse. Se uero adeo meliores quàm illi fuerant uiros fuisse: ut cum haberent facultatem interimendi eos: quos sibi insidiosos deprehendissent tamen uoluerunt. Sed eis preceperunt: ut e regione excederent: atque ita illos solum uertentes cum alia loca: cum uero Lemnum obtinuisse. Illa hecatus hec athenienses aiunt. At pelasgi hanc atheniensium iniuriam ulciscendi audi. ii qui Lemnum incolebant gnari: quoniam dies festi atheniensium celebrarentur biremibus instructis insidias manipulatim collocarunt uxoribus atheniensibus diem festum chane apud braurone agentibus: permultisque illinc captis abierunt: et in Lemnum delatas pro concubinis habuerunt. Hæ foemine postquam filiis abundauere lingua eos attica ac moribus atheniensium imbuerunt: et illis consuetudinem cum pelasgidum filiis habere abnuebant: et si quis e suis ab ullo illorum uapularet cuncti auxilio aderant et mutuo sese tutabantur. Ac dignum se qui aliis pueris dominarentur existimabat: atque adeo longe preualebant. Quare animaduersa pelasgi inter se colloqui sunt considerantesque rem esse indignam atque inter se dicebant. Si nunc dum pueri sunt dignoscunt sibi opitulari aduersus filios uxoribus legitimarum: quas uirgines duxim? et eis continuo preesse conantur quidnam facient in uirilem adulti etate. Itaque cum id eis altius insedisset placitum est: ut eos filios e matribus atticis susceptos necarent. His necatis addunt et cedes matrum. Ex hoc facinore et illo superiore foeminarum: quæ uiros suos una cum thoante interemerunt usu receptum est per greciam: ut teterrima quæque facinora Lemni a appellentur. Pelasgi cum eis post necem liberorum atque uxoribus neque telus fructum redderet neque pecua ut prius gignerent fame pariter et liberorum orbitate uexati delphos miserunt petitum aliquo laxamentum presentium malorum iussi a pythia poenas atheniensibus quas illi uellent

pendere athenas iere polliciti sunt daturis se poenas illis omnis iniurie. Athenienses stratis in curia toris q̄ poterant splendidissime appositaeq̄ mēsa omnium bonorum refectissima iusserunt pelasgos ita se habentem regionem sibi traderent. Tunc pelasgi excipientes dixere: si nauis uento aquilone atq̄ uno die nos ē uestra regione in nostram proueheret ita demum uos qd̄ petitis trademus. Hoc dixere quod scirent fieri non posse. Nam attica multo magis ad austrum uergit q̄ lemnus. Hec haftenus tūc compluribus. Deinde adis annis. Vbi chersonesus quē est in hellesponto atheniensium ditionis fuit. Milciades cemonis uentis ethesius perflantibus ex eluente quē est in chersoneso soluens in lemnum delatus est: precepitq̄ pelasgis: ut ex insula excederent redigens eis in memoriam oraculū: quod nunq̄ illi expletum in sperassent. Quorum ephesenses quidem obtemperauerunt. hyrrinei autem non agnoscens chersonesum esse atticam diu obsessi sunt donec in deditionem uenerunt. Ita lemno positi sunt athenienses atq̄ milciades. ~

HERODOTI ALI CARNASEI LIBER
SEXTVS FINIT INCIPIT SEPTIMVS



OSTQ̄ NVNTIVS PVGNE AD regem Darium hystaspis filium allatus est pugne ad marathōnem gestē cum antea uehementer infensus ille atheniensibus esset quod sardis inuasisset longe infensius factus et propensior ad bellum grēcie inferendū missisq̄ continuo nuntiis ad ciuitates eduxit: ut singule multo q̄ antea maiores copias necnon naues nauigia equos rem frumentariam compararent. His nuntiis asia triennium exagitata est. Vbi cum delectus agitur optimi cuiusq̄ aduersus grēciam militaturi et apparatui opera dabatur quarto anno egyptū: qui fuerant a cambise subacti defecere a persis: quo magis aduersus utrosq̄ darius expeditionem sumere parabat egyptios atq̄ athenienses. Dum hec comparat interea ingens inter eius liberos de principatu exorta dissensio est: quoniam ex instituto persarum oportebat eum ita demum ire ad expeditionem: cum regni successore

Darius bellū aduersus Athenienses parat.

Egypti a persis deficiunt.

Dissensio inter Darii liberos de principatu.

declarasset. Erant autem Dario iam ante q̄ regnaret liberi tres e priore uxore Gobris filia suscepti et post partum regnum alii quatuor ex attosa cyri filia superiorum natu maximus erat. Artabazanes posteriorum xerses: qui cum ex eadem uxore non essent disceptabant. Artabazanes quid qd̄ omnis paterne sobolis ipse maximus natu liberorū obtineat principatū. Xerses uero qd̄ ipse attosa genitus esset filia cyri: qui persis libertatem acquisisset. Dario non ferente sententiam. Aderat forte demaratus aristonis: qui per id tempus altercationis spartano regno exutus ac lacedemone profugus susa ascenderat. Hic uir audita liberorum darii controuersia adiit ut fama fertur admonuit: ut ad cetera que predicebat hoc adderet: se quidem genitum e dario iam rege et persarum imperium obtinente: artabazanem uero e dario cum erat priuatus. Proinde neq̄ equum neq̄ iustum esse alium quempiam potius q̄ se illam dignationem adipisci: quoniam sparte sic quoq̄ usurparetur: ut sicut ante q̄ regnet filii nascantur: deinde iam regi alius huius postea nati successio regni sit. Hac a demarato subiecta ratione uenientem xerses tanq̄ iuste dicentem darius regem declarauit: quanq̄ etiam citra preceptum demarati xerses ut mea fert opinio regnauisset. Quippe cum omnis potentia penes atossam esset exire in expeditionem altero a defectione egyptiorum anno supremum diem obiit sex et triginta annis regni expletis haud compos uoti ut egyptios et athenienses ulcisceretur. Eius morte regnum ad xerses filium deuenit: qui ab initio neq̄ animatus erat ad bellum grece inferendum sed egypto. Ceterum Mardonius consobrinus suus Gobrys et sororis darii filius cum adiens his uerbis est allocutus. Domine haud decorum athenienses tam male iam de persis meritos non dare poenas eorum que perpetraverunt. Tu uero quod in manibus habes perfice: tamen ubi egyptum que dignitati tue iniuriam fecit domueris sume aduersus athenas expeditionem: ut et bene de te loquantur homines et posthac abstineat alius a bello tibi inferendo. Et hec quidem erat oratio ultionis exigende. Illa autem rationis accessio europam esse regionem admodum speciosam omniaq̄ genera foeliciū arborum ferentem ac summe bonitatis et dignam que a solo inter mortales rege possideatur. Hec Mardonius dicebat ut iuuenis ac nouarum rerū cupidus imperū grece pro rege administrandi: qd̄ etiam etiam regi persuasit conditione temporum adiutus. Nam alia ut rex ad hoc faciendum induceretur adiumento fuere primum e thessalia nuntii ab alebadeis ad regem inuocandum aduersus greciam se enim omne ob-

Mors Darii histaspis filii.

Mardonius xerses ad bellū
cū atheniensib; gerendu hortatur.

sequium præstaturus. Alebadei autem isti erant Thessalie reges: deinde hi pisistratide: qui susa ascenderant: qui cum eadem uerba habuerunt: quæ alebade: tum uero pretendebant onomatritum quendam atheniensem quem secum habebant sortilegum et musei sortium edisertatorem. Ascenderant cum eo reuersi in gratiam. Nam onomatritus ab hipparcho pisistrati athenis fuerat eiectus: quod per lapsum hermonis manifesto deprehensus fuisset. Inter musei sortes hanc inseruisse fore ut insule lemno adiacentes mari sumergerentur. Ob id hipparchus hominem eiecerat cum familiarissimo illo ante uteretur: et tunc cum eodem ut in conspectum regis ueniret ascenderat: de quo cum aliis pisistratidis loquebatur onomatritus: si quæ sortes barbaro nuntiabant: earum nullam recitauit. Itaque accedente hoc sortilego et pisistratidarum et alebadarum suasionibus Xerxes ad inferendum græcie bellum est inductus. Sed altero a morte darii anno primam expeditionem fecit aduersus ægyptios quos subactos et ætiores quæ sub dario sub darii fuerant seruitutem redactos tradidit gubernandos arthemem fratri suo darii filio: quem præsidem ægypti interiecto deinde tempore interemit. Inatus psammethici uir poenus Xerxes recepto ægypto producturus aduersus athenas exercitum præstantissimos quosque persarum in concilium uocauit: ut et illorum summas audiret et ipse diceret quæ libet. Quibus coactis ita locutus est. Viri perse. Equidem ego non ero huius instituti auctor sed ab aliis traditi imitator. Nam quemadmodum a maioribus natu accipio: ex quo imperium hoc a mediis eripimus astyage per cyrum amoto nunquam conqueuimus. Sed ita deus agit: et multa nobis sibi obsequiis in melius confecit. Atque ea quidem quæ cyrus cambysesque ac pater meus fecere et quas gentes imperio addidere non attinet referre apud probe scientes. Ego posteaquam hanc sedem accepi dedi operam ne ab iis qui hoc hoc honore fundi degenerarem neue minus potentie persis acquirerem. Quod animo uersas inuenio nobis accessuram gloriam pariter et regionem neque inferiorem neque deteriolem ea quam recuperauimus sed feraciorem una cum ultione iniurie atque uindicta. Ideoque nunc ego uos contraxi ut id quod agere constitui uobis exponerem. Constitui iuncto hellesponto copias per europam traducere in græciam: ut id quod agere constitui uobis exponere athenensium ulciscar iniurias: quas cum persis aliis tum patri meo intulere. Noratis autem et darium aduersus hos uiros bellum mouere destinasse. Verum ei morte præueniente non contigit ut illos ulcisceret. Ego uero eius uicem aliorumque persarum ulciscens non prius desinam quam expu-

gnauero

Xerxes ægyptios qui sub darii
rebellauerant itaque subegit.

Oro Xerxis de bello contra
græciam capessendo.

gnauero incenderoq; athenas: cuius ciues et me et patrem meum priores
 iniuria affecerunt: semel dum sardis una cum aristagora milchio seruo
 nostro uementes cremauerunt lucosq; ac delubra. Iterum in uos quid fece-
 runt terram suam ingressos: cum clatis et ataphernis duces fuere omnes
 scitis. Illarum rerum gratia irritor ad inferendum eis bellum: Quos atq;
 ipsorum finitimos regionem pelopis pbrygis incolentes si in potestatem re-
 degerimus tot bona futura esse ratiocinando comperio terram perfidem e-
 theri iouis conterminam reddemus. Nullam enim regionem spectabit sol
 finitimam nostre. Sed ego omnem permensus europam una uobiscum cun-
 ctas regiones in unam redigam. Nam ita rem habere audio. Nullam reliqua
 esse hominum neq; ciuitatem neq; gentem que nobiscum dimicare possit.
 I ta subactis quos dixi et qui nos lacesserunt iugum seruale sustinebunt: In
 quo si uos mihi gratificari uolueritis ubi tempus uobis indicauero: quo uos
 presto esse oportet tunc unusquisq; debet impigre adesse: Quorum qui
 ornatissimus cum copis aderit eum donabo uis que in nostra domo pretiosis-
 sima habentur. Et hec quidem ita agenda sunt. Sed ne solus uidear in consi-
 lio sententiam dicere rem pono in medio iubens unicuiq; libet sententiam
 dicere. his dictis loquendi finem fecit. Post quem mardonius domine inqt
 tu uero non modo superioribus sed etiam uenturis est prestantior: qui cum a-
 lia et optima et uerissima commemoras: tum uero qd sonet qui europam in-
 colunt non sinis habere ludibrio nos non minus q; ipsi sint ludibrio dignos.
 E tenum res indigna est si dicas et indos et ethiopes et assyrios aliasq; multas
 et grandes nationes: que nihil perfas lesere: tamen potentie prolatande gra-
 tia in prouincias redigemus grecos: qui nos lacessere iniuria coeperunt non
 ulciscemur quidnam metuentes quas illor; copias quam pecuniarum uim.
 E orum pugnam nouimus vires esse imbecillas. eorum quos subegimus libe-
 ros penes nos habemus hos qui domi nostre habitantes iones et coles et dorel
 appellantur: quos ipse quoq; expertus sum: dum eis iussu patris tui intuli
 bellum: dumq; in macedoniam usq; processissem: et pene usq; ad ipsas athe-
 nas nemo mihi pugnaturus occurrit. Et sane consueuere greci ut audio inco-
 sultissime inire bellum propter imperitiam et sinisteritatem. Nam cum bel-
 lum inter eos inditum est in locum quem pulcherrimum et planissimum
 inuenire descendentes ibi prelium faciunt ita ut magno cum suo malo uicto-
 res inde discedant: deuidi ne longius repetam ad interemptionem deueni-
 unt: quos oportebat cum sint eiusdem lingue interpositis caduceatoribus ac
 nuntiis tollere controuersias et omnia potius agere q; pugnare: aut si necesse

Orō Mardonii.

habebant inter se omnino pugnare locum aliquem inuenire utrisq; difficil-
 limum: et ibi fortunam belli tentare. Hoc itaq; ritu haud probo utentes.
 G reci nunq; mecum uerbis egerunt de dimicando cum macedoniam tenus
 promouissem. Tibi autem rex qui obuiam uenturus est bellandi causa: co-
 pias asie atq; omnem classem agenti. Non eo audacie procedent ut reor
 grecorum res. Quod si me fallit opinio et illi uecordia elati ad pugna-
 dum nobiscum uenient. Discant nos esse in bellica prestatissimos ho-
 minum. Nihil igit sit quod non experiamur. Nam sua sponte nihil
 fit: sed omnia ab experimento hominibus fieri consueuerunt. His mar-
 donius sententie xerxis assentatus loqui cessauit. Tum silentibus aliis
 persis nec aduersum ei que dicta esset sententiam dicere audentibus
 Artabanus histaspis filius xerxis patruus uir circumspectus ita inquit. Rex
 nisi diuerse inter se sententie dicantur non potest quis eligere meliore.
 S ed necesse habet illa que dicta sunt uti. At cum plures dicte sint licet tanq;
 aurum purum deligere: qd per se discerni cum nequeat comparatum cu
 altero discerni potest. Ego patri tuo dario eidem fratri meo suadebam ne
 sumeret aduersus scythas expeditionem uiros nulla usq; oppida incolentes.
 S ed ille scythas nomades se subacturum mihi non assensus. Itaq; sumpta
 expeditione multis egregiis uiris de exercitu amissis abcessit. Tu uero rex
 bellum inferre destinas uiris multo q; scythae sunt prestantioribus: quicq;
 et mari et terre optimi esse dicuntur. Quibus in rebus quid dictum sit
 hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus hellesponto ait te co-
 pias per europam in greciam deducturum. Atq; eos conuenit aut in ter-
 ra aut in mari aut utrobq; abs te superari. Si quidem feruntur uiri esse
 fortes: cuius rei licet hinc argumentum capi si tot copia ductu datis
 et artaphernis atticam regionem ingressas soli athenienses profligaue-
 runt. Ergo uero in utraq; parte successit. Qd si idem consensit nauius
 pugna nauali uictores ad hellespontum nauigent ac deinde pontem sol-
 uant hoc durum fuerit rex. Neq; uero ex unius mea priuata prudentia
 coniecto: Sed eo casu quo aliquando parum abfuit quin opprimeremur:
 cum pater iuncto bosphoro thracio a flumine histro pontibus commis-
 so traiecit ad scythas. Eum traiectum scythae omnino institere precari
 iones: quibus custodia pontium delegata erat ut interscinderent. Quo
 tempore si histieus mileti tyrannus aliorum sententie accessisset ac non
 contraxisset actum erat de rebus persarum. Res dictu quoq; horribilis
 omnem regis statum in uno uiro positum fuisse. Quare noli tu ullum

Oro Artabani histaspis filii
 xerxis patru.

tale adire discrimen nulla subsistente necessitate. Sed mihi potius obtempera. Hunc coetum in presens missum facito: iterumq; dum tibi uidebitur re apud te ipsum considerata edicito qd optimum esse arbitraberis. Bene enim consultare comperio maximum esse lucrum. Nam etiam si quid e contrario euenturum est: nihil tamen minus male consultatum est: superauitq; fortunam consilium. At qui turpiter consultauit, Si ei fortuna obsecundauit ille est quidem uoti compos: nibilo tamen minus male consilium cepit. Vides ut pregrandia animalia fulmine deus ferit: nec sinit insolescere. Parua uero nihil ledit. Vides ut magna semper edificia magnaq; arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt. Gaudet eum deus eminentissima quæq; deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur: quotiens deus his quibus inuidet aut metum incutit aut tonitruum propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat in calamitatem inciderunt: quia deus neminem alium q se ipsum sinit de se magnifice sentire. Omnis res properando parit errores: unde detrimenta fieri assolent. In cunctando autem bona insunt: etsi non talia quæ statim uideantur esse bona: certe quæ suo tempore bona quis esse comperiet.

Et hoc quidem tibi rex suadeo. Tu uero Gobrys fili desine loqui stulta de grecis haud dignis qui male audiant. Nam grecis detrahendo ipsum regem uis excitare ad bellum illis inferendum: ad quod tu omni auuiditate contendis: qd absit ut fiat. Detractio namq; promptissima res est: in quo duo sunt qui iniuriam faciant: unus cui iniuria fit. Qui enim detrahit, iniurius est: qd non putem accusat. Item qui huic credit iniurius est: qd prius credit q rem compertam habuit: et illi cui absenti detrahatur ob id fit iniuria qd ab altero insimulatur, ut malus ab altero talis putatur.

Quod omnino bellum his uiris inferre oportet: agendum rex ipse remaneat domi: apud persas nostrum amborum liberi deponantur. Tu in expeditionem ito: delectis quos uelis uiris ac quantiscunq; copiis: et si ex sententia tua res succedent ut ego dico interimantur tui et insuper si redieris. Qd si hanc subire conditionem recusas: cupisq; in greciam prorsus reducere exercitum affirmo fore ut aliqui eorum qui hic relinquentur audiant mardonium post illatam persis magnam aliquam calamitatem a canibus uolucrisq; discerpi aut in atheniensium solo aut lacedæmoniorum nisi forte antea inter uia agnitorum aduersus quales uiros suades regi ut moueat bellum. Hæc arthabano locuto xerses ira percussus his uerbis excipit. Arthabane qd patris mei frater es hoc te subleuat ne dignam stul-

Quid xerses Arthabano patriuo
responderit: qd bellu grecie
dissuadebat.

ta oratione mercedem recipias. Hac tamen te notabo ignominia quia
 instrenuus es & ignauus ne comes sis meæ in greciam expeditionis. Sed hic
 una cum foeminis maneat. Ego etiam sine te quæ dixi conficiam. Neque enim
 fuero darii qui fuit histaspis qui fuit aramis qui fuit aramenis qui fu-
 it Tispei qui fuit cyri qui fuit cambisis qui fuit achemenis filius nisi
 athenienses ultus fuero probe intelligens si nos quieuerimus non quieturos
 illos sed nostram terram cum exercitu inuasuros prout colligere licet ex
 his quæ ipsi facere coeperunt qui et sardis incenderunt et aliam incur-
 runt. Itaque neutris satis est secessisse utrisque propositum est certamen et
 agendi & patiendi aut ut hæc omnia sub grecis aut illa omnia sub persis
 sint. Medium enim inimicitiarum nullum est. Quare honestum erit nos
 iam iniuria lacessitos exigere ultionem ut quam calamitatem passurus
 sum intelligam profectus aduersus eos viros quos etiam pelox phryx no-
 strorum maiorum seruus ita subegit ut ad hoc usque tempus et ipsi hoies
 et eorum regio ab illius qui subegit cognomine appellentur. Hæc hæc
 nus locutus est. Deinde sub uesperum cum fuisset stomachatus artabani
 sententiam per noctem apud se consultans comperit prorsus non esse si-
 bi opus inferre greciæ bellum mutataque rursus sententia cum obdormi-
 uisset uisusque in somniis ut fertur a persis uidere quendam corpore in-
 genti atque specioso qui sibi affans diceret reuocasti ne sententiam de in-
 ferendo greciæ bello cum prædixeris persis te comparaturum esse exerci-
 tum. Neque si reuocaueris eam bene facies neque qui tibi assentiatur adest.
 Quare perge ire eam uiam quam interdum ire destinaueras. Hæc locutus il-
 le uisus est xerxi ab aspectu euauisse. Vbi dies illuxit huius in somni
 nulla ratione habita coacto eorundem persarum quos pridie coegerat
 concilio xerses ita uerba fecit. Viri perse ueniam mihi date dicenti con-
 trariam superiori sententiam. Nam et ego nondum ad summum quo per-
 ueniendum est mihi prudentiæ perueni et qui ut illud faciam suadent
 nullo unquam a me tempore abscedunt eoque mihi artabani sententiam au-
 dienti confestum iuuentus efferbuit ut uerba in uirum grandem natu
 effunderem petulantiora quam debui. Nunc itaque agnoscens erratum meum
 utar illius sententia et quoniam reuocaui expeditionis sumende senten-
 tiam vos quieti estote. Hæc ubi audiuerit perse letitia affecti regem adora-
 uere. Insequenti nocte rursus in somnum quiescenti xerxi assistens inquit.
 Fili darii uideris expeditionem apud persas reuocasse uerbis meis pro ni-
 hilo habitis quasi illa a nemine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige.

nisi exemplo uis expeditionem hoc tibi ex ea re continget quemadmodū breui rursus humilis eris. hoc uiso perterritus xerses e cubili exiit pariter et nuntium ad accessendum artabanum: qui ubi aduenit ita ad eū inquit. Artabane ego statim cum in te bene mihi consulente stultis uerbis inuictus sum non fuit compos mentis: sed non multo post poenitens cognoui id mihi esse faciendum quod tu precipiebas. Tamen id uolens exequi non possum. Nam mihi iam animo immutato et prioris sententie penitenti Apparuit in somni uisio dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram quin etiam nunc interpositis minis abscessit. Quod si deus est qui in somnium misit: ei prorsus cordi est expeditionem sumi aduersus greciam continget hoc idem tibi quod mihi in somnium itidem ut mihi precipiens: quod ita fore coniecto si omnem meum ornatum sumas eoq; indutus in sella mea consideas: et deinde in cubili meo capias somnum. Hec locuto xersi Artabanus initio nolle exequi atq; negare se dignum: qui regio in solio sederet tandem cum cogeretur fecit imperata hec prelocutus apud me rex tantundem ualet bene sentire per se et alteri bonam dicenti sententiam: que ambo tibi cum adsint malorum tamen hominum te colloquia deprauant: quemadmodum mare quod est hominibus omnium utilissimum ferunt ab ingentibus flatibus uexari nā sua uti. Ego uero cum ex te male audiui non tam meam dolui uicem quam tuam: Qui cum propositae essent duae sententiae persis una que detrimentum auget altera que tolleret dicens perniciosum esse imbui animum usu plura semper expectandi.

¶ si propositis sententiis tu elegisti eam que et tibi ipsi et persis est periculiosior. Nunc autem cum ad te mutato in melius consilio de sumenda aduersus grecos expeditione ais accessisse in somnium alicuius dei nutu: quod te uetat dimittere exercitum. Hoc non res diuina est fili. In somnia enim ista sunt: que adeuntia homines frustrantur quemadmodum ego te docebo multis quam tu annis grandior. Consueuerunt ista somniorum uisa plerumque frustrari ob ea que quis per diem mente agitauit. Nos nudiustertius expeditionem hanc inter manus et quidem uehementer habuimus. Quod si hoc non est cuiusmodi ego dico: sed aliquid diuini habens. Tu ipse omnia in summa dixisti. Appareat enim et tibi ita ut mihi eadem iubens. Verum nilo magis apparere mihi debuit tuum amicum gerenti: sed meum nec magis quiescenti in tuo toro quam non: sed in meo: si etiam alias uult se exhibere. Neque eo insanie peruenit illud quicquid est: quod sese tibi obtulit in somnis: ut me cernens putet esse te ducto e uestibus argumento. Id si

me contemptui habebit: profecto nec aspectu suo dignabitur siue mea gerentem uestimenta siue tua. Sed adibit quod iam animaduertendum ē. Nam si frequens accesserit ipse quoque fatebor rem diuinam esse. Ceterum si ita tibi agendum uidetur neque id reuocari potest en ad cubandum in tuo cubili pergo. Age mihi quoque cum ista perfecero appareat hac tantum conditione tue sententię acquiescam. Hęc locutus artabanus quod speraret ea a xerse sine ullis uerbis admissum iri iussa executus est: et cum induta sibi xersis ueste in regali solio resedisset recubuisse. Idem somnium dormientem adiit: quod xersem adierat: ei que superadstans inquit. Tunc ille es: qui festinantem in greciam xersem distines tanquam eius curator. Tu neque in futurum neque in presens consideras: qui dissuades id quod fatale est contingere. Quid autem xersem pati necesse nisi dicto audiens fuerit ei ipsi demonstratum. His uerbis artabano uisus est ille uir in somniis minitari: cadentibusque ferramentis conari oculos ipsi exurere. Quadere uehementer exclamans artabanus exiit: aditoque xersi obuersatam sibi in somniis uisionem exposuit: secundoque loco hęc inquit. Equidem rex ego ueluti homo quod multa iam uideram et magna negocia sub heffionibus contigisse non sinebam te omnia etati indulgere gnarus rem esse malam multa concupiscere memoria tenens quomodo cum exercitu cambysis contra ethiopes: qui etiam cum dario militauit aduersus scythas. Hęc sciens ego sentiebam te si quiesceres omnium esse beatissimum. Sed quoniam demonis quidam instigator est: et grecis clades quedam ut uidetur missa diuinitus manet: egoque credo ac sententiam muto. Tu uero que diuinitus missa sunt indicato persis iubetoque: ut his que ad apparatus pertinentia antea preceperas operam dent. Hoc agito ne quid tuorum deo tribuente desit. His dictis et subauditis e uisione animis: ubi extitit ibi confestim xerses hęc persis exposuit Artabano quem constabat solum omnium id fuisse debortatum tunc exhortante. Post hęc ineunti expeditionem tertium in somniis uisum oblatum est: quod magi auditum coniectarunt ad uniuersam terram pertinere portendereque omnes homines xersi seruituros. Visum tamen tale erat. Videbatur sibi xerses surculo oleagino coronatus esse: cuius oleę ramis uniuersa tellus occuparetur et mox corona capiti circumdata euanesce. Hoc magis interpretatis sine mora perse que in concilio fuerant ad suam quisque prefecturam digressi omni studio incubuerunt ad exequenda iussa: cupidi dona que proposita fuerant obtinendi xerses ita copias suas contraxit: ut omnem continentis locum

serutaretur. Siquidem a debellata egypto per totum quadriennium comparauit exercitum atq; eius apparatus: Quinto anno ineunte mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos nouimus exercituum hic multo maximus extitit adeo ut ad eum nihil fuisse uideatur aut ille darianus qui aduersus scythas ductus est aut ille scythicus qui cymeros insequens medicam regionem inuasit pene omnia superiora asiae subegit ac tenuit: quo nomine darius scythas iuit ultum: aut ille ut fama fert atride aduersus ilium aut ille aut troicum bellum misorum troicorumq; qui per bospborum in europam transgressus omnes thraces in ditionem suam redegit ad ioniumq; pontum descendens ad peneum usq; amnem qd ad meridiem uergit processit. Neq; illi omnes exercitus neq; aliis eis adiecti cum uno hoc comparari merentur. Quis enim non attulit ad xersem ex asia copias: quae aqua preter ingentes amnes potando non fecit. Alii nanq; naues prestabant aliis ut peditatum aliis ut equitatum aliis ut nauigia ad uectandos equos eorum qui una militabant aliis ut naues longas usum pontium prestarent iniunctum: ut frumentum et naues: quae triennio super ere preparata erant praecipue propter athon: in quo superior classis dum circumuehitur confictata est. Ad eundem enim chersonesi habebat stationem: illincq; omnes copiae sub uerberibus ceperunt athon effodere per uices aliis succedentibus adiuuantibus etiam in effodiendo accolis prepositis operi. Bubare magabizi et arrache arrachis uiris persis. Est autem athon mons ingens ac nobilis ad mare pertingens ab hac parte hominibus cultus ad continentem desinens in speciem chersonesi idest pene insule cum isthmo duodecim stadiorum. Hae planities ac tumuli e mari e canthiorum ad mare: qd est contra toronem non sunt magni in hoc isthmo: ubi athos sumitur: sita est urbs graeca nomine sana. Quae autem extra sanam et intra athon sitae sunt urbes quae apud incoluntur. Hunc in modum barbari nationatum effodiebant recto limite iuxta sanam postea qd depressa erat fossa ab his qui in imo infodiebant alii humum e fossa assidue trahebant: aliis superne semper scalas stantibus: et isti excipientes deinceps ab aliis dum ad summos perueniebatur: qui illam efferebant atq; abiciebant. Qua in re tumidi effossi duplicem illis preter qd phoenicibus prebebant. Nam cum eandem facerent fosse mensuram superius in ore qd superius in fundo id necesse fuit contingere. At phoenices cum aliis in rebus tum uero in illa prudentiam suam declarauerunt: qui partem quae sibi forte contingerat ita excauauerunt in os fosse duplum esset qd ipsam fossam esse oportet.

tebat procedentēq; opere assidue illam coartarent: et cum ad unum deuen-
tum esset fossa ceterorum partibus adequaretur. Est autem hoc loco pratum
quoddam: ubi illorum erat et mercatus et pretorium: quo multum etiā
ex asia frumenti moliti comportabatur. Hanc fossam xerses ut ego conie-
ctura colligo iactantię gratia deprimi iussit potentię ostentandę cupidus
ac memorię relinquendę. Nam cum liceret nullo negotio naues per isthmū
transportari iussit isthmum interdicti ad mare recipiendum in fossam tan-
tę latitudinis ut due triremes pariter illac agitari possent. Eisdem impera-
tum est ut fossam facerent: quibus fuerat ut flumen strymona pontibus
iungerent. Ista xerses hunc in modum fecit. Comparauit item ad pontum
armaturam scyrpi ac albi lini copiam dato hoc phoenicibus atq; egyptiis ne-
gotio: neq; comineatum exercitui comportarent ne homines ne iumenta
que ducebantur in greciam absumeretur. Sed admonitus iussit illum in
loca: que cuiq; opportunissima essent alius alia uia comportaret undiq; ex
asia nauibus onerariis et uecturis. Verum plurimum comportarunt in oram
que dicitur album litus: ut cuiq; preceptum erat alii in tyrodizam perin-
thiorum oram alii in dorficum alii in leona: que est supra strymonem a-
lii in macedoniam. Dum isti imperato sibi traiectu occupantur interea xer-
ses coactum omnibus pedestribus copiis iter ingressus est sardis uersus mo-
uens ex critallis cappadocię. Illic enim edictum erat ut cunctę copię co-
gerentur: que per continentem erant cum xerse iturę. In quibus quisnam
prefectorum agmen pulcherrime instructum ducens ab rege donatus est
proposito premio affirmare non possum: quia nec a principio cum res in
iudicium deducta est cognoui. Postq; transiisso flumine haly attigerunt
phrygiam itinere per eam facto peruenerunt celenas ubi fontes existunt et
alterius annis non minoris meandri nomine cataractę: qui ex piso foro
celenarum exorients influit in meandrum: in qua urbe et in quo foro uisitur
suspensa silenii marisq; pellis in utrem formata: quam a phrygibus fertur a-
pollo illi detractam suspendisse. In hac urbe residens pythius atys filius uir
lydus omnem regis exercitum atq; ipsum xersem magnificentissimo hospitio
excepit: spoponditq; se pecuniam ei in bellum suppeditaturum: ob quam spon-
sionem xerses eos qui aderant persas interrogauit quisnam esset pythius et
quantum pecunię possidens qui hoc polliceretur. Illi rex inquit. Hic est
qui darium patrem tuum aurea platano ac uite donauit: quicq; nunc homi-
num omnium diuitis princeps est secundum te. Hęc ultima uerba xerses
admiratus secundo loco percontatus est ipse pythium quantum ei pecuni

Pythius Atys filius.
uir lydus.

arum esset: Cui ille neq; te inquit celabo rex neq; me dissimulabo me scire meas ipsius facultates: sed sciens perinde exacte recensebo. Et enim posteaq; accepi celeriter te ad mare grecum esse descensurum uolens tibi ad bellum pecunias dono dare subducta ratione comperi mihi esse argenti duo milia talentorū auri uero quadragetis centena milia numum daricorum septem milibus minus quę tibi dono do. Nam mihi ipsi uictus ē mancipis atq; ex agricolis suppetit. Hęc pythius. Quibus uerbis delectatus xerses hospes lyde inquit Ego ex quo perfidem regionem egressus sum neminem adhuc nactus sum: qui in exercitum meum hospitalitatem exercere uoluerit: An qui in conspectum meum ueniens sua sponte pecuniam mihi ad bellum conferre preter te: qui et exercitum meum egregia hospitalitate prosecutus et ingentem pecuniam polliceris: Ob quę uicissim ego te remunerandum duco: hospitem meum te facio: et ista quadragetis centena milia numum ē meo ipsius explebo datis septem milibus ne quadringente myriades idest quadragis centena milia sint imperfecte: sed addito ē meis supplemento summa sit solida: Quęq; possideas ipse possideto. Ac scito semper talem agere. Nam ita agentem neq; in presens neq; in posterum poenitebit. Hęc locutus et quę dixerat executus perrexit assidue porro ire pretergressusq; urbem phrygiam nomine anina et stagnum ex quo conficitur sal peruenit colossas phrygie oppidum: ubi lycus amnis hiatum terre subiens occulitur. Deinde fere quinq; post stadia emergens illabatur et ipse in meandrum. Mouens ē colossis exercitus uenit ad oppidum cydra: quod est in finibus phrygum ac lydorum: ubi depactus atq; erectus a croeso est indicans litteris eos fines: ubi ē phrygia in lydiam uentum est ad uiarum diuortia: quarum sinistra in cariam fert dextra sardis: quam tenentibus necesse est prorsus flumen meandrum transire urbemq; callatibum preterire: in qua sunt opifices mellis ē myrica et tritico conficiendi. Hanc uiam tenens xerses comperit platanū quam ob pulchritudinem aureo monili donauit eamq; tuendam uiro immortalis delegauit et ad urbem altero die peruenit. Postq; sardis aduenit principio caduceatores dimisit in greciam petitum terram et aquam edictumq; ut coenas regi instruerent ad omnes ciuitates preter athenas et lacedemonem. Eorum autem causa mittebat petitum terram et aquam qui hęc antea dario petenti non miserant. Hos tunc petituos omnino arbitrabantur daturos. Id igitur uolens explorare caduceatores dimisit. Secundum hęc sese apparabat tanq; abyduum profecturus: cum interea ii quibus negocium hoc datum erat hellespontum ex asia in europam coniūxerat.

Est autem chersonessi in bellesponto sextum inter et abydum urbes ora salebrosa: quæ in mare procurrit abydo tenuis et regione ubi non longo post tempore sub xantippo ariphronis athemensium duce artaydem uiri per sam sepsi prefecti cepere uiuum stipitiq; suffixerunt: qui etiam in templum prothesilai: quod est in eleunte adductis foeminis nefanda perpetrabat. Ad hanc oram ex abydo iungere pontem inchoauere ii quibus hoc munus erat delegatum hinc phænices albolino illinc egyptii scirpo. Est autem ex abydo ad ulteriorem continentem septem stadiorum traiectus quem pontibus iunctum ingens adorta tempestas ea omnia dirupit atq; dissoluit. Quod cum audiisset xerses indigne ferens iussit trecenta bellesponto uerbera infligi: et in eius pelagus par compendium demitti. Iam audiui inisse cum iis etiam qui stigmata bellesponto inurerent certe mandauit ut colaphos bellesponto incuterent dicentes barbara uerba ac uesana. O aqua amara dominus hanc tibi irrogat poenam: qd eum lesisti: qui de te nihil mali meritus erat. Te tamen rex xerses uelis nolis ue transmittet: meritoq; nemo hominum tibi sacrificat: ut doloso pariter et amaro flumini hac poena mare xerses plecti iussit: atq; eis qui prepositi operi erant caput præcidi. Et illos quidem pontes fecerant ii quibus hæc ingrata merces proposita erat. At alii architecti qui alios fecerunt hoc modo iunxerunt biremes triemesq; trecentas sexaginta euxinum uersus pontum composuere. Item ab altero latere trecentas quatuordecim pontum quidem transversas bellesponto secundum defluxum: ut stabiliter funes armamentorum pergrandes quoq; ancoras quas composuerant admiserunt. Partim ab hoc latere contra pontum uentorum causa: qui extrinsecus spirant partim ab altero contra uesperum et egeum euri et austri causa relicto ad auroram tribus in locis inter biremes transitu: ut qui uellet in pontum minutis nauigiis et extra pontum nauigare posset. His adis intenderunt a terra armamenta contorquentes machinamentis ligneis non iam separatim utraq; sed bina ex albo lino hinc quaterna ex scirpo illinc: quorum quidem retinaculorum crassitudo hæc erat & species: sed proportionem quæ e lino robustiora erant: cuius cubitus talento appendebatur iuncto pontibus traiectu codices lignorum discissos et ad latitudinem ratis adequatos apte restaurauerunt super armamenta intexta. Hos ubi gradatim disposuerunt tum uero rursus desuper innexerunt. Qd postea qd fecere materiam attulerunt continuèq; unposuerunt: deinde super materiam aggerem comportauerunt: quo iniecto sepem hinc atq;

Quo pontem construxerunt ii qb
a xerse id negocium mandatum
erat: ut p pontem in europa
exercitum traiceret.

hinc ne maris aspectu iumenta et equi terrentur pretenderunt perfectis his que ad pontem attinent. Et item circa athon aggeribus ad fauces fuisse propter estuaria maris: ne ipse fauces aluei obstruerentur. Xerxes nuntiato sibi prorsus alueo absoluto sardibus: ubi hibernauerat in eunte uere instructo cum exercitu profectus est abydum uersus: cui mouenti sol suam in celo sedem relinquens apparere desuit: cum nulle nubes uerum serenissimus aer esset: et pro die nox extitit. Id animaduertenti cura incessit percontandi magos quid ostentum illud uellet portendere. Illi respondent deum significare grecis ciuitatum defectionem: quod dicerent solem grecorum lunam ipsorum esse presidem. Ea re audita xerxes maiorem in modum letatus ire pergebat: Quem procedente adiens pythius lydius celesti ostento perterritus elato animo propter munera his uerbis allocutus est. Domine indulgebis ne quiddam quod imperare cupio tibi leue concessu sed mihi pro magno futurum. Xerxes nihil non potius illum quam quod petebat petiturum ratus se indulturum respondit: et quod peteret proloqui iussit. Pythius ubi hec audiuit sumpta fiducia Domine inquit quinque liberi mihi sunt: quos omnes contingit in militiam tecum ire aduersus greciam. horum uni tu queso rex miserus mei qui hunc processu statis indulge militie uacationem ei qui natus est maximus: ut et mei ipsius et census curam gerat. Quatuor tecum una ducas. Ita confectis que in animo habes rursus reuertaris. Rex ob id admodum indignatus his uerbis respondit. homo improbe tunc cum ego ipse in expeditionem eam aduersus greciam filiosque meos & fratres et domesticos et amicos ducam ausus es mentionem filii tui facere: qui meus est seruus: quem oportebat cum omni familia & uxore comitari. Prope nunc discito hoc animum in hominum habitare auribus: Qui bene audit eius corpus uoluptate perfunditur: qui uero male is acerbatur. Tu itaque cum benefecisti et alia generis eiusdem promissisti non gloriaris te supergressum esse regem munificentia. Postea uero quod ad impudentiora conuersus es non tu quidem pro merito sed minora quam pro merito accipies. Nam te et quatuor liberos liberant tua munera. Unus autem quem precipue complecteris damno muldabere. Hec cum respondisset subito imperauit quibus delegatum est ista exequi: ut maximum natu filiorum pythii inuentum discinderet medium eiusque discissi dimidium ad dexteram uig et dimidium ad sinistram disponderent: et illac transiret exercitus. hoc illi ubi executi

Xerxes e sardibus mouente ut in greciam traiceret sol sua in celo sedem relinquens apparere desuit cum serenissimus aer esset.

illic exercitus pertransiuit: in quo precedebant ii qui sarcinas portabant
 et impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non distincte sed pro
 miscue copie numero ultra dimidium exercitus. Post has intercedebat
 interuallum (neq. enim cum rege miscebantur): quarum principes erant
 mille equites e persis omnibus delecti. Secundum hos totidem hastati
 et ii delecti ex omnibus uersis in terram spiculis. Post hos equi decemq.
 pulcherrime ornati: qui nisei dicuntur: ideo sic dicti qd est ingens me-
 dice regionis campus nomine niseus: qui grandes fert equos. hos decem
 equos sequebatur sacer iouis currus: quem octo equi albi trahebant. Hac
 enim sellam nemo mortalium inscendit: post quem ipse xerses uehebat.
 curru equorum niseorum precedente auriga: cui nomen erat patiram phi-
 datis filie uiri perse. Hunc quidem in modum sardibus processit xerses.
 Sed e cursu quotiens ratio exigebat in essedum transcendebat. Eum seque-
 bantur hastati persarum optimi ac nobilissimi mille e more pila gestantes.
 Post hos alius delectus equitatus mille persarum. Dehinc e ceteris persis de-
 cem milia peditum delecta: quorum mille in lanceis pro coronis gesta-
 bant mala punica et aurea: quinque altos circumquaq. precludebant. Re-
 liqua nouem milia gerebant mala punica argentea. Gerebant item aurea
 et ii qui in terram uersus spectantia spicula habebant: etiam mala ii qui xer-
 sem proxime sequebantur. Hec decem milia ordine subsequeretur equi-
 tatus decem milium persarum: relictis post hos duorum stadiorum inter-
 capedine. Mox ibat cetera multitudo promiscua. Ita exercitus e lydia per-
 rexit ad flumen caycum et regionem myliam. A cayco autem a leua ha-
 bens montem canan per athernem ad urbem atrantium et atrandrum pelas-
 gidem pretergrediens: et idam ad sinistram manum stringens ad terram
 iliensem peruenit: cui primum sub ida noctem agenti tonitrua et fulgura
 ingruerunt: et complures ex eo exercitu examinauerunt. Deinde ad sca-
 mandrum est uentum: qui fluuiorum omnium primus ex quo iter e sar-
 dibus fieri coeptum est. Hunc profluentem sua aqua destituit: nec homi-
 nibus iumentisq. suffecit. Eo xerses postq. peruenit priami pergamum
 ascendit loci uisendi cupidus: qd ubi contemplatus est: et singula queq. eo-
 rum audiuit minere: iliadi mille boues imolauit: quarum libamine ma-
 gi heroibus parentauerunt. His actis terror per noctem exercitum inuasit.
 Simulatq. illuxit illinc mouerunt a leua stringentes rhetion urbem et o-
 phrymon et dardanon: que abydo contermina est a dextra gergydas et
 teucros. Vbi abydon uenerunt xersi incessit cupido omnem exercitum

oculis subiucendi. Itaq; in pretorio quodam: quod ei abydeni prius ab eo iussi e' candido lapide tumulo regia pro dignitate extruxerant: residens prospiciebat litus: et illic terrestres copias atq; classem: quam dum intuetur: subit eum cupiditas spectandi illius certamen. Id certamen postq; commissum est in quo sydonii uicere uoluptatem xerses coepit: tum certaminis: tum copiarum spectaculo. Et cum intueretur omnem hellespontum nauibus obductum: omnia litora atq; abydenorum plana hominibus referta: ibi se beatum esse iactauit: et post hec lacrymas fudit: Quod animaduertens artabanus eius patruus: qui libere sentiens dissuaserat bellum gracie inferendum: his uerbis interrogauit. Quid diuersa rex inter se nunc facis et dudum dixisti. Qui te beatum esse dixeras nunc lacrymas fundis. Et ille: reputantem me inquit q' breuis est omnis humana uita: subit horum miseratio: quorum cum tot sint: nemo ad centesimum annum supererit. Excipiens artabanus. Atqui inquit alia que istud est uiuendo miserabiliora patimur. In tam breui uita: nullus hominum adeo felix extitit: neq; horum neq; aliorum cui non crebro ne dum semel subeat animo moriendi uoluntas potius q' uiuendi. Nam incidentes calamitates et morbi uitam perturbant efficiuntq;: ut cum breuis sit: tamen uideatur. Ita mors optatissimum profugium erumnose uite: quam deus dulci gustu aspergens: ob id inuidus fuisse deprehenditur. Cui xerses artabane inquit quoniam humane uite conditio talis est: qualem tu exponis eam commemorare superseceamus: neq; tristium faciamus mentionem: cum iucunda habeamus in manibus. Hoc mihi edissere: nisi tibi ea euidentis in somni uisio fuisset oblata: perstares ne adhuc in priore sententia: dissuadens mihi aduersus greciam bellum an in ea persisteres. Agedum aperte hoc mihi dicito. Ei respondens artabanus. Visio inquit rex que in somnis oblata est ad uotum succedat amborum. Ego tamen adhuc metuo et adeo metu perculsus sum: ut non sim apud me. Nam mecum reputans cum alia multa: tum uero duo: et ea maxima omnium uideo tibi esse hostilissima. Ad hec xerses Demonie uiroz inquit: quenam ista ais mihi hostilissima esse? Vtrum horum tibi improbandum uidetur: tanq' non satis copiosum: terrestrisne exercitus: quasi multo numerosior ille grecus futurus esse uideatur: an classis tanq' illorum classe inferior: an hec ambo? Nam si ob hoc imbecilliores tibi uidentur nostre res: celerrime alterum quis exercitum comparet. Respondit artabanus. Neq; hunc rex exercitum improbauerit quisq;: qui sit mentis compos: neq; hanc nauium multitudinem etiamsi plures coegeris. Que autem duo dico tibi esse hostiliora: ea uero hec sunt: terra et mare. Neq;

enim usq[ue] maris portus est eiusmodi ut ego coniecto: qui surgente tempe-
 state sit capax huius tue classis idoneusq[ue] ad eam tutandam. Neq[ue] uero
 unum tibi portum esse oportet sed uniuersam continentem esse portum
 quo se recipiant naues. Itaq[ue] cum portus tibi opportuni desint intelligo
 homines esse in arbitrio fortuitarum. E duobus uno exposito pergam
 dicere alterum. Terra cum ob alia tibi hostilis est tum eo hostilior si
 nihil obstitit quo longius processeris assidue ulteriora surripient.
 Nulla est hominibus rei bene gerende satietas. Vnde etiam ut nemo tibi
 occurrat dico regionem maiori in tempore maiorem famam esse alla-
 turam. At uir ita demum fuerit optimus: si in deliberando quidem o-
 mnem rem quancunq[ue] pati posset reputans extimescit: In re autem a-
 genda est audax. Cui xerses artabane inquit merito tu quidem boni
 singula commemorasti: tamen non est ut omnia reformides omniaq[ue]
 pereque consideres. Nam si uelis in rei consultatione semper omnia
 perinde considerare nunq[ue] aliquid efficies. Satius est omnia alacriter
 aggredientem dimidium erumnarum pati q[uam] omni in re presumpto me-
 tu nihil omnino pati. Quod si repugnando omnibus que dicuntur no[n]
 uis committere: ut q[uo]d sumum est infinetur perinde peccas atq[ue] is qui
 contraria istis dicat. Et hec equaliter se habent. Scire uero aliquem
 cum sit homo qua ratione quid firmum esse oporteat nequaquam arbi-
 tror. At his qui facere quid uolunt consuevit plerunq[ue] succedere emo-
 lumentum: raro autem is qui pensant omnia et quos agere piget.
 Cernis quo res persica potentie p[er]cessit: quo nunq[ue] progressam uideres:
 si u[er]o qui ante me extitere reges istiusmodi consiliis quibus tu usi fuis-
 sent aut utentes istis sententiis non alios suaditores tales habuissent. Huc
 pericula contemnentes tantopere statum suum prouexere. Magna e-
 num negocia magnis cum periculis suscipi uolunt. Quare nos illorum
 factum emulantes optimo anni tempore iter ingredimur: subactaq[ue]
 omni europa rursus reuertemur nullam usq[ue] neq[ue] famem neq[ue] rem tri-
 stem passi. Nam et commeatus affatim ipsi nobiscum portamus et ad
 quamq[ue] uel regionem uel gentem uenimus eius re frumentaria potie-
 mur. Aratoribus uiris non pastoribus inferimus bellum. Post hec arta-
 banus. Quandoquidem inquit non sinis ullam rem formidari et tamen
 meum admittis consilium. Necesse est enim de multis negociis in lon-
 gius extrahi orationem. Cyrus cambyses genitus omnem preter athenas
 ioniam persis tributariam reddidit. Quare suadeo ne quo pacto hos uiros

aduersus patres suos ducas. Nam sine ionibus satis superq; sufficimus hostem superare. Quos necesse est aut iniustissimos esse: si metropolim suam in seruitutem redigant: aut iustissimos si illius libertatem adiuuent. Si iniustissimi erunt: certe nobis nullo magno usui futuri. Sin iustissimi: magnam poterunt tuo exercitui asferre perniciem. Itaq; hoc uetus dictum tanq; probum rex in mente habe: non statim ab initio exitum omnem esse manifestum. Ad hec excipiens xerses Artabane inq; sententiarum quas dixisti in hac precipue falleris: qui ioncs metuis ne mutantur: quorum maximum habemus commilitum: quorum et tu testis es et alii qui sub dario aduersus scythas militauerunt: cum in eoru esset potestate situm uniuersas persarum copias et perdere et seruare: fidem tamen iustitiamq; prestitisse: nec quicq; nos lesisse. Preterea cum liberos suos atq; uxores in nostra terra reliquerunt: non est causa cur eos aliquid reꝝ nouarum moliri suspicemur. Quare ne hoc quidem extimescas: sed bonum habens animum tutare meam domum atq; tyrannidem. Tibi enim soli ego sceptrum meum permitto. Hec locutus xerses artabanum Susa dimisit. Iterum illustrissimos quosq; persarum accersit: qui postea q; pre-
sto fuere his eos uerbis allocutus est. Perse ego uos quorum opera mihi opus est contraxi: ut uiri prestantes existatis: neue res hactenus gestas a persis magnas preclarasq; dedecoretis. Sed tum singuli tum uniuersi exhibeamus nos alacres. Commune enim hoc bonum est strenuos esse: Ea q; de re uos censui premonendum ad bellum constanter tolerandum. Nam ut ego audio aduersus egregios uiros intendimus: quos si superauerimus: nunq; nobis alius alius exercitus obstabit. Nunc nobis alius exercitus igit deos pre-fides terre perfidis precati transeamus. Atq; eo quidem die sese ad transeundum apparauerunt. Postero autem tantisper morati sunt: dum solem exorientem cernerent: omnifarios odores in pontibus ingerentes ac myrto iter consternentes: ubi sol exortus est aurea phiala xerses libans in mare apud solem uota concepit: nequid sibi aduersi contingeret: quo prius desisteret europam subiugaret: q; ad illius terminos peruenisset. Hec precatu phialam in hellespontum abiicit aureumq; crattherem ac gladiu persicum: quem acinacem uocant: hoc pro comperto diiudicare non possu: utrum soli dedicans gladium demiserit in pelagus an hellespontum: quod cum flagellasse poeniteret in compensationem gladio donauerit. His actis per alterum pontum qui uergebat in pontum peditatus omnis equitatusq; transiit per alterum qui uergebat in egeum iumenta atq; seruitia prece-

dentibus decem milibus persarum coronatis omnibus: quos promiscuum omnium nationum sequebatur exercitus: et hi quidem eo die. Insequenti autem primi transiere equites: quique spicula deorsum gesta uersa gestabant: et hi etiam coronati dehinc equi sacri ac sacer currus: cum ipse xerses post hastati et mille equites et preterea alius exercitus. Quin etiam naues pariter ad ulteriora agebantur: quando hec omnia etiam audiui postremum omnium pertransisse regem. Xerses postquam in europam traiecit conspicabatur exercitum sub uerberibus transeuntem. Transiuit autem eius exercitus septem per dies totidemque noctes nullo tempore intermisso. Ibi iam transgresso hellespontum xerse fertur quidam uir hellespontius dixisse. O iupiter quidnam tu sub specie uiri perse: & accepto xersis pro iouis nomine greciam e sedibus suis exigere uis omnes homines ducens: cum etiam citra hoc tibi liceret id facere. Transgressis omnibus et iter ingredientibus ingens prodigium oblatum est: quod xerses nihili fecit: etsi coniectura discutiendum. **S**iquidem equa leporem enixa est: quod facile erat ad coniectandum. Fore enim ut xerses exercitum aduersus greciam cum maximo strepitu et ambiciosissime duceret: rursusque pro se ipso sollicitus ad eundem locum fugarecurreret. **A**lterum quoque ei prodigium dum sardibus foret exhibitum est. Mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habentem maris ac foemine: sed maris superiora: Quorum prodigiorum utrumque pro nihilo habens ire pergebat: comitantibus eum terrestribus copiis nauticisque extra hellespontum nauigantibus ac terram legentibus et ex diuerso atque terrestres agentibus. Nam ipsi quid uesper uersus ad promontorium sarpedonis nauigabant: quo cum peruenissent iussi erant permanere. Illi uero ad auroram et solis exortum iter faciebant per cheronnesum dextrorsum habentes sepulchrum helles filie athamantis sinistrorsum cardiam urbem per medium oppidi cui nomen est agora id est forum. Illinc descedentibus ad sinum nomine melena hoc est nigrum. Fluiuius cui idem nomen non suffecit sed alueum suum deseruit. Hoc flumine transmissis a quo sinus hic cognominatur ad uesperum uersus contenderunt. Enon urbem eolidem et locum stenderidem pretereuntes dum ad doriscum peruentum est. Est autem doriscus thracie litus pariter et campus ingens: quem grande flumen ebrus interfuit. Ibi extinctus est is murus: qui doriscus appellatur: cui impositum est persarum presidium a dario iam inde cum scythis inferret bellum. **C**um igitur locus digerendis recensendisque copiis idoneus sibi uideretur xerses ita sibi faciendum putauit. Eius iussu nauarchi cum eo appulissent o-

Postquam xerses in europam traiecit equa leporem enixa est.

Aliud sibi portentum editum cum sardibus esset. Mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habentem maris ac foemine: sed maris superiora.

Doriscus thracie litus ac campus ingens: quem hebrus interfuit.

omnes naues dorisco contiguum receperunt. Ibi sola urbs samothracia
 et zona sitæ sunt: cuius ultimum promontorium serium nominatur: qui
 locus quondam fuerat ciconum. In hoc litus appulsa classe ac subducta
 qui in ea subducenda laborauerant respirauere. Per hoc tempus apud do-
 riscum xerxes lustrabat exercitum quidem quantum singuli attulerint eo
 copiarum pro certo affirmare non possum: quoniam a nullis id prorsus ho-
 minibus refertur. Constat autem terrestrium copiarum numerum esse
 centum septuaginta myriades idest septies decies centena milia: quorum
 numerum hoc modo inierunt. Contraxerunt unum in locum myriadem:
 quæ sunt decem milia hominum: quæ contracta quæmaxime poterant cir-
 culum extrinsecus descripserunt loco circumscripto emissaq; inde myria-
 de septem circundederunt eatenus excitantes ut umbilico tenus pertin-
 geret eam ubi fecere aliam subinde atq; aliam myriadem introduxere:
 donec omnes connumerauerunt. Connumeratos autem nationatim diges-
 serunt. Ex quibus qui militabant ii erant perse hunc in modum ornati.
 Circa capita gestabant pilea quos uocant tianas impenetrabilia circa cor-
 pus tunicas uarias squamis e ferro consertas in similitudinem piscium: foe-
 moralia circa crura pro clypeis gerra idest cetra faretis subterpendenti-
 bus hastas breues arcus grandes sagittas harundineas ad dextrum foemur
 pugiones e balteo suspensos. Hi ducem habebant ottanem patrem amastris
 quæ erat uxor xerxis. Vocabantur autem perse a grecis cephenes: a se uero
 ipsis atq; ab accolis artei. Verum postea quæ perseus danes et iouis filius ad ce-
 pheum belli filium commeauit et andromedam eius filiam duxit uxorem
 tulit ex ea filium quem persen appellauit: eumq; illic reliquit: a quo Nam
 cepheus carebat uirili prole cognomen sortiti perse. Medii eodem ornatu
 instructi militabant. Nam hæc armatura medica est non persica. Habebat
 autem ducem Tigranem achemenidem. Ii quondam ab omnibus uocabantur
 arii. Sed ubi ad eos concessit ab athenis medea colchis immutauerunt &
 ipsi nomen. Ita de se ipsis medi commemorant. Cissi in militia cetero or-
 natu ut perse armati sunt sed pileis mitras habent. Eis duxerat anapha-
 nes otanis filius. Hyrcani quoq; persica armatura ornati ut perse armati
 sunt ducem habebant megapanum: qui postea babylonis procurator fuit.
 Assyrii qui militabant hunc habebant ornatum ferreas in capitibus galeas
 barbarico quodam modo consertas non facile penetrabiles clypeos et ha-
 stas et pugiones egyptiacis similes et præterea ligneas clarias ferro inductas
 ac ligneos thoraces. Isti a grecis syri uocabantur: sed ab barbaris assyrii sunt

Hæc copiarum terrestrium
 xerxis.

Connumeratio nationum ducumq;
 eorum: qui illis præerant: quæ
 sub xerse in grecia traiecerunt.

Perse unde dicti sunt.

Medii unde dicti sunt.

uocati: inter quos sunt chaldei. his præerat hotaspes artachei. Bactrii capitis ornatu in acie simillimo illi medico muniti erant: sed more gentis harundineis arcubus et hastis breuibus. Sacæ qui scythæ sunt cristatas in capitibus cassides gestabant erectas et compactiles induiti foemoralibus nec non arcus gentiles atq. pugiones ad hoc dolobras ac bipennes. Hos cū sint scythæ amyrgii sacas appellabant: quod cunctos scythas per se sacas appellant. Bactrii ac sacis præerat histaspes darii filius et attose cyri filie. 1 Indi uestiti erant amictu e lignis confecto: arcusq. harundineos gestabant itemq. harundineas sagittas ferro prefixas. Ita instructi indi erant sub duce pharnazathre artabatis filio. Arii medicis arcubus muniti erant ceteris quemadmodum bactrii. his præerat sisamnes hydarnis filius. Partii et corasini et Sogdi et Gandauri et eladice eandem in acie quam bactrii armaturam gestabant: Quorum partii et corasini præerat artabazus pharnacis. Sogdis Artene artei. Sandauri et eladici artymbi artabani filius. Caspi sisyris qd. genus armature penule induiti arcus gentili more harundineos gestabant et acinates ducem sui agminis habentes ariomardum et artymbi germanum. Sarange indumenta gestantes uersicoloria decori erant caligasq. genuum tenus extentas. Arma habebant arcq. et lanceas medicas duce pherendate megabazi filio. Pactyes et ipsi sisyris ferebant et uernaculos arcus atq. pugiones: quorum dux erat artaytes itramitis filius. Vti & mici et paricani eodem quo pactyes ornatu armati erant. Sub duobus ducibus vti quidem et mici sub arsemene darii. Paricani uero sub seromitre cebazi filio. Arabes succincti erant ziras amiculi genus: arcus recuruos habilesq. gestabant. Ethiopes pardorum pellibus leonumq. amicti arcus e palmarum spatii factos gerebant quatuor non minus cubitis longos et item perlongas ex harundine sagittas pro ferro prefixas eo lapide acuminato: quo sigilla sculpunt. Præterea bastas capree cornibus prefixas in modum spiculi acuminati et clauas præferratas. Hi cum essent in pugnam dimidiatum corpus gypso dimidiatum mimio innunt. Arabum ethiopumq. qui trans egyptum incolunt dux erat arsanes darii filius et artystone gyri filie: quam darius ex uxoribus maxime adamans cum talari ex auro ueste effinxit. Arsanes quidem ethiopes: qui sunt trans egyptum atq. arabibus præerat. Hi autem ethiopes qui sunt ab ortu solis. Nam bifariam militabant censebantur cū indis specie nihil admodum specie differentes sed sono uocis duntaxat atq. capillatura. Nam ethiopes qui ab ortu solis sunt promissos crines

qui ab africa crispissimos inter omnes homines habent. Ethiopes qui ex asia sunt pleraque arma que illi gestabant pellesque frontium equarum cum auribus atque iubis in capitibus: ut ipse iube pro cristis essent et hirtæ aures equine rigerent in locum clypeorum pelles gruum predebant.

Poeni corio armati iere ac iaculis preustis duce massange aorizi filio. Paphlagones capitibus gerebant compactiles cassides. Scuta exigua hastas haud longas preterea iacula pugionesque pedibus galigas more gentis ad media crura subtentas. Eandem quam paphlagonēs gerebant armaturā lagies et martyeni et mariandini & syri. Isti syri a persis capadoces uocantur. Paphlagonum et martyenum dux erat datus megasidi filius. Marianorum et lagium et syrorum Gobryes darii filius et artystone. Phryges proximam paphlagonice armaturam gerunt parum differentes: qui ut macedones aiunt tam diu uocati sunt bryges quā diu europæi fuerunt. Macedonum accolæ transgressique in asiam iura cum loco nomenque immutauere in phryges. Armenii horum cultu armati erant utique phrygum coloni. His utrisque preerat artochmes: qui darii filiam in matrimonio habebat.

Lydi proxime ad grecorum armaturam accedebant olim meones uocati: pristinoque nomine sublato ab lydo atis cognomen acceperunt. Mysii super capita gentiles galeas ferebant scutula quoque ac preusta iacula. Sunt autem lydorum coloni a monte olympo olympii nominati. Horum utrisque preerat artaphernes illius ataphernis filius: qui collega date apud maratone confluit. Thraces epelle uulpina cassides gestabant tunicis induti et insuper circumdati uariis sagulis pedibus actibus indutis caligæ pellibus hinnulorum ferentes: preterea iacula et peltas et pugunculos. Isti transgressi in asiam uocati sunt bithynii prius appellati ut ipsi aiunt strymonii: quod strymonem accederent a suis sedibus exacti a teucris & misis.

Thracibus qui asiam incolunt preerat bagassaces artabani filius gestantibus breuia corio scuta et bina singulis ueruta ad lupos conficiendos apta in capitibus ereas cassides et super casside ex ere facta aures bouis impositis et cristis cruribus panno phoeniceo indutis. Apud hos uiros martis oraculum est. Camelces meones: qui lasinii uocantur eundem cultum gestabant quem cilices: quem ego dum ordine ad cilices ueniam indicabo. Menes lanceolas gerebant et hyestes fibulis substrictas et eorum nonnulli lycios arcus in capitibus galeas epellibus factas. Horum omnium prefectus erabadres histanias filius. Moschi lineas circa capita cassides gerebant scutaque et hastilia breuia sed longa in hastilibus spicula. Eodem quo moschi ornatu militabant.

Tibareni et macrones et mossynici: quos hi regebant molles et tibarenos Ariobardus darii filius et parmis filie smerdis cyni. Macrones et mossynicos antarches corasimis filius: qui sexti in hellesponto perseferat. Mares in capitibus lignis et galeas gerebant scutulaque crudo bouis tergo atque lanceolas. Preterea machetas: quibus et colchis preerat pherdates theaspis filius. Alarodii et Gapires eodem quo colchi ornatu militabant duce masistrio Sirometris. Insulanegentes que rubro e mari secute sunt ex his insulas ad quas transportare rex solet: quos e suis locis summouit gerebant proxima medis et uestimenta et arma quibus preerat. Mardontes bagei: qui apud mycale dux altero anno in pugna oppetit. He erant nationes que per continentem ibant: ex quibus constabat pedester exercitus: quibus preerant qui commemorati sunt: quique ordinauerant milites connumerauerantque: et chiliarchas id est tribunos qui mille et myriarchas qui decem milibus presunt delegerant. Nam myriarche centuriones decanosque creauerant. Erant et alii agminum et gentium pretores. Verum hi qui numerati sunt fuere duces. horum tamen et totius exercitus imperatores Mardonius grobyl filius et Tritantechines filius artabani: qui dissuaserat bellum gracie inferendum et Smerdomenes otanis filius. Ambobus fratrum darii filii xerxis patruelis et massistes Dario et arossa genitus et gerges ariazi et megabizus Zopyri filius. Hi erant imperatores omnium copiarum preter delecta persarum decem milia: quibus preerat hidarnes hidarnis filius: qui uocabantur immortales ob hoc quod si quis eorum aut nece aut morbo numerus imminueretur alius sufficebatur nec unquam plures erant pauciores uel decem milibus precipuo inter omnes cultu decori: et iidem prestantissimi omnium ut dictum est: et preterea immenso auro conspicui ducentes una carucas cum pellicibus ac familia permulta eaque belle ornata nec non camellos ac iumenta: que commeatum supportabant. Equitantes autem he nationes: sed non omnes habebant equos: verum he sole. Perse qui eadem erant qua peditatus armatura ornati: nisi quod quidam singulares gerebant in capitibus opera ex ere ferroque ductilia. Sunt quidam nomades homines: qui sargacii appellantur et gente et uoce perse: sed cultu inter persicum et parthicum: qui attulere equitatum octomilium equitum armaturam neque eneam neque ferream assueti fuere preter pugiones utentes teste e loris conserta qua freti in prelium eunt. Est autem prelium eorum uirorum huiusmodi. Vbi cum hoste congressi sunt iniiciunt has testes in summo laqueo habentes: qui laqueus cum aut hominem aut equum adeptus est et iidem inter persas censentur. Medi eandem equites quam pedites armaturam gerunt

et item cissii. Indi quoque eandem quam peditatus suus gestant armaturam. Ceteri equos desultorios agebant et currus: quibus curribus suberant equi & asini agrestes. Bactri eodem ornatu instructi erant equites quo pedites et item caspii. Poeni et ipsi eandem quam pedites armaturam gerebant. Curruum quoque cuncti agitatores itidem et caspii et parytanii atque suus peditatus instructi erant. Necnon arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos nihilo inferiores equis pernecitate. hee sole gentes erant equestres. Fuitque numerus equitum octo myriadum idest octoginta milium preter camelos & currus. Et alii quidem equites in ordines redacti sunt. Arabes autem in ultimo locati sunt ob id postremi ne equitatus consterneretur equis camelos non tolerantibus. Equitatus profecti erant harmamathres et titheus filii datis. Tertius horum collega pharmices sardibus erat relictus egrotus. Nam cum sardibus proficisceretur in calamitatem incidit insciens. Equitante enim eo canis sub pedes equi intercurrit: quo equus improviso deterritus atque erectum sese attollens pharmichem excussit. Hic collapsus sanguinem euomit nactusque morbum qui ptohisim in tabem euasit. Equo autem statim a casu domini fecerunt famuli ut ille iusserat. Adducto namque in eum locum ubi dominum strauerat crura cum gemitibus absciderunt. Ita pharmiches a prefectura summotus est. Triremes inito numero fuerunt mille ducentae et octo quas hi attulere phoenices cum syris: qui palestina incolunt trecentas. hunc in modum armati circa capita galeas grecicas proximas gerunt induti thoracibus lineis cum scutis umbone carentibus cumque iaculis. Hi phoenices et ipsi memorant et quondam mare rubrum accolebant. Illinc transgressi maritima syrie habitant. Istraetus syrie et quicquid egypto tenus est palestina uocitatur. hi circa capita cassides forcipiculatas gerunt scuta conuexa conuexa magnis umbonibus praedita et grandia pila nautica et grandes bipennes. Eorum turba thoraces gerebat ac magnas macheras. hunc in modum isti eunt armati. Cyprii centum quinquaginta naues hoc modo armati. Reges eorum mitris redimiti erant. Reliqui tunicas gestabant cetera ut greci: Quorum hee gentes sunt partim a salamine et attheniensibus partim ab arcadia partim a cithno partim a phoenice partim ab ethiopia oriundi ut ipsi aiunt. Cilices centum naues. hi circa capita gerebant gentiles galeas pro scutis parinulas e crudo bouis corio factas lanceis uestibus induti bina singuli iacula gestantes et enses machere egyptiace persimilem quondam hippachei appellati: sed a cilice phoenice agenoris filio ita cognominati.

P amphiliu triginta naues grecanicis armis ornati ab illis originem du-
 centes: qui cum amphilocho calchante et troia disiecti fuere. Lycii naues
 quinquaginta thoracibus ocreisq; armati arcubus quoq; e corio factis
 et barundineis sagittis sine penmis atq; iaculis gerentes ex humeris su-
 spensas caprarum pelles et in capitibus pillea pinnis coronata. Quin etia
 pugiones et falces e creta oriundi quondam Tremile nominati: sed a
 Lyco uiro atheniensi pandionis filio lycii cognominati. Dorei qui sunt
 ex asia naues triginta. hi greca gerebant arma atq; e peloponneso pro-
 pagati. Carei septuaginta naues cetera greco more ornati sed et falces
 et pugiones gerebant: quos appellatos fuisse boetines in superioribus li-
 bris dictum est. Iones centum naues armati greco ritu: qui q̄diu in pe-
 loponneso regionem que uocatur achaia incoluerunt et ante aduentu
 danai et xuthi in peloponnesum (ut greci aiunt) uocabantur pelasgi e-
 gialees idest littorales. Sed ab ione xuthi filio sunt appellati. Insulani
 naues decem & septem armati ut greci et ipsi pelasgica gens: sed moy
 ionica ob eandem causam ob quam et duodecim oppida sunt ionica ab
 atheniensibus appellata. Eolei sexaginta naues ritu greco armati olim
 pelasgi ut apud grecos fertur uocati. Hellepontii centum naues preter
 abydenos: quibus mandatum erat ab rege: ut circa locum manerent
 ad pontes custodiendos. Ceteri e ponto erant greco more armati ioniu
 ac doricum colorem. In omnibus autem nauibus epibate erant et medi
 et sacce. Quarum uelocissimas attulere phoenices et inter phoenices o-
 ptimas sydonii. Harum singulis et item pedestribus eorum copiis pre-
 fectione erant uernaculi duces: quorum ego quia ratio historie non exigit
 necessario non faciam mentionem. Neq; enim singularum nationum du-
 ces digni memoria fuere: quarum quot urbes tot duces extiterunt. Sed no
 ut ductores uerum ut serui quemadmodum alii qui ducebantur in mi-
 litiam uenere: quoniam duces aliquos summa imperii erat singularum
 gentium principes a me comemoratum. Nauticis hi prefuere. Ariabigi-
 nes Darii et presaspes aspathenis et megabazus megabatis et achemenes
 darii filius iadice quidem classi et carie ariabignes ex dario et filia go-
 brys genitus. Egyptiace autem achemenes xersis ex utroq; parente germa-
 nus. Relique autem classi reliqui duo. Porro biremes & lembos quinqu-
 ginta aut triginta remorum & actuaria remigia et alia minuta cum hip-
 pagogis: que equos uehunt contracta ad trium milium peruenisse. Eorum
 qui in classe erant secundum duces illustrissimi fuerunt. Sydonius tetrane-

stes aleffi filius & tyrius mapte siromi et ardius merbalus arbali: et cilix
 siennesis hocomedontis: et lycius cybeniscus si ce cyprii aut gordus xersis
 et timonas timagore: Gaorum uerobisticus. Timnis et pigressus seddomis
 et damasthimus candaulis filius. Aliorum nunc prefectorum mentione
 facere supersedeo tanquam non necesse habens. Vex arthemisic: quæ defuncto ui-
 ro ac pupilli filii tyrannidem obtinens nulla adacta necessitate sed presta-
 tia animi atque uiriliter in militiam concessit. Nomen ei erat arthemisic
 ligdamis filius paternum genus ex halicarnasso: maternum e creta. Impe-
 rans hæc halicarnassensis et cois et nisyrius et calydnis quinque cum nauibus
 uenit omni copia instructis ita ut post sydonias hæc naues fuerint illustris-
 simæ. Eadem apud regem optimas inter socios dixit sententias. Quas ciui-
 tas recensui sub illius imperio fuisse: earum uniuersam gentem aio doricam
 esse: Alicarnasseorum quidem trozeniam: ceterorum autem epidauriam.
 Hactenus de nautico exercitu. Xerses inito copiarum numero militibusque
 instructis concupiuit illos lustrando oculis obire quemadmodum et fecit.
 I taque miscendo curru singulas nationes lustrans quænam essent percontabatur:
 quarum professionem scribere excipiebant ad extremos equitum pe-
 ditumque peruentum est. Hoc profecto et nauibus in mare deductis xerses
 e curru in nauem sydoniam transcendit residens sub aureo tabernaculo
 preteruehensque nauium proras sciscitabatur de singulis itidem ut de terre-
 stri exercitu fecerat describere iubebat. Enim uero nauarchi productas a
 littore quatuor fere iugerum spatio naues stabiliuerant conuersas ad ter-
 ram uersus proris et in unam frontem digestis epibatis quoque idest pro-
 pugnatoribus tanquam ad bellum armatis: quos xerses inter proras & littus
 nauigans conspiciabatur. Vbi autem lustrauit et classem egressus nauis ac-
 cessit demaratus aristonis comitem aduersus greciam expeditionis: ei-
 que accersito ita inquit. Demarate iuuat nunc me quæ cupio abs te interroga-
 re: qui et grecus es et non ex minima ciuitate: ut audio tam ex te quam ex a-
 liis grecis: qui me alloquendi gratia aduunt. Nunc igitur hoc mihi expone
 nunquid greci sustinebunt manus contra me leuare. Nam ut ego opinor
 ne omnes quidem greci ac ceteri mortales: qui ad hesperum incolunt si
 congregentur pares essent nostris armis: nec me inuadentem expectarent:
 cum non sint inter se concordēs. Libet tamen mihi abs te audire quid de
 hoc dicas. His uerbis interrogauit demaratus excipiens. Vtra inquit apud
 te rex utar ueritate ne an iucunditate? Ille ut ueritate uteretur iubere.
 Neque enim sibi ob id eum minus iucundum fore quam antea fuisset. Hoc ubi

demaratus audiuit. Quoniam inquit me iubet rex omnino ueritatem proloqui: ea dicam quæ nemo nisi mentiens apud te postea carper. Grecia semper aluma paupertatis hospes uirtutis: quam a sapientia asciunt et a uera disciplina: quam usurpans grecia et paupertatem tuetur et dominatum. Itaque laudo quidem omnes grecos: qui dorica illa loca uel circa incolunt. Sed non de cunctis uerba faciam uerum de lacedæmonibus solis.

Iam primum nego fieri posse: ut tuam orationem admittant afferentem greciæ seruitutem. Deinde aio uenturos tibi obuiam ad pugnandum: etsi ceteri greci omnes sentiant tecum. Neque uero de numero queras: quot illi sint: qui hoc facere possint. Nam si in exercitu eorum mille fuerint: u te cum congregientur: et item siue pauciores siue plures. Hæc cum audiisset xerses sublato cachinno inquit. Demarate quodnam extulisti uerbum: mille omnino uiros cum tanto exercitu congressuros. Agedum dic mihi: nonne te ipsum ais istorum uiroꝝ fuisse regem. Visne igit sine mora tu cum decem uiris dimicare? Quod si uestri populares tales sunt: quales tu predicas: profecto secundum uestra instituta debes tu qui illoꝝ es rex duplum prestare quod singuli eorum: qui si denis e meo exercitu pares sunt: iure abs te posco: ut uiginti sis par. Ita uerba quæ dixisti comprobabuntur.

Atque si tales sunt illi ac tanta statura qualis quantusque tu ac ceteri greci: qui in colloquium meum uenerunt: videte ne cum tantopere gloriamini frustra id insolenterque faciatis. Nam age intelligam quocumque argumento unde fieri queat: ut mille aut decem milia aut etiam quinquaginta milia hominum: qui præsertim sint omnes liberi nec unius imperio subiecti: tanto exercitui obsisterent: cum simus nos plures quam milleni ad singulos eorum si fuerint quique milia. Nam sub uno quemadmodum apud nos fit imperatore milites illi metu: etiam contra suam ipsorum naturam meliores efficiuntur: adactique uel pauciores aduersus plures eunt: inde remisso sibi libero arbitrio: neutrum horum facerent: adeo opinor grecos etiam pares numero persis egre cum eis solis certaturos. Quin immo istud apud nos est: quod ais: uerum non tantum multum sed rariius. Sunt enim e persis mei satellites: qui uelint cum terris grecis pariter dimicare: quorum tu inexpertus multa blateras. Ad hæc Demaratus. Intelligebam inquit rex ab initio me uera dicentem non iucundum tibi futurum. Sed quia tu dicere me uera coegisti: dixi quæ erant e dignitate spartanorum: quam ipse optime intelligis: quantope nunc illos amem et qui me honore et dignatione paterna exutum extorrem: profugumque fecerunt: quem pater tuus exceptum uictu ac domicilio

donauit. Quare non est credibile uirum prudentem respuere beniuolentiam exploratam sed maxime obseruare. Ego neq. cum decem promittam me posse dimicare neq. cum duobus ac ne singulari quidem certamine uolens certauerim. At si necesse fuerit aut uehemens discrimen institerit libentissime cum unoquoq. istorum omnium dimicarem: qui se singulos idoneos arunt ad certandum cum ternis grecorum. Etenim lacedemonii pugnando cum singulis non sunt illi quidem deteriores ceteris uiris. At conferti cunctorum sunt excellentissimi. Nam licet serui non sint non tamen sunt usq. quaq. liberi: quibus quippe preest domina lex quam multo magis metuunt q. tui te. Faciunt ergo quetuncq. illa cogit. Cogit autem idem semper uetans eos semper ex acie fugere quantamuis hominum multitudinem: sed iubens ut ordinem non deserentes aut uincant aut occumbant. Hec ego loquens si tibi blatterare uideor uolo posthac in ceteris silentium agere. Hactenus loqui coactus. Tibi uero ex sententia contingat rex. Hec locuto demarato xerses ad risum uersus nulla indignatione permotus est: sed comiter hominem remisit. Post demarati consilium ubi dorisco prefecit pretorem maseam Megalostis filium amoto eo quem darius prefecerat ire cum exercitu aduersus greciam pergit. Huic maseam quem illic reliquit xerses uni tanq. omnium pretorum prestantissimo: quos aut ipse darius constituisset dona quotannis misit et item eius posteris Artaxerses filius xersis. Etenim ante hanc expeditionem in thracia et ubiq. in hellesponto preter q. ex dorisco. Vnde maseam greci per multa conati: tamen eicere nequierunt. Abhinc ab eo qui in persis regnat semper donamittuntur. Eorum uero qui a grecis expulsis sunt neminem rex xerses uirum egregium esse duxit preter unum bogem ex eione: que laudare non desinebat: eiusq. qui superuere liberos maximo inter persas honore prosequabatur. Si quidem magnis ferri laudibus Bages meruit: q. cum ab atheniensibus et cymone milciadis filio obsideretur: liceretq. ei accepta fide egredi et in asiam remeare tamen abnuitt ne regi pre metu supfuille uideretur. Sed ad extremum usq. perstitit. Atq. ubi nihil in moenibus com meatu reliquum fuit accenso ingenti rogo interemit liberos coniuges concubinas familiam: eosq. in rogam iniecit. Dehinc omnem aurum urbis atq. argentum ex muris dispersit in strymonem. His actis semet ipsum coniecit in rogam. Ita hic merito a persis ad hoc usq. tempus preconio celebratur. Xerses ex dorisco in greciam tendens ut quosq. populos adibat secum militare cogebat. Erat autem ut superius a me expositum est omnes ad thes-

Boges uir qui fuerit et
que fecerit.

saliam usque tractus in ditionem redactus et regi tributarius effectus a me-
gabizo et mox a mardonio. Digressus a dorisco preterit primum samothra-
ces muros: quorum ultimum oppidum ad uesperum situm est nomine ma-
sambrio: cui uicinum est oppidum thasiorum Stryma: quæ oppida inter-
fluit amnis Lysus: cuius aque tunc non suffecit copias xersis: sed defecit.
Hæc olim regio uocabatur gallacia: Nunc autem briantica: quæ tamen opti-
ma ciconum est. Transmisso profluente lyfi arefacto xerses hac græcas
urbes prætergressus est: et hos qui iuxta eas sunt famosissimos lacus isma-
ridem: qui maroneam strymnamque interiacet. Bistonidem diceæ contigu-
um: in quem duo flumina ingrediuntur. Trauus et coplantis: qui iuxta
abderem sit. Nullum nobilem lacum præterit xerses: sed fluvium nestu
mare subeuntem. Post hæc regiones perrexit mediterraneas uersus urbes:
in quarum una est lacus triginta ferme stadiorum in circuitu piscosus et ad-
modum salus: quem sola iumenta cum aquarentur exiccauere. Huic ur-
bi nomen est pisirus. Hæc urbes et maritimas & græcas sinistorsum relinquens
præterit xerses. Per quas autem gentes thraciæ provinciæ iter fecit hæc sūt
peti cicones bistonēs sapei dersei bedoni satre: quorum qui maritimi
erant nauibus secuti sunt. Qui uero mediterranei a me sunt commemora-
ti præter satras ceteri omnes terrestri itinere loqui coacti sunt. Satre nul-
lium hominum quantum nos scimus fuere subiecti: sed soli e thracibus
ad meam memoriam liberi semper perstitere. Editos enim montes inco-
lunt omnigenis arboribus ac niuibus obritos. Viri in re bellica eximii apud
quos est oraculum dionysii: idque in editissimis montibus. Eorum qui in il-
lo templo prophetant id est uaticinantur sunt buli. Antistes uero quæ red-
dit responsa quemadmodum delphis et nihilo magis uarie. Peragrata
quam dixi regione xerses secundo loco transit muros pierum: quorum uni no-
men est hipbagni alteri pergamo. Hac iter præter eos montes faciebat
a manu dextra relinquens montem pangeum magnum atque excelsum in
quo aurea sunt & argentea metalla: quæ cum pieres et hodomanti tum præ-
cipue satre exercent. Super pangeum ad aquilonem habitantes peones
doberes & peoples prætergressus xerses ad uesperam uersus contendit: do-
nec ad flumen strymonem peruenit: et urbem eionem: cuius prætor beges
de quo paulo ante fecimus mentionem adhuc uiuebat. Regio pangeo mo-
ti circumuicta nominatur phyllis. Hinc uesperum uersus porrecta ad
flumen angitem: quod strymonem subit hinc meridiem uersus ad ipsū
strymonem: ad quem magi mactatis equis candidis litauerunt. His et a-

liis compluribus medicamentis in flumen factis per nouem uias hedonorum iere: iuxta quas strymonem pontibus iunctum inuenere. Audientes autem eum locum nouem uias appellari totidem illic pueros ac uirgines indigenarum filios uiuos defoderunt. Persicum enim est defodere uiuentes.

Nam et amestrum xerxis uxorem iam prouecta etate audio bis septem illustrium persarum liberos defodisse ad referendum pro se gratiam deo qui sub terra esse fertur. Vbi a strymone progressus est exercitus: illic ad solis occasum uersus est litus: in quo sitam urbem grecam argylum preterit.

Hec et que super eam est regio uocatur bisaltia. Illinc sinum neptuni templi a leua manu habens perrexit per campum nomine sileum preteriens itagrum grecam urbem peruenitq; achantum ducens una singulas harum gentium et item accolae montis pangei et item earum quas superius commemorauimus his qui maritimi erant: classe qui procul a mari aberant terrestri itinere sequentibus. Hanc uiam qua xerxes duxit exercitum thraces neq; confundunt neq; serunt: Sed in ea usq; tempora magnopere uenerantur. Posteaq; achantum peruenit xerxes precepit achantis: ut hospitalitatem exhiberent: eosq; medica ueste donauit laudans qd alacres cernebat esse ad bellum: qd q; audiret fossam esse absolutam. Xerse apud achantum agente contigit ut artachees qui fosse facunde preerat morbo decederet uir xerxi spectatus genere achemenides: statura inter persas procerissima: quippe cui quatuor digiti omnino decerant ad longitudinem quinque regionum cubitorum. Xerxes magno damno ducentis maximis hominum fato fundum apparatissime eum funerauit: exhibitosq; etiam epulo eiusq; tumultum omnis exercitus extruxit: cui tanq; heroi ex oraculo achantis sacrificant nomine eum nuncupantes. Et rex quidem xerxes amisso artachees iacturam se fecisse existimabat. At uero greci qui exercitum excipiebant cum xerxi coenam prebent in omnem miseriam denegare adeo quidem ut suis efficerentur extorres: dum thasii profuis: que in continenti sunt urbibus xerxianas accipiunt copias. Antipater orgis filius elatus animo uir inter populares illustris erogauit in coena quadraginta argenti perfecti talenta. Eam rem ubi accepere qui preerant aliis cura urbibus. Tale enim conuiuium iam pridem inductum fuerat et diu celebratum. Hoc ubi accepere presertim preconibus passim predicantibus: tunc uero oppidani frumentum quod in urbibus erat inter eos distributum molebant farinamq; triticeam hordeatamq; in complures menses faciebant. Ad hec excogitauere ob pretium optimaqueq; pecora saguna-

re et alites aues habere terrestres palustresq; in cortibus et in uiuariis ad accipiendum exercitum. Quinctiam aurea argenteaq; pocula et crates faciebant & cetera que mense imponuntur. Hec omnia ipsi regi et iis qui cum illo uelcebantur fiebant. Cetero autem exercitui que ad esum duntaxat precepta erant. Subaduentum exercitus tabernaculum: ubi exercitus maneret statuebatur: reliqui sub dio agebant. Vbi tempus cene aderat tunc conuiuatores laborem sustinebant. Isti cum expleti noctem illic exegerant postero die reuulso tentorio et omni apparatu sumpta ita abscedebant nihil relinquentes omnibus absportatis. Vnde megatontis uiri abderite elegans dictum extitit: qui suasit abderitis ut uniuersi mares pariter ac foemine sua delubra adirent suppliciterq; aliis assidentes precarentur ut posthac dimidium futurorum malorum a se propulsaretur. Nam de preteritis magnam gratiam illis habere: quod rex xerses non bis quotidie cibum caperet consuescet. Fore enim ut abderite si iuberentur etiam prandium non solum coenam instruere aut non prestolarentur xerses aduenientem aut prestolati pessime inter omnes affligerent. Et isti quidem quam grauate tamen quod sibi imponebatur exequiebantur. Xerses uero ex achanto ducis classis a se dimisit iussos ad thermam sese aperiri. Est autem therma in thermeo sinu sita: a qua ipse sinus habet cognomen. Hac enim compendariam magis uiam esse audiebat. Nam e corisco ad achantum usq; ita instructus exercitus iter fecerat tripartito diuisus omnis iussu xersis ut una pars secundum mare iret pariter cum classe cui parti preerant Trintachemes et Gergis. Tertia inter has media: cum qua xerses ipse incedebat ducibus smerdomene & magabizo. Nauticus exercitus ubi a xerse discessit fossam enauigauit ac perductam ad sinum: in quo assa & pilorus et pingus et sarga urbes sitae sunt. Ex quibus sumpto commilitio peruenire ad sinum thermeum: circumuectusq; ampelon promontorium toroneum. Per nauigauit has grecas urbes: unde et naues in commilitium sumpsit Toronam galepsum sermylam mecyberniam olyntum: que regio nunc sitonia nominatur ab eo promontorio ampeli preiciens mare usq; ad promontorium canestreum totam fere palenen preteruectus est. Illinc quoq; et naues et commilitium sumpsit ex potidea ex amphiste e noua ex ega ex terambe ex scysciona ex menda ex sana. Hec sunt urbes sitae in palene philegra prius appellata. Per nauigata hac regione ad prestitutum locum peruenit sumptis etiam militibus e uicinis palene urbibus et thermeo sinu conterminis quibus hec nomina sunt lipakus combrea lise. Gigonus campsa simla enea quarum regio cresslea nominatur

A b aenea: in qua finis enumerandarum urbium mihi est factus: iam
 ad ipsum thermeum sinum cursus classis extitit: et ad terram mygdo-
 niam donec ad thermam: quo preceptum erat peruentum est ad ur-
 bem sidum: et ad caestram super axiū sitam flumen: quod mygdonia
 terram dirimit ab ottride: cuius terre bottridis arctum ad mare locū
 obtinent urbes Ichine et Pella. Hic nauales copiae circa flumen axiū
 et urbem thermam et alias in medio horum urbes statua habuere
 regem opperientes. Huc peruenire uolens xerses acantho profectus
 cum terrestribus copiis mediterranea praecidebat peragrans peonici
 agrum atque crestonicum super amnem chidorum: qui et crestoneis initio
 sumpto per mygdoniam fluens in paludem quae est super axiū euoluit.
 H ac iter faciente xerse leones impetum dederunt in camelos: qui comme-
 atum portabant. Sub enim relictis locis consuetis eo descenderunt nul-
 loque alio neque iumento neque homine tacto in camelos crassati sunt: cuius
 rei causam admiror: quod leones quotiens aliunde eis est quo indigent
 abstinent inuadendis camelis: quod animal nunquam antea nec experti fuerat
 illinc nec uiderant. Sunt autem per ea loca leones multi et bonae agre-
 stes pregrandibus cornibus quae ad grecos ueniunt. Leonum terminus est
 abderorum flumen nestus et achelous: qui per acharnaniam fluit. Nam
 nemo aut auroram trans nestum unquam gentium uiserit in europa aut
 trans acheloum ad hesperum in reliqua continente: Sed in horum fluui-
 o medio leones gignuntur. Postquam Thermam uenit xerses ibi substitit
 tantum maritimi spatii occupantibus copiis quantum est ab urbe ther-
 ma e mygdonia usque ad confluentem lydiei et alianonis: ubi agrum
 bottietidem macedoniamque determinant in his locis statua habuere
 barbari: Quibus potantibus solus ex his qui commemorati sunt amnis
 echidorus e crestoneis fluens non suppetuit sed defecit. Xerses e therma
 prospiciens montes thessalicos olympum et ossam praecelsae magnitudinis
 audiensque in medio eorum anfractum angustum esse per quem fluit pe-
 neus: et illac uiam esse quae in thessaliam fert cupidine captus est na-
 uigandi ad ostium penei inspicendum: quia superiorem uiam tenen-
 ti erat eundem per macedones superne habitantes ad petreos praeter
 gonam urbem. Nam hac tutissimum esse iter audiebat. Atque ut concu-
 piuit ita et fecit. Itaque conscensa nauis sydonia: quam semper conscen-
 debat quotiens ei tale aliquid facere libebat: extulit signum ceteris
 nauibus proficiscendi relictis illic terrestribus copiis. Eo postquam perue-

nit ostia penei contemplantem ingens admiratio eum subiret / accitos uic-
ductores interrogauit / nunquid flumen potest auerti : ut alibi mare ingre-
deretur. Narratur autem thessalia quondam lacus fuisse / ut pote conclu-
sa undiq; prealtis montibus. Nam quod thessalie ad auroram spectat / id
pelion ossa iunctis inter se radicibus precludunt : qđ ad uentum aquilo-
nem : qđ ad uesperum id pindus / qđ ad meridiem & uentum austrum id
othrys : quod inter hos montes medium / id thessalia est / ita deuexa : ut cū
alii frequentes amnes in eam defluant / tum hi quinq; precipui peneus /
apidanus / onochorius / ompeus / panusius : qui ē montibus thessalam cingen-
tibus in eam planitiem confluentes per unum anfractum et eum artum
in mare euadunt in unam aquam omnes redacti qui simul ac confluen-
tem fecerunt. Peneus retento suo nomine ceteros inuominatos reddit. Fer-
tur quondam cum nondum esset hic anfractus per quem flumina mearet /
hos fluuios & preterea lacum pebeidem non fuisse nominatos : quemad-
modum nunc : et tamen non minus q̄ nunc fluxisse : sed suis fluentis omēs
thessalam effecisse pelagus ipsi quidem thessali memorant / neptunum
fecisse conuallem per quam meat peneus haud absurde sentientes. Qui eīm
arbitrantur Neptunum terram & que terremotu discussa sunt / huius dei ēē
opera / ei cernenti hunc locum / uidetur neptunus id effecisse. Nam didu-
cis illa montium / ut mihi uidetur terremotus est opus. Xerxi interrogan-
ti nunquid alibi essent in mare ostia penei perductores sui rem comper-
tam habentes : rex inquit / nulli sunt huic flumini alibi in mare tendē-
tes ceteris q̄ istis hic. Cuncta enim undiq; montibus redimita thessalia est.

Ad hec xerxes dixisse fertur. Solertes sunt uiri thessali : qui sibi imbecillita-
tis conscii iam pridem cum alia preuiderunt / tum uero hoc qđ regionem
habeant facilem occupatu et mature expugnabilem. Solum enim hoc ēē
negocium : ut flumen obstrulo anfractu / auersosq; alueo per quem meat in
eorum terram inducatur : quo omnis thessalia preter montes aquis obduce-
retur. Hec ita se habere xerxes apud filios alei dixit : quoniam thessali e-
greis principes regi sese tradiderunt / ratus id illos per totam nationem di-
uulgaturos. Hec locutus et locum contemplatus Thermam reuauigauit : Vbi
complures dies circa pieriam commoratus est. Nam montem macedonicū
ut illac perreptos omnis pertransiret exercitus / tertia eius pars repugnabat.

Eodem legati qui dimissi in greciam fuerant / regressi sunt partim inanes / par-
tim terram & aquam afferentes : quam qui dederunt / eorum hi fuere thessa-
li / dolopes / emenses / perrebi / locri / magnetes / melienses / achei / pthiotę / et the-

bani ceteriq; boetiū pręter thespenses et plateenses cum quibus hi greci percussērant foedus: qui bellum aduersus barbarum sumpserunt: foedus autem ita habebat: Quicumq; greci sese dedidissent perse non adacti necessitate eorum decimum quęq; rebus bene constitutis se deo qui delphis est deuoturos ita apud grecos iusiurandum habebat. Xerxes neq; athenas neq; spartam legatos terram petitem miserat ob id quod quos ante darius ad hoc ipsum misisset eorum alios isti in baratrum alios in puteum deiecerunt iubentes illinc eos terram et aquam ferre ad regem. hac de causa xerxes nulos illuc ad petendum misit. Et atheniensibus quidem qđ ita legatos tradarint quid triste contigerit non queo dicere nisi qđ eorum solum cum urbe uastatum est. Lacedemoniis uere ira thalibii templum cum eis posteris qui thalibiade nominantur: quibus honos legationis spartanoꝝ semper tribuitur. Itaq; post eam rem spartiate cum leta exta eis non essent idq; diu contingeret perthesi huius calamitatis Lacedemonioꝝ coetu frequenter coacto hoc edictum proposuere si quis lacedemoniorum uelit pro sparta occumbere. Tunc Spertius aneristi et bulem colei filius uiri spartiate & natalibus & opibus inter primos ultro se obtulerunt ad satisfaciendum sua poena xersi darii filio oblegatos apud spartam intereptos. Ita hos spartiate tanq; mortem obituros miserunt ad medos digna admiratione tum audacia horum uiroꝝ tum uerba ab eis habita. Nam susa tendentes ad hydarneum persam asiane orę maritime prefectum uenerunt: qui eos hospitaliter municeq; acceptos his uerbis interrogauit Viri lacedemonii quid ita respuitis effici amici regis. Cernite enim ex me et meo statu qđ scit honore prosequi rex uiros egregios uos utidem honoraturis si uos ipsos ei dedideritis: videamini modo apud eum esse uiri egregii. Quoniam singuli uestrum regem donante principatum grecię obtinebit. Ad hec illi respondentes hydarnes inquit non ex equo consilium tuum ad nos spectat atq; ad te conditionis quam suades expertus es nostre inexpertus. Nam seruus quidem esse nosti libertatem autem nondum expertus es utrum sit dulcis an non: Que si tibi experta foret non ut hastis sed ut securibus dimicaremus nobis suaderes. Hęc hydarni responderunt. Dehinc ut ascenderunt susa & in conspectum regis uenerunt principio iubentibus satellitibus et uim asferentibus ut procumbentes adorarent regem et per capita eos ad id agendum unpingentibus negauerunt se unq; esse acturos. Neq; enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi neq; ad id uenisse. Posteaq; in hoc repugnauerant secun-

Spertius & Bules uiri
sparthani quid egerint.

do loco hec illis et his similia dixere. Rex medorum nos miserunt lacedemonii ad luendam poenam pro his legatis: qui sparte interiere. Hec istis dicentibus xerses pre magnitudine negauit se fore lacedemonius similem. Illos uero interimendis legatis uis omnium hominum confudisse: se uero quod illis exprobraret id non esse facturum: neque eos occidendo lacedemonios culpa soluturum. Hac re per spartiatas gesta in presens ira talis tibi cessauit. Et si spartam reuersis sperchio et bule longo tamen deinde tempore interiecto excitatum est inter peloponnenses & athenienses bellum: ut lacedemonii aiunt: quod mihi diuinitus maxime uidetur esse gestum: quia talibus nuntios corripuerit: neque prius quieuerit. Quod autem ira inciderit in eorum qui ad regem ascenderunt filios: Nicolambulis & aneristum sperchii filium: qui piscatores tirynthios in nauis oneraria plena uiris nauigantes cepit. Manifestum est apud me diuinitus id factum esse ex ira dei: quod nuntii qui in asiam a lacedemoniis mittebantur: proditi a sitalce terei thracum rege et a nymphodoro pythae uiro abderita excepti sunt iuxta bisantem: que in hellesponto et abducti in atticam ab atheniensibus necati sunt: cuiusque uis aristheas adimanthi corynthius. Verum hec multis post regis expeditionem annis gesta sunt. Que expeditio: ut ad superiorem orationem ueniam nomine quidem tendebat contra athenas: re tamen uera contra cunctam greciam. Eam diu antea greci cum audiuisent non perinde omnes affecti sunt. Nam hi qui terram & aquam dederant: perse fiduciam animo presumebant tanquam nihil ingratum passuri a barbaro: qui non dederant magno in metu uersabantur. Quippe cum nulla tanta classis esset in grecia: que posset excipere inuadentem: presertim plerisque bellum detrahantibus et libenter ad partes medorum inclinantibus. Hoc ego loco necesse habeo ferre sententiam apud multos quidem homines inuidiosam: non tamen quod mihi uidetur uerum dissimulabo an athenienses formidantes periculum quod impendebat patriam deseruissent: an non deserentes sed permanentes sese dedidissent xersi: nihil omnino aduersus regem in mari facere conati: an nemo mari se opposuisset xersi: atque hec in continenti gesta essent: An etiam multe lorice essent muris inducte a peloponnensibus: per isthmum an proditi a sociis lacedemoniisque non uoluntariis: sed per urbes a classe barbara occupatis deserti fuissent et magna opera aggressi genere occubuisset: an hec passi essent: an prius quam uideret alios grecos cum medis sentientes cum xersi depecti essent: atque ita utrinque sub persis grecia fuisset. Nam murorum apud isthmum loricatores: quenam utilitas rege mari potente a nemine

quiui audire. Cum uero pretulerint greciam prestare liberam nimirum ipsi fuere qui quicquid grecie reliquum erat cum medis non sentiens ex-
 xerunt: quique secundum deos regem repulerunt ne oraculis quidem horren-
 dis ac terribilibus a delphis ueniebant inducti ad greciam deferendam. Sed
 persistentes constituerunt excipere hostem sua inuadentem. Siquidem con-
 sultoribus delphos missis uti oraculo uolebant. Nuntii factis apud templum
 que ritus postulabat eodem ingressi confederunt: quibus pythia cui nomen
 erat aristonice ita respondit. Quid miserande sedes populus fuge ad exte-
 ma terre. Edibus & globide desertis collibus urbis. Nam caput et corpus mi-
 nime sincera manebunt. Extremi uel pedes poterunt superesse manus uel. Aut
 medium sed ea ignis edax deformia reddet. Et mars acer equis urgens a su-
 gena curru. Atque alia plerasque tuas non solius arces. Permultasque deum seuis
 dabit ignibus edes. Quas ego preuici iam nunc sudore madentes. Atque me-
 tu tremere et de laquearibus altis. Nigrantem cogente malo manare cruo-
 rem. Ite sed ex adyto atque malis effundite mentem. His auditis atheniensi-
 um consultores inaruno sunt moerore affecti. Quibus inter se agitantibus
 tam triste responsum Timon androboli uir apud delphos illustris suasit hec
 fieri ut sumptis oleae ramis de integro reuenterentur ad consulendum suppli-
 citer oraculum. Obtemperantes ei athenienses dixerunt. O princeps redde
 nobis oraculum melius de patria in honorem horum palmitum: quos gesta-
 tes ad te uenimus alioquin abs te non abituri sed in hoc adyto ad obitum
 usque permansuri. Hec dicentibus antistes hoc modo respondit. Pallas o-
 lympiacum multis hortantibus usa. Et precibus blandita iouem placare
 nequiuit. Hoc tibi fabor item responsum adamanti propinquus. Non ca-
 pitis reliquis que lune cecropis ore. Intus habet quocumque sacer penetrale
 cytheron iuppiter e ligno muris tritonida donat. Qui soli inuicti tibi sint
 natisque saluti. Tu uero ad uentum peditumque equitumque quietus. Terrestris-
 que acies ne prestolare sed hosti terga dato. uel si tibi fors erit obuius usque.
 Hec legati ut erant ita arbitrati prioribus initiora postque conscripserunt a-
 thenas redire. reuersique ad populum recitauere. Etenim alie multe sen-
 tentie essent oraculum interpretantium & ce plurimum perplexe. Quidam
 e maioribus natu dixerunt uideri sibi deum respondere saluam fore arcem.
 Olim enim atheniensium arcem preseptam uallo fuisse et si quidem interpre-
 tabantur uallum esse hunc ligneum murum. Alii uero significare deum
 dicebant naues easque ceteris omissis edificare iubebant. Verum hos qui aiebant
 naues esse ligneum murum fallebant duo postrema a pythia dicta. Diui

Responsum pythie oraculi
 consulentibus grecis de bello
 contra xersem.

na o salamis mulierum pignora perdes. Usq̃ uel cerere sparsa coeunte uel usq̃. Circa hos uersus confundeatur eorum sententia qui classem uolebant esse ligneum murum. Nam oraculum qui interpretabantur in eā sententiam accipiebant fore ut ipsi instructa classe ad salaminem pugna nauali succumberent. Erat autem inter athenienses quidam qui in primores recens uenerat nomine Themistocles neochis filius. Hic uir negabat interpretes omnia recte coniectare: quod diceret si clades quę prædictur ad athenienses spectaret ullo modo non ita placide de nobis deū fuisse responsurum. Sed sic O salamis misera pro eo qđ dixit o diuina salamis si circa eam sui incolę forent appetituri sed recte coniectantib; sentiendum a deo contra hostes editum esse oraculum non contra athenienses. Itaq; suadebat ut sese instruerent tanq̃ prelio nauali certaturi. Et tanq̃ hic esset ligneus murus. Hanc Themistoclis sententiam athenienses potiore esse censuerunt q̃ illorum qui interpretantes oraculum dissuadebant apparatus pugne naualis. Sed hanc esse in summa sententiam dicebant non leuandum in hostem manum sed ex attica regione demigrandum & aliam incolendam. Extitit & alia quę ante hanc Themistoclis egregia ad tempus sententia cum magna uis pecunię & prouentu metallorū quę sunt e laurio esset in erario atheniensium eaq; diuidenda uiritim denis in singulos puberes drachmis. Tunc Themistocles hanc dissuasit atheniensibus distributionem. Sed ex hac pecunia classem ducentarū nauū compararent ad egineticum bellum. Hoc enim bellum conflatum gręcię salutem attulit cogens athenienses nauticos fieri. Et quanq̃ hec classis in eum usum: in quem comparata fuerat non uenit tamen in utilitate gręcię cessit. Ipsa iam preparata cum presto esset et alteram exedificari oporteret placuit atheniensibus inito post oraculum consilio barbarā gręciam inuadentem cum nauibus opperiri uniuersos deo obsequentes una cum gręcorum uoluntariis. Et hec quidem oracula atheniensibus sunt reddita. Coactis autem in eundem locum gręcis: qui per gręciam melius sentiebant interq; se collocutis interposita fide ibi consilio habito uisum est ante omnia missas faciendum pecunias debitas & inimicitias & hostilitates. Erant autem cum alia aliorum bella tum uero maximum inter athenienses et eginetas posteaq; xersē cum exercitu sardibus esse audire athenienses decreuere tum aliquot in asiam mittendos ad res regis explorandas tum nuntios partim argos ad contrahenda aduersus persam belli societatem partim in siciliam ad gelonem dinome

Qui gręcię populi contra xersē fuerunt.

nis partum in corcyram iubentes opem greci ferri eo animo ut si fieri posset omnis uis greca unum esset et ad idem agendum omnes incumberent tanq̃ calamitate cunctis grecis impendente. Ferebantur autem res gelonis magnę esse nec multo minores q̃ grecorū. Vbi hæc eis placuē qui cum sardibus uenissent in speculando regis exercitum deprehensi sunt et a ducibus pedestrium copiarum torti deducebantur tanq̃ perituri lata in eos mortis sententia. Ibi ubi xerses audiuit reprehensa ducum sententia mittit quosdam e satellitibus iubens ut si uiuos adipiscerentur speculatores ad sese deducerent. Eos ad huc superstites adepti satellites prehenso in regis conspectum adduxerunt. Sciscitatus rex quade causa uenisset sine noxa dimitterentur quocunq̃ locorum ire libuisset. Hoc xerses ea ratione imperauit quod cogitabat fore ut si speculatores necati fuissent neq̃ greci presciscerent potentiam suam esse fama maiorem neq̃ quippiam ipse lederet hostes tribus uiris interemptis. Sed eisdem in greciam regressis greci ut se opinari dicebat auditis rebus suis ante q̃ exercitum compararent propriam libertatem traderent atq̃ ita non oporteret suscipere molestiam pro exercitu in eos ducendo. Hęc sententia xersis cum alia quadam congruit. Nam cum abydi ageret xerses uidit naues cursum tendentes per hellespontum quę frumentum ē pōto in eginam peloponnesumq̃ portabant. Quas ubi audire eius assessores hostium esse sese ad eas corripandas accingebant. Intuentes in regem quando id agi preciperet xerses eos interrogauit quonam ille tenderet. Qui cum respondissent ad hostes tuos domine et frumento onustę. Tunc xerses excipiens inquit nonne eo quo isti et nos nauigamus cum rebus aliis tum frumento instructi. Quid igitur hi officunt nobis quibus comineatum portant. Ita speculatores rebus inspectis dimissi in europam redire post quorū reditum greci qui contra persam coniurabant nuntios iteq̃ argos miserunt quibus argui responderunt res suas ita habere audisse se iam inde ab initio barbarum excitare aduersus greciam bellum et cum accepissent intellexissentq̃ grecos se colligere tentaturos perse obsistere principes fuisse mittendi delphos qui deum consulerent quid sibi optime facientibus esset euenturum. Nuper enim sex milia suorū fuisse interempta a lacedemoniis & cleomeneanaxandride eaq̃ de causa semutare ei uis qui missi fuerant interrogantibus sic pythiam respondisse.

Finitimis inuise deis dilecte beatis Internis tutamen habens impune maneto. Et tutare caput Nam membra tuebitur illud. Hęc illis pythia prius

responderat. Postea q̄ nuntii argos uenerunt senatumq̄ ingressi man-
data retulerunt argui responderunt ad ea quę dicebantur se promptos
esse in triginta annis pacificare cum lacedemoniis percusso foedere: sed
ea conditione: ut dimidium imperii penes se esset quanq̄ uis imperandi
sit tamen dimidio imperii se esse contentos. Hoc aiebant suum senatū
respondere: quanuis dissuadente oraculo societatem contrahere cum gre-
cis: qđ etsi reformidarent tamen properare ut foedus triginta annorum
feriretur: in quos annos liberi sui in uirilem etatem adolererent hac ui-
delicet ratione ne si qua calamitas ad superiore accederet in bello perfico-
nisi foedera forent in posterum subiecti lacedemoniis essent. His dictis a se-
natu argiorum quidam e nuntiis spartanorum ita respondit: qđ ad foedera
quidem attineret se ad eos qui plures essent relegare: Qđ autem ad imperiū
id uero sibi demandatum esse ut responderet diceretq̄ spartanis duos esse
reges Argui unum. Ideo non posse fieri ut alterutro sparte regi abrogent im-
perium: et nihil obstare quominus cum iis duobus rex argius parem dignita-
tem obtineat. Ibi argui negare se perpessuros insolentiam spartanorū. Sed
preoptari a barbaro imperari sibi q̄ lacedemoniis cedere. Atq̄ ita eduxerūt
nuntius ut priusq̄ occideret ex agro argio excederet alioquin hostium loco
futuros. Hoc ipsi argui de hac re memorant: aliter tamen per greciam narrat
xersem ante q̄ bellum grecie inferret misisse argos caduceatorem: qui cum
eo peruenit ita fertur uerba fecisse. Viri argui xerses rex hoc uobis inquit. Nos
arbitramur persem ex quo nos progeniti sumus fuisse filium persei daniel
filii ex andromeda genitum: quę fuit cephei filia ita ex uobis oriundi su-
mus. Qđ cum ita sit nefas est et nos progenitoribus nostris inferre bellum:
et uos alius opem ferendo nobis aduersarios fieri: sed potius domi uestre con-
sidentes ocium tenere. Nam si mihi ex sententia succedit nullos plures q̄ uos
faciam. Hęc argui cum audissent rem confecisse dicunt & a principio dis-
simulantes qđ actum esset nihil poposcisse grecos: sed cum ab illis deprehen-
derentur tunc partem imperii gnari id lacedemonios non concessuros: ut
hoc pretextu ocium agerent cui competit: qđ quidam grecorū multis po-
stea annis gestum fuisse memorant: cum sysis memnoniis alterius negocii
gratia essent atheniensium nuntii callias hipponici & college qui pariter
ascenderant contigit ut argui & ipsi per id tempus susa mitterent nuntios:
qui artaxersem filium xersis an amicitiam quam cum xerse contraxissent
putaret adhuc durare an ab illo pro hostibus haberentur. Quibus artaxer-
ses rex Immo uero maxime perdurare respondit nullamq̄ sibi ciuitate

amicitiorem putare quam argos. Vex an caduceatorem xerxes argos miserit ad ea dicenda & an argiorum nuntii qui susa ascenderint artaxersem de amicitia interrogauerunt. pro comperto dicere non possum nec ullam de his aliam proferre sententiam nisi quam ipsi argi proferunt. Id demum scio si omnes homines qui domestica mala cum uicinatorum malis permutare uellent ea que ipsi attulissent ita non turpissime ab argiis actum est. Ego uero que dicuntur dicere debeo: attamen non omnino omnibus credere: quod uniuersum a me dictum sit. Quoniam et hoc narrat argios extitisse qui persam in greciam accesserunt posteaque cum lacedemoniis pre dolore presenti quidam preoptantes. Et de argiis quidem dictum est. In sicilia autem ad agendum cum gelone tum alii nuntii a sociis ierunt uero a lacedemoniis Syagius. Huius gelonis progenitor fuit oecetor qui in gela erat ex insula telo: que epitropo obiacet: qui dum gela condere tur a lindis qui sunt e rhodo & antiophema absumptus non est. Interiecto tamen tempore posterius eius deorum inferiorum sacerdotes illic perseverauerunt oriundi ex teline uno ex ea familia: qui eos illic collocavit hunc in modum. Quidam uiri geloi per seditionem eieci in madorum urbem que sita est super gelam profugerunt. Hos telines gelam deduxit nullis uiroque copis adiutus: sed horum sacris: que unde acceperit an ipse possederit id uero dicere non possum. His sacris fretus eo deduxit illos: ubi posterius suorum deorum sacrificali essent: que res mihi admirationi fuit. Preterea que audio tantum opus telinem effecisse: qualia opera non a quocunque uiro effici consueuerunt. Sed ab eo qui sit casti ingenii robusteque prestantie. Quamquam e contrario fertur ab incolis sicilie fuisse natura effeminatum ac uiro molliorem. hunc modum ille dignitatem hanc adeptus est. Cleandro partaneo uita fundito: qui septem annos gele potitus est: a sabylo autem uiro geleo fuit interfectus. Ibi frater hippocrates imperium suscepit: quo tyrannidem obtinente erat illic gelon prognatus telinis uatis cum aliis multis: quorum unus erat anasidemus pateci satelles hippocratis nec diu post ob uirtutem declaratus est totius equitatus prefectus. Nam quibus in bellis hippocrates obsedit callipolitanos et naxios et tandeos et leontinos pugnavitque cum syracusanis & permultis barbarorum. In his bellis Gelon extitit uir preclarissimus adeo ut nulla omnium quas retuli ciuitatibus effugerit hippocratis dominationem preter syracusanos: quos pugna ad flumen elorum superatos corinthis corcyreisque liberauerunt: sub hac tamen conditione: ut syracusani camarinam que ipsorum quondam fuisset hip-

De Gelone sicilie tyranno: ad quem cum alii nuntii a sociis: tum uero a lacedemoniis sagius missus est auxilium petitiu contra xersem.

De Gelonis genere & que ab eo gesta sunt.

pocrati traderent. Hippocrates cum totidem annos quot frater cleander tyrannidem obtinuisset, illato sicut bello ante urbem hibernam perit. Ita Gelon per causam tuendi liberos hippocratis euclidem et cleandrum, ubi ciues qđ abnuerent dicto amplius audientes esse prelio uicit. Ipse gelorum imperium adeptus est liberis hippocratis dominatu fraudatus. Post hoc omen quosdam syracusanos: qui gamori uocabantur a plebe suisq; seruis qui cylliri nominabantur eiectos in patriam ex urbe calimena reduciendo potitus est etiam ipsis syracusis. Nam ei uementi plebs syracusana et urbem & se ipsam dedidit: Quam gelon ubi accepit Gelam quam tenebat minous faciens hieroni fratri demandauit: sibiq; syracusas habuit, et quibus pro omnibus urbibus: ideoq; ea ciuitas confestim excucurrit atq; propagata. Nam deductis camarineis Gelon ciuitatem dedit. Camarina euersa dimidio & eo amplius gelorum itidem ut camarineis fecit. Nec non megarentum qui sunt in sicilia cum obsessi ad deditionem uenissent, locupletissimos quosq; qui bellum intulerant, et ob id se interfectum iri putarent, Syracusas traduxit ac ciuitate donauit. Nam plebem megarensis, que belli mouendi fuerat expert, queq; nihil mali se passuram expectabat, syracusas adductam uenundedit, ex sicilia absportandam. Idem hoc fecit euboīs: qui sunt in sicilia proceres a plebe distinguens. Hoc ideo de utrisq; qđ arbitraretur contubernium plebis rem esse molestissimam: ea ratione magnus tyrannus effectus est gelon: ad quem legati grecorum postq; syracusas coramq; uenerunt ita locuti sunt. Lacedemonii pariter & athenienses eorūq; socii nos misere ad te in societatem assumendam aduersus barbarum: quem audisti prorsus grecię bellum inferre iuncto pontibus besponto uirum persam secum omnes ex asia copias ducentē per simulationem belli athenis inferendi nos inuadentem: cum in animo habeat omnem greciam reducere in suam potestatem. Tu igitur cui magna potentia adest nec minima grecię portio sicilię princeps ferto opem iisq; greciam a senectute uindicant, eamq; una cum illis liberato. Coacta enim cuncta grecia erimus magna manus pugnaq; pares inuadentibus nos. Quod si e nobis alii proditores fuerint, alii adiuuare noluerint id sincerum qđ supererit grecię: unde periculum est ne omnis grecia pessum eat. Neq; enim speraueris persam si nos prelio superauerit ad te non esse uenturum. Quin immo hoc ante cauere. Nobis nanq; opem ferendo te ipsum tutaris.

R ei consilio gestę letus plerunq; est exitus. Hęc legati dixerunt. Quibus respondens gelon multus in hac oratione fuit. Viri greci inquiens insolentem ha-

Oratio Legatorū grecorum.
ad Gelonem.

Responsio Gelonis ad legatos.

betis orationem: qui ipsi ausi estis me adire hortantes ad ineundam aduersus barbarum societatem: cum ipsi me orantem prius aduersus exercitum barbaricum recusaueritis socium. Nam dum mihi erat cum carthagenensibus certamen incumbenti ad ultionem necis Doris anaxandridæ de egestanis exigendam offerebamque me adiutorem ad liberanda emporia: unde nobis magna emolumenta atque uoluptates prouenerant. Vos uenire nolulistis: neque me adiuuandi gratia neque ultionis de necē dorina exigendae. Itaque quantum in uobis est omnia hæc a barbaris possidentur. Verum nobis hæc in melius reciderunt. Nunc quoniam circūuenit uos atque attingit bellum: ita demum gelonis uenit uobis in mentem. Ego etsi ignominiose sum a uobis acceptus: tamen non ero uestri similis sed paratus ad opem ferendam ducentarum trimurium et uiginti milium armatorum ac duum milium equitum totidemque ferentiariorum totidem leuis armaturæ totidem sagittariorum totidem funditorum ac rei frumentariæ cunctis græciæ copiis suppeditaturæ donec fuerit debellatum. Hæc me præstitum recipio: sed ea lege polliceor ut ego sum aduersus barbarum græcorum imperator. Aliter neque ipse uenirem neque alios mitterem. Ea si argus audiens non tulit. Sed o qui eiularet inquit pelopides agamemnon si audiret spartiata imperium subdidisse geloni atque syracusanis. Tu uero ne feceris huius rei mentionem amplius. Sed si tibi animus est opem græciæ ferendi esto sub imperio lacedæmoniorum. Sin dedignaris subesse non habes animum opem ferendi. Ad hæc Gielon uidit uerba syargi aduersa hanc ad extremum protulit orationem. Hospes spartiata contumeliæ homini factæ solent irritare indignationem: uerum tu contumeliosis in me uerbis inuebens non tamen induxisti me ad uicem contumeliæ reddendam. Sed quando uos ita imperium amplectimini multo me magis quam uos decet illud amplecti qui multo maiorum copiarum ac plurium nauium imperator sum. Ceterum quoniam ita oratio uestra in contrarium nititur nos aliquantum a superiore nostra oratione decidemus. Si uos terrestribus copiis præfueritis ego nauticis præfuero. Si in uos imperitare iuuat ego terrestribus copiis imperitare uolo. Ex quo oportet uos alterutram harum rerum esse contentos aut his sociis destitutos abscedere. Hanc conditionem offerebat: cui nuntius athemensis lacedæmonios anteueriens ita respondit. Rex syracusanorum græcia nos ad te misit non imperatorum indiga sed exercitus. Tu uero prætefers non misisti te exercitum nisi sis græciæ imperator uidelicet ut illi imperes affectas. Itaque quantum ad eam partem attinet quod cuncto græcorum exercitui

praesse postulas / suffecerit nobis atheniensibus silentium agere intelligē-
 bus laconem fore idoneum ad reddendam pro utrisq; rationem. Quantū
 ad illud attinet quod possis ut uniuersę classi praesis ita habeto nos etiam
 ut lacon premitat non esse permissuros praesse te classi. Nostrium munus
 id est / nisi lacedemonii id uelint / quibus praesse classi uolentibus non con-
 tradiceremus / alteri uero concederemus nemini. Nam alioquin frustra plus
 nauium q̄ ceteri greci possideremus / si syracusanis imperium cederemus / q̄
 athenienses antiquissimę originis soli q̄ grecorum / qui nunq̄ solum uertim⁹
 e quibus uirum instruendo ornandoq; exercitui aptissimum homerus uerfi-
 ficator ait ilium uisisse / ut non sit dedecus nobis ista cōmemorare. His ge-
 lon ita respondit. Hospes atheniensis apud uos qui praesint habetis / qui sublit
 non habetis. Quocirca cum nihil cedere / sed totum obtinere uelit / q̄ celerr-
 me hinc retro abscedatis / renuntiaturi grecię / ut ex anno illi uer exaruisse /
 cuius dicti sensus hic est. Cum constet probatissimam animi partem uer esse /
 talem esse suum exercitum innuebat / quo grecia priuaretur quasi quodam
 uere / quod illi exaresceret non inita secum societate. Hoc responso gelonis
 accepto nuntii grecorū profecti sunt. Post hec gelon timens quidem grecis
 ne impares barbaro essent / tamen indignum atq; intolerandū sibi ratus / ut
 profectus in peloponnesum subesset lacedemonius qui sicilię tyrannus esset /
 omissa hac uia aliam inuit. Nam ubi primum audiuit persam transmississe hel-
 lespontum / misit cum tribus biremibus cadmum scythae coum multa cum
 pecunia ac placidis uerbis ad obseruandum / quo casura esset pugna / ut si
 barbarus uinceret / ei pecuniam traderet terramq; & aquam eorum locorum /
 quibus gelon imperaret. Sin uincerent greci / rursus pecuniam reportaret.
 Hic cadmus ante id tempus cum tyrannidem coorum a patre accepisset satis
 ualidam nullo aduerso casu / sed ob iustitiam sua sponte eam in media ciui-
 tate deposuit atq; in siciliam abiit / ubi una cum samis urbem Zanciam / cui
 nomen in messana mutatum est / retinuit atq; incoluit. Hunc cadmum atq;
 in hunc modum eo profectum Gelon ob iustitiam quam illi ex aliis rebus
 adesse nouerat / delphos misit / cuius hominis inter alia quę edidit opera iu-
 sta / hoc non in postremis reponitur / quod tantum pecunię sibi a gelone cō-
 missum interuvertere cum posset noluit. Sed postea q̄ greci pugna nauali
 superiores extitere / xersesq; cum exercitu abiit / et ipse in siciliam rediit
 cum omni pecunia. Fertur autem et hoc ab iis qui siciliam incolunt / Gelo-
 nem inducto ad obtemperandū lacedemoniis animo fuisse laturum gre-
 cis auxilia / nisi Terillus crinippi eiectus ex himeta / ubi erat tyrannus a Te-

De cadmo scythae / qui coui
 fuit.

De Terillo crinippi himete
 siculę urbis tyranno.

rone anafidemi acragantinoꝝ monarcho accersisset phoenicem et poe-
noꝝ et hiberorum & ligurum et elisicorum et sardonum et cyrnoꝝ
trecenta milia duce eorum hamilcareannonis carthaginiensium rege:
quos terillus adduxerat: cum persuasos hospitii necessitudine tum præci-
pue prompta animi uoluntate anaxilei tyranni regini: qui filios suos ha-
milcari obsides dedit ulciscendi soceri causa. Habebat enim anaxileas in
matrimonio terilli filiam nomine cidippam. Ita gelonem cum nequireret
auxilia grecis ferre delphos misisse pecuniam. Preterea aiunt iudem conti-
gisse: ut eodem gelon & teron hamilcarem carthaginiensem in siciliam su-
perarent: quo greci salamine periam. Quinetiam hamilcarem: qui e patre
quidem carthaginiensis a matre uero syracusanus erat et ob uirtutem car-
thaginiensium rex. Cum conflixisset prelio uictum e conspectu fuisse obla-
tum audio: nec usq̃ gentium nec uiuum aut mortuum comparuisse: Omnia
gelonem indagando collustrasse. Apud ipsos autem carthaginienses illius
imaginem colentes hec fama est: dum barbari cum grecis in siciliam ab
aurora ad crepusculum sine intermissione pugnarent. Tandiu enim ex-
tractum est prelium. Interea hamilcarem in castris permanentem sacrifi-
casse atq; litasse solida corpora aggerentem in ingentem pyram. Sed con-
spectis suis in fugam uersis ut erat in faciendis sacris occupatus sese in igne
immisisse atq; ibi combustum e conspectu sublatum: Cui siue hoc modo ut
phoenices aiunt siue alio ut carthaginienses et syracusani memorant ex
oculis ablato nunc carthaginienses sacrificant extructis monumentis tum
alibi in suis omnibus coloniis tum præcipue in ipsa carthagine. Hactenus
que ad siciliam attinet. Corcyrei aliud nuntiis responderunt aliud fecerunt.
Nam cum eos iudem nuntii qui in siciliam ierant adissent et eisdem quibus
gelonem uerbis allocuti fuissent polliciti sunt confestim se auxilia missuros
ac presidio negantes sibi greciam neglectui habendam: saltem periclitan-
tem: que si collaberetur nihil aliud sibi superesse: q̃ ut primo quodq; die
seruient: ideoq; sibi quoad possent illam esse adiuuandam. Hec illi aspe-
ctu speciosa responderunt. At ubi ferre opem oportuit aliud habentes in
animo sexaginta naues instruxere: egreq; digressi peloponneso applicaue-
re ac circa pylon & tenaron ore lacedæmoniorum naues in statione tenuerunt
obseruantes et ipsi bellum quo caderet desperantes fore ut greci superaret.
Sed opinantes xersem multo superiorem uideꝝ grecie imperaturꝝ. Itaq; cu-
rare ut hec uerba apud periam facerent. Adhortantibus nos grecis ad hoc
bellum rex: qđ non minimum et copiarum & nauium: sed plurimum secu-

dum athenienses habemus tamen aduersum te ire nolumus aut quippiam tibi molestum facere. Hec dicendo sperauerunt se plus aliquid quam ceteros allaturos. Quod etiam ut mihi uidetur contigisset. Ad grecos autem excusationem parauere: qua etiam usi sunt. Accusantibus enim grecis quod operam non tulissent: dixere sexaginta triremes armauisse: sed peruentos et essias Maleam superare non potuisse: atque ita ad salaminem se non contulisse: nec ullius cladis pugnae naualis participes fuere. Et isti quidem ita grecos a se sumouerunt. Cretes postquam aditi sunt ab iis grecis quibus hoc negotium datum erat: hoc sibi faciendum putauerunt: ut certos homines publicitus delphos mitterent deum consulturos: nunquid sibi satius foret greciam defendere. Quibus pythia respondit. O stulti imputate uobis quascunque lachrymas ob defensionem menelai uobis Minos gemitibus immisit: quoniam illi quidem non sunt ulti cedem minois in camico factam. Vos autem ulti estis illis mulierem ex sparta a uiro barbaro raptam. Hec cretes allata ubi audiuerunt ab auxilio ferendo supersedere. Si quidem fertur minoem cum dedalum inuestigans in sicaniam: quae nunc sicilia uocatur peruenisset ui eius uite allata occubuisse. Interiecto deinde tempore omnes cretes praeter polychnitatos & persios diuinitus instinctos cum magna classe in sicaniam traecisse & quinquennio obsedisse camicum: quam ut mea fert opinio acragantini incolunt. Ad extremum cum neque illam expugnare possent neque permanere fame cecidi: ea relictam abuisse. Et dum circa rapigiam cursum tenent ingenti eos tempestate adorta in terram fuisse cecidisse: laceratisque nauibus cum nullus receptus ostenderetur: illic subsidentes urbem hyriam condidisse: et mutato nomine pro cretibus rapiges messapios esse effectos & pro insularis continenticos et ab urbe hyria alias incoluisse: quas diu post tarentini euercentes magnam in ruinam deuenere: ut hec maxima cedet omnium quas nouimus extiterit: tum ipsorum tarentinorum: tum reginorum qui amicytho choeri ad tria milia citium adacti opem ferre tarentinis interiere. Ita ipsorum tarentinorum qui ceteri sunt numerus non est initus. Mycythus qui anaxilei famulus erat et procurator regis relictus: ubi ex ea urbe excidit Tegeam atrandrum incoluit: compluresque statuas in olympia consecrauit. Sed mihi circa reginorum & Tarentinorum excessus ab oratione factus est. In cretam igitur desolatam persii aunt cum alios homines tum precipue grecos migrasse. Tertiaque ab excessu minois etate res troianas fuisse: in quibus non deterimol extitisse cretenses menelai defensores et ob eos troia reuersos una cum

ouibus fame pestilentiaq; correptos itez desolatam cretam cum reliquis
 nunc a tertis cretensibus habitari. Harum rez memoriam refricando
 pythia illos ad ferenda grecis auxilia animatos cohibuit. At thessali ne-
 cessitate subacti circa initia medoz partes fouerunt cum expectarent
 non placere illis qui aleuado excogitassent. Nam cum primum audiue-
 re persam traicere in europam nuntios ad isthmum mittunt: ubi prou-
 sores grecie delecti e ciuitatibus coacti erant ad rebus grecie prospicien-
 dum. Ad quos postq; uenere nuntiu thessalorum ita uerba fecere. Viri greci
 olympiacum ingressum custodiri expedit: ut thessalie pariter atq; omni
 grecie sit belli tutamen. Nos ad custodi preparati sumus. Sed uos quoq;
 debetis multum illic mittere copiaz: quas nisi mittatis scitote nos pacti
 onem imituros cum persa. Neq; enim decet nos adeo ante ceteram grecia
 positos pro uobis solos occumbere: quibus ferre opem si recusatis nullam
 potestis iniungere necessitatem. Nulla nanq; fortior necessitas est q; im-
 becillitas. Itaq; per nosmet aliqua ratione salutem nobis comparare cona-
 bimur. Hec thessali: ob que greci illuc mittendum decreuere exercitu
 pedestrem mari ad ingressum custodiendum. Exercitus ubi coactus per
 euripum nauigauit: Qui postq; ad algas achais peruenit egressus illuc
 relictis nauibus in thessalam contendit ad tempe peruenit ad ingressu
 qui ab inferiore macedonia in thessalam confert iuxta amnem peneu
 inter olympum & ossam montes sibi castra posuere greci ad decem milia
 armatorum coacti: quibus aderat thessaloz equitatus ducibus ex lace-
 demoniis quidem e ueneto carini dilecto ex pollemarchis quanq; non es-
 set e regio genere. Ex atheniensibus autem themistocle neoclis filio. Ve-
 rum paucos illic dies immorati sunt. Aduenerunt enim ab alexandro
 amynthe uiro macedone nuntiu suatum eis ut illinc discederent ne in-
 gressi perstantes ab exercitu irrupente propulsarentur uidelicet terre-
 stre nauticamq; indicando. Horum consilio greci. Nam et bene sibi con-
 suli et bono erga ipsos animo esse uidebantur obtemperauerunt. Quanq;
 mihi uidetur metum quoq; id suasisse: qd audiuerant alium etiam esse
 in thessalam ingressum per perebel in superiori macedonia iuxta urbe
 gounon: qua et transiit exercitus xersis. Ita greci ad naues regressi rur-
 sus ad isthmum se receperunt. Hec fuit in thessalam sumpta expeditio
 dum rex in europam ex asia transiturus erat & abydi iam agebat. Thes-
 sali a thessalis deserti iam nihil ambigentes ita prompti ad medos tran-
 siere: ut in rebus gerendis regi se prestiterunt utilissimos. Greci ad isthmum

reuerſi ob ea quę ab alexandro dicta erant conſultabant et qua ratione bellum gerendum ſtatuereſt et quibus in locis euicereſt hec ſententia: ut preſidio aditum thermophilorum cuſtodirent: quippe qui uidebatur & anguſtior q̃ ille theſſalie & ſolus & ipſorum terre propinquior. Nam ſemitam qua greci poſtea intercepti fuere apud thermophilas haud nouerant priuſ per quam ducibus trechiniuſ ad thermophilas hoſtiſ peruenerit. Hunc igit̃ aditum ut tuerent̃ decreuerit ne barbaruſ tranſiret in greciam atq; claſſiſ preterueheretur hiſtiotidem oram ſuper arthemiuſium. Hec enim loca inter ſe uicina ſunt ut audiiri utrinq; poſſint quę alteroſ apud gerantur: Quę loca ita ſe habent: Arthemiuſium quidem a pelago thracio ex laxitate in artum cogitur traiectum: qui eſt inter inſulam ſciſthiam et continentem magnęſie: Ab anguſtiſ autem cuboie iam athenenſium excipit lituſ: in quo eſt artemidiſ ideſt diane templum. Ingreſſuſ uero in greciam per trachinum ubi artiſſimuſ ei dimidiu iugeris eſt: quanq̃ ad ceteram regionem non eſt hic locuſ artiſſimuſ ſed ante poſtq; thermophilas iuxta alpenoſ a tergo ſitoſ tantummodo ad agendum uehiculuſ patet et anteriuſ iuxta flu-
men phoeniceſ prope urbem antelam ſoluſ agendo uehiculo ſufficit. Thermophilorum qđ montiſ ad heſperuſ uergit inaccessuſ eſt: et prelati precipitiuſ portentum uſq; ad oetam. Quod autem uie uergit ad auroram id a mari excipitur ac uadoſiſ. In hoc ingreſſu ſunt therma lutra ideſt calida lauacra: quę chytiſ ideſt ollaſ indigene uocant et deſuper ara herculi extructa. Ad hoſ ingreſſuſ muruſ eſt edificatuſ: ſuper quem olim pile ideſt porte erant. Eum autem edificauerunt phocenſeſ metu theſſalorum: ex quo illi ex theſportis terram eolideſ iere habitatuſ quam nunc poſſident.

Et quia theſſali conabantur eoſ ſubigere preſidio impoſito tutabantur aquaſ calidam induxere ingreſſui: ut eſſet lacunoſuſ locuſ omnia excogitanteſ ne in ſuam terram theſſali incurſarent. Hic tamen muruſ quondam extructuſ maiore ex parte iam uetuſtate erat collapſuſ: quo ruruſ excita-
to uiſuſ eſt illi facienduſ: ut illic barbaruſ a grecia. Eſt autem proxime uiam uicuſ nomine alpen: unde frumentari greci ſtatuereſt. Et hec quidem loco uiſa ſunt greciſ opportuna. Cuncta enim rimati atq; ratio-
nati: ut ubi barbari neq; multitudine neq; equitatu uti poſſent: ibi illoſ greciam inuadenteſ exciperent. Poſtea uero qđ perſaſ in pieria eſſe audiere: ex iſthmo digreſſi ſunt peditatuſ ad thermophilas inſidendeſ: ceteri mari ad arthemiuſium: dum greci ut cuiq; preceptuſ erat propere ad ſuccurrenduſ tendunt. Interea delphi deum conſulere de ſe ipſiſ pariter & de gre-

cia solliciti. His responsum est: ut uentos precarentur. Illos enim maximos fore græcie auxiliores. Delphi quoque accepere oraculum. cum his primū græcis communicauere: quibus libertas cordi erat: quo nuntio illos quod barbarum magnopere timerent immortali beneficio demeruere. Deinde statuta uentis ara in thya: ubi fanum thye cephisi filie a qua et locus hic habet hostias illis imolauere: propter quod oraculum etiam nunc delphi uentos propitiant. Nauticus xersis exercitus ex urbe therma mouens decem ex omnibus nauibus uelocissimas recta dimisit in scyathum: ubi erant tres præsidiane naues græcorum Trozenia eginitia attica: quæ præuisis barbarorum nauibus in fugam se proripuerunt. Sex ex his trozeniam insecuti barbari: cui præerat praximus continuo exceperunt. Deinde strenuissimum quendam propugnatorem eius ad proram adductum deinceps mactant. Eorum qui capti et mactati sunt et primo et strenuissimo nomen erat Leonis: quo nomine nonnihil fortasse gloriabatur. Eginetica uero: cuius trierarchus erat asconides non nihil tumultus hostibus prestitit: quod eius epibata erat pytheus ischenoi uir eo die prestantissimus: qui capta naui tamen eousque pugnando restitit: donec totus dilaniatus est: quem collapsum non mortuum sed spirantem perse qui nauim ceperant admiratione uirtutis magnum opere pretium putauerunt: ut seruarent uulnera smirna medentes: sindoneque bissina et fascis obligantes: ac rursus in castra reuersi hominem uniuerso exercitui ostentabant admirabundi ac prope obseruantes tum alios quod in eadem ceperant tanquam mancipia asseruarent. Duabus nauibus interceptis tertia cui præerat pbermus uir atheniensis dum fugit ad hostia penei impacta est: qua sine uiris barbari potiti sunt. Nam athenienses simul atque nauem impegerunt ab ea desilientes in thessaliam intenderunt: sequi athenas receperunt. Huius rei per ignes e scyatho editos facti certiores græci: qui ad artemisium castra habebant et ob id perterriti illinc calcidem concesserunt ad euripium tutandum relictis per edita euboie loca diurnis speculatoribus. e decem barbarorum nauibus tres ad herma quod est inter scyathum et magnesian nomine myrmera uectæ sunt: quem locum ubi tenuere barbari lapideum illic titulum imposuere. Qui e therma soluerunt: ubi litus oculos effugit cum omni classe nauigabant undecim diebus ex quo rex a therma discesserat inter dissipati: sed eos therma ducebat: quod erat intraiectis fere scyrtis pannoniis. Hinc totum diem nauigantes barbari oram magnesian tenuerunt super sepiadem & litus: quod est in

Huius nauum copiarumque: quas ex asia xerses adduxit.

1207. naues.

241 & 400. hoies.

36 & 210. hoies.

3 biremes.

240. Nūl hominū q in
classe nauali erat.

In totū milia hominū quin-
genta & decē & septem &
sexcenti & decem hoies.

Peditatus decies septies cen-
tena milia.

Equitatus octoginta milia.

34

ter urbem castaneam & oram sepiadem. Ad hunc usq locum atq thermo-
phylas exors malorum xersis exercitus fuit. Et adhuc classis quemadmo-
dum ego supputando inuenio mille ducentarū ac septem ex asia nau-
um: in quibus a principio ex singulis nationibus erant milia ducenta
& quadraginta unum ac quadringenti ducenos supputando uiros in
singulis & preter indigenas propugnatores addendo persarum medorūq
ac sacorū tricenos epibatas. Reliquus autem hic exercitus constabat ex
triginta sex milibus ducentisq ac decem. Adiciam hunc & superiori
numero eos qui sunt ex biremibus plures fecerim octingenta potius q
pauciores uiros: Quarum nauium ut superius dictum est trium mi-
lium fuit. Ita in eis fuerunt uiroū uiginti quatuor myriades idest
ducenta & quadraginta milia. Hec igitur ex asia unius & quinquagin-
ta myriadum uiroū in uniuersum et preterea septem milia sexcenti
decem. Peditatus fuit decies septies centena milia. Equitatus octogin-
ta milia: Que copie classiarie & terrestres in sūmam redactę sunt ter-
& uicies centena et preterea decem & septem milia sexcenti & decem.
Hic al copias ex asia fuisse contractas dictum est preter seruitia que seque-
bantur & eos qui in frumentariis nauigiis uehebantur. Huic omni
enumerato exercitui adiciendus est ille ductus ex europa: de quo ex
opinione dicere oportet. Hi greci sunt: qui e thracia & ab insulis thra-
cie obiacentibus attulerunt naues centum uiginti: quarum uiri sunt
triginta quatuor milia. Terrestres copie attulere thraces et peones &
eordi & bottiei & genus calcidicum & brigi & prieres et macedones
et perebi et enienses & dopes et magnetes & achei et qui maritima thra-
cie habitant. Harum nationum reor trecenta milia fuisse hominum:
que myriades illis asiaticis adiectę sunt in sūmam uiroū pugnantiū
ducentę sexaginta quatuor et preterea mille sexcenti ac decem. Hoc tan-
to pugnatorum numero non pauciora sed plura fuisse arbitror: que hos co-
mitabantur seruitia & eos qui frumentariis in nauigiis erant & in aliis na-
uibz unacum militariis uiris uehebantur: quos neq plures neq pauci-
ores facie sed totidem myriadas fientq quingentę & uiginti octo myria-
des & tria milia ducenti & uiginti uiri: quos xerses darii duxit ad sepi-
dem usq ad thermophylas. Hic uniuersus copiarū xersis numerus. Nam
mulierū pistentium & pellacum et eunuchorum numerū nemo pro com-
perto queat dicere. Ac ne impedimentorum quidem aliorumq iumen-
torum sarcinariorū neq canum indicoz exercitum pre multitudine qsq

inire numerum possit: Quominus proditum esse fluenta quedam non sup-
 pedtasse magis miror: unde tot myriadibus cibaria suppetierint. Nam
 subducta ratione comperio si singuli quotidie singuli quotidie singulas
 frumenti chinicas idest non amplius acceperint: Absumpta fuisse singulis
 diebus centum milia medimnorum & trecentos ac quadraginta: qui sin-
 guli constant ex senis modis haud annumerando mulieres eunuchosq;
 et iumenta atq; canes: In quo exercitu cum uiroz tot milia essent nemo
 aut specie aut magnitudine corporis erat qui cum xerse ipso posset con-
 tendere tanq; dignior qui illud imperium posset obtinere. Nauales copie
 postq; e statione soluerunt prouectiq; oram terre magnesię tenuerunt: q;
 inter urbem castaneam et oram sepiadem pringę queq; naues ad terram ha-
 buere stationem alię deinceps in anchoris steterunt. Sub ipsum uero diluca-
 lum ex sereno celo et tranquillo cum mare efferuesceret incidit in eam a-
 trox tempestas ac uehemens uentus subsolanus: quem hellespontiam nun-
 cupant: qui circa illa loca habitant. Eum uentum quicunq; augescere a-
 nimaduenterunt: et quibus per conditionem stationis licuit in tempe-
 statem preuenerunt reuulsisq; nauibus sese atq; illas incolumes preste-
 runt: Ad quas naues uentus exteriores nactus est ear; alias ad loca que di-
 cuntur ipni idest furni que sunt in peleo extulit alias in litus alias in
 ipam sepiadem illisit alias in urbem castaneam alias in melibeam ex-
 pulit. Erat enim intoleranda uis eius. Enimvero feruntur athenienses
 boream inuocasse ex oraculo alio: qd eis redditum est: ut generum suum
 ad sibi opitulandum inuocarent. Habet autem ut apud grecos fertur
 boreas in matrimonio herithiam atticam erichiei filiam. Ex hoc coniugio
 ut fama est athenienses inducti sunt ad coniectandum boream sibi ge-
 nez esse & dum in calcede proeuropa excubarent: cum intelligerent au-
 ctum in tempestatem inuocauere boream: cui prius sacrificauerat et ho-
 rithiam: ut sibi auxilio essent et barbarorum naues corrumperent: que
 admodum prius fecerant circa athon. Num ob id boreas ingruerit in
 barbaros apud stationem agentes non queo dicere. Certe athenienses
 aiunt & antea sibi fuisse auxilio boream: et tunc illud effecisse: Atq;
 digressi illinc delubrum boreę extruxere ad amnem illisum. In hac
 clade: qui paucissimas naues u non pauciores quadringentis periisse
 aiunt: viros quoq; innumerabiles ac uim pecuniar; immensam: ut
 aminodi cratino uiro magneti maiorem in modum fuerit fructuosu
 hoc naufragium: qui aliquanto post dum circa sepiadem humum fodit

Atrox tempestas: que clas-
 sem xeris dissipauit.

De borea uento: quem
 attici ferunt herithiam
 atticam erichiei filiam
 in matrimonio habere.

De Aminocle cratino
 uiro magnete.

multa pocula aurea eiecta multaq; argentea percepit thesaurosq; perfarum inuenit: affatumq; aliarum ex auro rebus lucratus: et cum alioquin non esset fortunatus et rebus repetitis mirifice est ditatus. Nam fuit ei utilitas quedam ingrata ac doloris causa: quod erat filius orbatus. Nauium autem onerariarum aliorumq; nauigiorum que perierunt numerus iniri non potest: unde prefecti classis ueriti ne post acceptam calamitatem thesali incurfarent excelsum sibi uallum ex naufragiis circumdederunt. Triduo enim tempestas perstitit. Quarto tandem die magi incessionem faciendo et ueneficiis incantando uentum ad hec theti ac nereidibus sacrificando tempestatem compescuerunt siue aliter tempestas ipsa sua sponte cessauit. Theti autem ideo sacrificauere: quod ab Ionibus acceperat thetum ex eo loco raptam a pelco omnemq; eam oram Sepiadem illius esse aliarumq; nereidum. Et uentus quidem quarto die quieuit. At grecis diurni sui speculatores ex cuboicis uerticibus decurrentes altero ab exorta tempestate indicauerunt omnia que circa naufragium contigerant. Que isti aucres fusis prius libamentis neptuno liberatori sperantes aliquas sibi pauca naues fore contrarias. Ita ab atheniensium profecti iteque stationem habuerunt ad templum neptuni cognomine liberatoris: quod nomen ab illis inditum ad usque tempus perdurat. Barbari postea quod uentus conquieuit & fluctus constricti sunt reuulsis nauibus ad continentem enauigabant: circumuehentesq; promontorium magnesię rectum cum sum in sinum qui ad pegasea fert tenebant. In hoc magnesię sinu locus quidam est in quo fertur hercules cum e nauis argo aquatum missus esset derelictus fuisse ab lasone atq; a sociis dum ad terram colchidem aduellus nauigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri. Eaque de re nomen loco fertur esse aphete idest dissimile. Hoc in loco xersiane naues stationem habuerunt: quarum quindecim que longe ultime appellabantur prospectis grecorum ad atheniensium nauibus rate suas esse in medium earum & ad hostes delatę sunt: quarum dux erat sandoces Thinasii cum e elolidis profectus: quem antea darius ob hanc causam captum cruce affecerat. Quod cum e regis iudicibus esset iniquam sententiam ob quam pecuniam tulerat sententiam. Sed eius in cruce suspensi darius reputans plura peccatis esse beneficia in domum regiam collata hoc reperiens agnoscensq; properantius se quam prudentius egisse hominem soluit. Ita regem elapsus ac uite restitutus tunc in grecos delaturus non iteque erat elapsurus. Hos ad se cursum tenentes greci ubi uidere

cognito hominum errore aggressi repente cepere: in quarum nauium una captus ardolis alabandensium: qui fuit in caria tyrannus: in altera pentylus demonoi dux paphus: qui e papho duodecim naues cum du-
 xisset amissis earum undecim tempestate que ad sepiadem extiterat cum una que superabat tendens in arthemium captus est. Hos greci qui uolebant de xersis exercitu sciscitanti ad corinthiorum isthmum dimiserunt. Cetera barbarorum classis quibus preesse sandocem dixi ad aphe-
 tas peruenit. Xerses cum pedestribus copiis per thessaliam & achaiam iter faciens triduo euasit in melienses: cum in thessalia certamen curule fecisset suas equas experiendi gratia: quod illic optimas grecarum esse audi-
 ebat. In eo certamine multo fuere inferiores grece. Fluuiorum qui sunt in thessalia solus onochonus potanti exercitui non suffecit. At eorum qui sunt in achaa epidanus: qui maximus est egre suffecit xersi ad litoralia achae praeductores sui cuncta referre cupientes enarrabant id quod templo iouis apblystii ab indigenis narrabatur achamantem eoli filium inuito cu-
 mo consilio necem phrixo machinatum. Deinde acheos ex oraculo tale certam illius posteris proposuisse: ut qui ex eo gne maximus natus esset.
 h uic aditu curie idest prytanei: quam leitum achei uocant intercederetur ipsis excubias agentibus. Siquis adisset ne prius abire posset quam iactatus esset. Ita multos cum iam iactandi essent eo metu in aliam profugisse regionem. Interiecto deinde tempore cum reuersi essent: et in pyrrhanum ingressi si essent deprehensi toto corpore coronis operto et cum pompa eductos iactari consuesse. Hoc posteros cytissori phrixo geniti ob id pati: Quod cum achei expiatiorem loci facientes ex oraculo athamantem eoli es-
 sent imolaturi. Cytissorus iste e terra colchide ueniens illum liberauit. Eoque facto posteris eius iram dei fuisse iniectam. Hec cum audisset xerses ubi ad lucum affuit et ipse abstinuit et idem suis copiis imperauit: domumque item prognatorum athamantis ac phanum ueneratus est. Hec in thessalia achaiaque a quibus locis processit xerses in melidem iuxta maris sinum: ubi totum diem estus atque reciprocatio fluctuum. Huic sinui coniunctus est locus campester alibi spatiosus alii arctus admodum: et ipsi campo circue-
 di montes editi atque inaccessi omnem miliadem cingentes regionem: que preter trachinam nominatur. Prima in sinu urbis ab achaa euntibus est an-
 chira: quam amnis sperchius preterlabens ex emensibus in mare defluit: a quo alter amnis uiginti fere stadiis abest cui nomen inditum est dia-
 ras: quem fama est emerxisse ad ferendam herculi ardenti opem. Ad hoc

totidem stadiorum intercapedine alius amnis est qui uocatur melas
 idest niger: unde urbs trechis quinq; stadia abest. Ita in amplissimo re-
 gionis spatio a montibus ad mare: utpote duobus & uiginti milibus
 iugerum planitie montis: qui terram trachiniam circumdat ad trachi-
 nis meridiem anfractus est: per quem asopus circa radices montis fluit.
 Ad cuius meridiem alius non magnus amnis est nomine phenix ex his
 montibus in asopum defluens: iuxta phenicem angustissimum uic: qp-
 pe qua muro coartata: unum modo plaustrum agi potest. A fluuio phe-
 nice ad thermophilas quindecim stadiorum est interuallum: in quo
 uicus est nomine anthela: quem preterfluens asopus in mare euoluit:
 et ei locus spatiosus est circuectus: ubi templum cereris amphictionidis
 extructum uisitur: et sedilia amphictionibus et ipsius amphictionis
 delubrum. Et xerses quidem intra chimia melidis castra habebat. Gre-
 ci uero in transitu: qui locus a plerisq; grecorum Thermophile ab indi-
 genis autem atq; accolis pyle he erant utrorunq; castror. Locis xerse
 omnibus: que ad uentum spectant usq; ad trachinem potito grecis: que
 per hanc continentem ad austrum in meridiem ferunt: tenentibus.
 Qui hoc in loco persam greci opperiebantur: hi fuere sparthanorum trece-
 ti armati. Tegetarum et mantienorum mille: ex reliqua arcadia mil-
 le. Tot quidem ex arcadia. A corintho autem quadringenti: a philun-
 te ducenti: et myceneor. octoginta: hi e peloponneso aderant: aboetis
 tespienses septingenti: thebani quadringenti. Preter hos euocati erant
 locrenses opuntii cum omni copia et phocensium mille. Ipsi enim eos
 euocauerant missis nuntiis qui dicerent: se quidem percussores alior.
 uenisse: ceteros autem socios propediem expectans. Tutelam uero ma-
 ris esse in atheniensium presidio eginetarumq; et eorum quibus res
 naualis iniuncta esset: nec sibi quippiam esse formidolosum. Non eni
 deum esse: qui bellum grecie inferret: sed hominem: nec mortalem
 quempiam aut esse aut fore: qui ex quo natus est: mali exors sit: qui
 bellum inferat ab opinione esse causarum. Hec illi audientes in tra-
 chinem auxilio iere. Erant his cum alii duces sue quisq; ciuitatis: tum
 uero penes quem suma imperii erat: quem maxime admirabantur la-
 cedemonius leonides. Anaxandrides: qui leonis: qui euryncratides: qui
 anaxandri: qui eutycratidis: qui polydori: qui alcamenis: qui telerli: q;
 archelai: qui agesilai: qui dorissi: qui leobotis: qui echestrati: qui agesis:
 qui curisthenis: qui aristodemi: qui aristomachi: qui deodei: qui nili

Qui grecor. in transitu thermo-
 philaz. xersem opperiebant.

Leonides lacedemonius grecor.
 contra xersem imperator: et
 q; memoratu digna gessit: eiusq;
 ab hercule origo.

qui herculis filius fuit adeptus ex inopinato regnum. Nam cum duo
 forent ei fratres natu maiores cleomenes et Dorieus, aberat a cura regni
 adipiscendi. Verum cleomene sine virili sobole defuncto & dorico iam iam
 non superstiti, sed et ipso in sicilia uita fundito, ita regnum ad leonide
 peruenit: qui cleombroto maior natu erat. Is enim nouissimus fuit ana-
 xandride liberorum. habebat in matrimonio cleomenis filiam: qui
 dum se ad thermophylas contulit, delegerat trecentos e prunoribus uiros
 et quibus filii erant: assumpseratque eos thebanos: quorum de numero feci
 mentionem: quorum dux erat leontiades eurimachi. Hac de causa leo-
 nides dedit operam: ut grecos sumeret solos: quod eos maxime insimula-
 bat: quia cum medis sentirent. Euocabat igitur eos ad bellum sciendi
 cupidus an una mitterent auxilia an ex professo adimerent grecie so-
 cietatem. Sed illi aliud sentientes tantum auxilia miserunt. Eorum qui
 cum leonida fuerunt primos miserunt spartiate: ut his inspectis alii socii
 in militiam proficiscerent: neue cum medis sentirent si eos superare
 audirent. Ipsi autem celebratis carnis. Hec enim sacra morabantur
 eos, relictis spartiate custodibus erant cum omni copia illuc celerrime
 ituri auxilio. Reliqui etiam socii ad id agendum itidem animati. Nam
 tempus olympiadis in hec inciderat haud suspicati tam cito apud ther-
 mophylas bello decernendum percussores miserant. Ita isti sibi facien-
 dum statuerant. At hi greci qui apud thermophylas: ubi ad ingressum
 persa aduentabat metu perculsi de decendo consultabant. Ceteri pe-
 loponneses censebant faciendum: ut reuersi in peloponnesum isthmi cu-
 stodiam agerent. Hinc sententiae cum insensu essent phocenses & locri
 Leonides suadebat illic perstandum: et nuntios ad accersendas subsidio
 ciuitates dimittendos tamquam se paucioribus quam ut medorum exercitum arcerent.
 Hec istis consultantibus xerses equitem quendam ad specularandum quot il-
 li essent et quid agerent mittit. Audierat enim iam tum cum in thessa-
 lia esset eo loci contrariam esse exiguum copiam: eiusque duces esse la-
 cedemonios atque leonidam e genere herculis. Eques ubi ad stationem
 grecorum contemplatur aspicitque non ille quidem omnes milites. Nam
 eos qui intra murum quem excitauerant excubabant intueri nequi-
 bat: sed eos qui extra murum agebant. Erat autem eo tempore exterius
 manendi in statione lacedemoniorum uices eos animaduertit partim se-
 ludo gymnastico exercentes partim communia petentes. Hec cum
 admiratione intuitus eorum numero ac ceteris omnibus plane cognitis p

ocium sese recipit. Nemo enim illorum insequatur: sed hominem magno contemptui habebant. Regressus ad xersem cuncta quae inspexerat refert. Qui xerses audiens non poterat coniectare quidnam molirentur tanquam quoad possent perituri pariter & hostem perditum iri. Sed cum ridiculam sibi rem facere uiderentur accersit ad se demaratum aristotem: qui in exercitu erat: quem ut uenit interrogauit horum singula cupiens nosse: quid a lacedemoniis ageretur. Et ille audisti inquit iam ante ne dum aduersus greciam proficisceremur de his uiris et cum audis ses loquentem hec quae euentura praeuidebam derisui habuisti. Quamquam mihi summum discrimen est aduersus te rex ueritatem tuenti: audias tamen nunc quoque ueritatem. Hi uiri ad nobiscum pugnandum de ingressu uenere atque hoc apparent. Nam ita sese apud eos habet consuetudo: quotiens adire animae periculum debent tunc capita comunt: quod scies si hos et qui sparte mansere subegeris. Nulla hominum alia quae contra te rex audeat tollere manus. Et enim nunc aduersus regnum inter greca pulcherrimum ac uiros prestantissimos tendis xerse quod ei admodum incredibilia uiderentur quae dicebantur interrogante quo pacto tantulae copiae cum suis pugnature essent. Rursus inquit pro uano me ducas nisi hoc tibi ita ut ego aio usu uenerit. Hec dicens tamen xersi non persuasit. I taque quatrimum xerses superedit: ratus eos illinc fugam esse facturos. Quinto die cum putaret impudentiam eorum atque temeritatem esse in permanendo ita percitus Medos in eos ac cissios mittit imperans ut illos caperent uiuos et in conspectum suum adducerent. Medi ubi facto impetu in grecos impressionem fecerunt multi cadebant aliisque superuenientibus nihil tamen promouebant et si uehementer ingruiebant palam faciens cum aliis omnibus tum uero ipsi regi se multos quidem homines esse paucos uiros. Fuit hic pugnae congressus interdiu. Post ubi medi se egre tuebantur: tum uero ipsi seduxere persequi subeuntes excepere ii quos immortales rex appellabat: quorum dux erat hyrcanes tanquam facile hostem profligaturi: ubi et ii cum grecis egressi nihilominus quam medi proficiebant sed eodem modo pugnabant utpote longioribus hastis quam greci utentes et in locis angustis ubi nullus multitudinis erat usus ibi lacedemonii dignam memoratu pugnam edebant cum aliis in rebus ostendentes se perite inter imperitos pugnare: tum uero quod quotiens terga uertebant confecti fugiebant: quos barbari dum fugientes cenerent cum uociferatione et crepitu ingruiebant. At greci rursus se conuertentes aduersis pe-

Prelum medoꝝ cum
Leonide lacedemonio.

etoribus eos excipiebant et quibus innumera multitudine prosternebant. Aliquot tamen illic ex ipsis spartiatibus occubuerunt. Perse posteaque cateruatim et uniuersis copiis iter occupare conati nihil tamen promouebant iterum sese receperunt. Fertur xerses cum ad spectaculum adesset in ipso congressu pugnandi ter ex solio resiliisse: quod uidelicet exercitui suo timeret.

Postero die barbari nihilo minus preliati sunt. Nam sperantes fore: ut illi qui pauci essent & sauci nequirent manus leuare ad pugnandum. Cum conflixissent eos greci excepere instructis ordinibus et in suo quique loco ac per nationes digesti preter phocenses qui in monte ad iter obsidendum locati erant. Perse ubi nihil aliud quam pridie agendum uident abscedunt.

Ibi regem ancipitem quodnam in re presenti consilium capesseret epialtes erydemi adiit tanquam magna aliqua re ab illo remunerandus: indicauitque ei tramitem: qui per montem ad thermophylas ferebat. Quo facto rem eorum grecorum qui illic erant euertit. Is postea lacedemoniorum metu in thessaliam profugit: cuius profugi pylagore amphictiones apud pyleam congregati caput pecunia liniati sunt: qui interiecto deinde tempore ab athenade uiro Trichino antichure. Nam illuc interemptus est: quem etsi ob aliam causam quam ego in sequentibus reddam athenades hic interemisset nihilominus ab lacedemoniis primo affectus est. Hunc in modum epiales postea interiit. Est et alia que fertur fama: onetem phanagore uirum caristium et corydalum antycirensem fuisse: qui ea dixerant et circum montem persas deduxisse: quod apud me prorsus fide caret. Hinc licet coniectemus primum quod grecorum phylagore non onete & carylladali. Sed epialte trachini pecunia caput licitati sunt: quod scilicet cum compertissimum haberent deinde quod ephialtem ob hanc causam scimus se fuga proripuisse. Postremo quod onetes: qui non erat meliensis ita demum tramitem nouisset illum: si in ea regione permultum diuersatus fuisset adeoque epialte culpam ascribo: quod persas per montem circūduxit & ad tramitem perduxit. Xerses ea que ephialtes confecturus spondebat probans ac maiorem in modum letus sine mora hydardanem cum his quibus preerat misit copias. Ille circa lucernarum incensionem id est crepusculum e castris profectus est et tramitem ingressus melienses inuestigauerunt eoque inuestigato tessalos deduxere aduersus phocenses intersepto muro transitu ad arcendum bellum in prelio erant. Extrinsecus nihil admodum preceptus transitus erat: cum nihil utilius esset meliensibus. Etenim sic se habet ille callis ab asopo fluuiio:

qui per montis meat anfractum incipit: cui monti ac uie idem nomen
 inditum anapea. Hec anapea per dorsum montis extenta desinit iuxta
 alperum urbem: que prima est in locridibus melienses uersus ac iuxta
 lapidem nomine lampigon idest nigrum fontem ac iuxta cecropon he-
 dras hoc est malitiosorum sedes: ubi angustissimus collis est. Hac uia ita
 se habente perse asopum transmittentes iter rota fecerunt a dextra oe-
 teos montes a sinistra terram trachinorum habentes ac sub exortum auro-
 re in cacumen montis euaserunt: Quo in loco sicut a me superius osten-
 sum est mille phocensium excubabat tum ad suam terram tum ad uia
 tutandam. Nam transitus inferior a quibus dictum custodiebatur: quod
 eam per montem uiam ultro ab Leonide acceptam possidebant: qui hoc
 modo persas ascendisse animaduenterunt. Cum eos illi toto monte con-
 scendendo propter frequentiam quercuum latuissent tamen multo stre-
 pitu ut res postulat frondium subter pedes constataz erat enim celi
 tranquillitas phocenses recurrerunt et dum sibi arma induunt conse-
 stum barbari affuerunt qui circumdati uiros sibi arma circumdantes
 obstupere: Quippe qui ut in exercitum asseueratum fuerat neminem
 sibi sperabant occursum. Ibi hyrdanes perterritus ne phocenses la-
 cedemoni forent epialiem percontatus est quisnam ille esset exercitus.
 Mox certior factus rei persas tanquam in aciem instruxit: quorum missilibus mul-
 tis crebrisque phocenses cum ferirentur fugam fecerunt in uerticem mo-
 tis gnari aduersum se ab initio illos uenisse et se preparabant tanquam per-
 dita. Ista isti sentiebant. Verum eis sprete hi qui circa epialtem & hyr-
 danem erant: perse rapidi de monte descenderunt. At uis grecis qui apud
 thermophylas erant primum uates megistas eis inspectis indicauit mor-
 tem illis pariter & sibi impendere. Deinde transfuge notum fecere per-
 sas montem circuire: sed adhuc per noctis tempus. Tertio loco significa-
 uere speculatores diurni: qui a uerticibus montis decurrerunt iam die
 illucescente. Hic inter se consultantes greci sententias disceptabant. Alii
 enim stationem non deserendam suadebant alii id dissuadentes conten-
 debant. Ita dissidentium partum abscedunt dilapsi in suam quisque se re-
 ciunt. Partim qui cum Leonide erant ad illic perstandum se accingunt.
 Fertur autem ipse Leonides eos qui abscessere dimississe de illorum uita
 sollicitus: Se uero ac spartiatas qui adessent non facturos e sua dignitate
 si stationem desererent ad quam uitandam ab initio uenissent. Ceterum
 ego magis illi opinioni accedo Leonidem postea quam animaduertit socios

ignauos et inuitos esse ad periculum subeundum ueniam eis abeundi dedisse. Sibi uero discedere inhonestum putasse. Permanenti autem illic magnam gloriam futuram et sparte nunquam defuturam foelicitatem sperasse. Siquidem iam inde ab initio moti belli spartiatum a pythia reditum erat oraculum fore ut aut sparta euerteretur a barbaris aut rex occumberet. Quod oraculum hexametris illa uersibus reddidit in hec uerba. Vobis ampliuaque colitis qui moenia sparte. Aut urbs clara dabit persa uictore ruinam: Aut si hoc non erit oriundus ab hercule quidam flebitur extinctus rex in lacedemonis ora. Nam neque tauroque nec uim feret ille leonum. Sed iouis aut cuius reor haud tolerabile robur. Alterutrum donec passim discerpserit herum. Hec reputantem Leonidem cupidumque glorie comparande crediderim solum esse spartiatum remisisse socios potius quam illos qui abierunt in sententiam dissidentes tam deformat abuisse: cuius rei non minimo id mihi testimonio est uatem magistram huius expeditionis comitem: qui ferebant acharnas fuisse & a melampade oriundus prelocutum ex extis ea que erant euentura: eundemque cum propalam a Leonide dimitteret ne secum periret tamen abscedere noluisse filium modo qui ei eunuchus erat una militantem missum fecisset. Ita socii quos Leonides remittebat ei obtemperantes abire. Thespienses autem thebani perstitere cum lacedemoniis. Thebani quidem inuiti ac nolentes: quippe quos Leonides loco obsidum detinebat. Thespienses uero libentissimi qui negauerunt se Leonida et qui cum eo erant desertis abscessuros permanentesque una cum illo occubuerunt: quorum dux erat demophilus diadromei. Xerxes sub ortum solis libaminibus factis tantisper moratus dum tempus esset: quo solem solet maxime frequens esse hominibus e castris mouit. Et enim ab epialta erat mandatum. Nam descensus a monte compendiarum magis ac breuioris multo spatii quam circuitus montis atque ascensus. Barbari qui circa xersem erant ad Leonidam & ad grecos qui cum eo erant accesserunt et isti iam multo magis quam a principio fecerant progressi sunt ad fauces introitus laxiores. Nam munitiones muri eos tutabantur et cum superioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicassent tunc extra angustias facto concursu permulti barbarorum cadebant. Nam duces a tergo sui agminis uerberibus que gestabant unumquemque cedebat assidue ad procedendum exhortantes. Multi eorum in mare decedentes absumebantur multo plures inuicem proculcabantur uiui: cum nulla

Oraculum pythie fore ut
aut sparta euerteret a barbaris
aut rex occumberet.

pereundi ratio haberetur: cumq[ue] scirent impendere sibi necem ab his q[ui] montem circūrent: quod roboris habebant: id omne in barbaros ostendebant ingruentes ac sese intrudentes: Quorum plerisq[ue] cum iam lancee diffractę essent nonnulli gladiis persas obtruncarunt: Tunc Leonidas in hoc labore cecidit: nauata strenuissime opera et cum eo alii insignes spartani: quorum ego tanq[ua]m strenuissimorum uiroꝝ nomina audiui et quidem trecentorum. Omnium persarum quoq[ue] illic cum multi alii tam celebres q[uam] incelebres: tum uero duo darii filii abrocomes & hyperantes: quos Darius ex phratagima xarnis filia tulerat. Atarnes autem darii regis erat frater: Histaspisq[ue] asamei filius: qui cum dario filiam nuptum daret: omnem insuper ei domum tradidit: ut qui esset unice pater.

Hi duo xerxis fratres super cadauer Leonide pugnantes occubuerunt adeo uehementi persar[um] lacedemoniorumq[ue] conflictu: ut greci ter hostibus i fugam uersis cadauer Leonide uirtute subtraxerunt et eo usq[ue] perstiterit: dum ii qui epialte erant affuere. Nam angustias uis sese recipere et introgressi murum tumulum quendam occupantes addensati insedere cuncti per thebanos. Est autem tumulus in ingressu: ubi nunc super Leonidem stat lapideus leo. Hoc in loco defensantibus sese gladiis: qui adhuc eis supererant barbari circūfunduntur et manibus et uocibus incessentes: alii ex aduerso ingruentes & munitionem muri subruentes: alii undiq[ue] circūuenientes circumstantesq[ue] lacedemoniorum atq[ue] thespiensiu[m] cum tales extiterint: prestantissimus extitisse fertur Dioneces spartanus: quem anteq[uam] cum medis confligeretur hoc dixisse aiunt: cum a quodam trachinio audisset barbaros pre multitudine sagittarum quas mitterent: solem obducere et sub umbra cum illis non in sole pugnatuꝝ. hec et alia huiusmodi dicta memoratu digna aiunt dienecem reliquisse. Secundum hunc e lacedemoniis duo fratres prestantissimi feruntur fuisse Alpheus et macro orisiphanto geniti e thespiensibus Dytirambus harmatidei. His eo loci ubi ceciderunt sepultis et his qui prius q[uam] socia Leonide remissi sunt occubuerant epigrammata his uersibus inscripta sunt. Terdeciescentum hic certarunt milibus olim E peloponneso his modo mille uiri. Et uniuersis superscripta sunt illa peculiariter spartiat[is]. Nos lacedemoniis refer hic peregrine iacentes Exhibito illorum uocibus obsequio. Hoc epigramma istriptum lacedemoniis illud uati. Nobilis hoc bustum est: medi occide megiste Sperchon ad fluuium non sed inultus obit. Qui uates obitum quanq[ue] presciret adesse Sparte haud sustinuit deseruisse uiros. Qui hos

epigrammatis & cyppis exornauerunt amphitiones fuere: præter epigramma uatis megiste: qđ Simonides leoprepis filius propter hominis familiaritatem inscripsit. Ex his trecentis duo eritus aristodemus feruntur ob extremam lippitudinem e castris a leonida remissis & in alpenis decubuisse: et communicato inter se consilio cumliceret aut salutem sibi parere spartam uersus aut si reuerti recusarent una cum aliis occumbere in neutro horum quæ licebat eis inter se conuenisse: se cum sententijs discreparent: Aristodemus quidem præ ignauia remansisse. Eritus uero audita persarum circuitione petiisse arma: seq̃ eis indutum iussisse seruum: ut ad pugnantem deduceret: ille ubi deduxit fugæ se mandauisse. hic datu impeti in agmen occubuisse. Qđ si uel aristodemus solus redire spartam neglexisset aut si ambo reduces fuissent uiderentur mihi spartiate nullam his poenam irrogatam fuisse. Hunc altero extincto in hunc qui habens eam occumbendi occasionem: tñ occumbere noluerit tamen necessario debuisse magnopere irasci. Quidam hunc in modum et ob hanc causam sospitem rediisse aiunt. Alii cum cum exercitu pro nuntio mitteretur et posset pugne quæ fiebat adesse tamen recusasse: sed moratum in uia fuisse superstitem sociumq̃ eius qui una mittebatur in pugnam profectum oppetisse. Aristodemus lacedæmonem regressus probro et ignominia notatus est: qđ cum nemo neq̃ igni neq̃ alloquio unpertuit ignominia qđ aristodemus fugax est appellatus. Verū hic omnem sibi obiectā culpam in pugna apud plateas gesta deleuit. Fertur item alius ex iisdem trecentis superfuisset in thessaliam pro nuntio missus: cui nomen erat panitæ. Sed spartam reuersus cum opprobrio esset sese strangulasse. Thebani quorum erat leontides ui retenti aduersus regis copias tamen a partibus grecorum e quibus erant dimicauerunt. At ubi res persarum superesse animaduenerunt: ibi a grecis qui cum leonida fuerant ad tumultum ire properantibus se dissociantes manus ad barbaros protenderunt ad eosq̃ propius accesserunt referentes qđ uerissimum erat sese cum medis sensisse terramq̃ & aquam regi inter primos dedisse ac ui coactos ad thermophylas uenisse & a culpa illata abesse. Hec regi allegantes: quorū etiam thessalos testes habebant seruati sunt non tamen usq̃ quaq̃ fortunatis. Nam barbari qui eos cepere aliquot ut accedebant obtruncauerunt pluribus iussu xersis regias notas miserunt a duce leonida exorsi: cuius filium erumachum postea plateenses quadringentorū thebanorum ducē qđ urbem eorum occupasset interimere. Hunc quidem in modum gre

ei ad Thermophylas dimicauerunt. Xerxes autem accersitum demaratum
 interrogauit hinc orsus. Demarate uirum te bonum esse indicio uerita-
 tis experior. Que enim dixisti ea omnia perinde euenire. Nunc hoc mi-
 hi pandito quoniam sunt lacedemonii ceteri quot uel eorum tales in re
 bellica an uniuersi. Cui demaratus Multitudo inquit rex lacedemoni-
 orum omnium magna est et ciuitates multe. Quot autem discere uis a
 me scies. Est in lacedemone urbs sparta octo milium ferme uiro-
 rum qui omnes uis qui pugnauere sunt similes. Ceteri quidem lacedemonii
 non illis quidem similes sed tamen uiri sunt strenui. Ad hunc xerxes Dema-
 rate inquit agetum expone quo pacto hos uiros minima cum difficulta-
 te. Tu namque calles quo tendunt eorum consilia utpote quorum fuisti.
 Cui demaratus cum tu inquit rex me libenter consulas equum est me ti-
 bi quod optimum est exponere. Id quod uis hoc pacto fiet si trecentas na-
 ues cum suis propugnatoribus in oram lacedemonem mittas. Adiacet illi
 insula nomine cythera quam obtui mari quod extare conducibilius esse
 chilon aiebat: ut apud nos sapientissimus uidelicet expectans aliquid
 tale futurum: quale nunc ego expono non ille quidem classem preui-
 dens sed quancumque similiter extimescens. Ex hac igitur insula profici-
 scentes tui lacedemones territent. Ita illi domestico occupati bello neque
 tibi erunt infesti neque ceteri grecie cum atuis pedestribus copiis expu-
 gnabuntur auxilia ferrent. Subacta tota grecia laconici per se reddent
 inualidi: quod nisi feceris hoc fore expecta. Est peloponnesi artus isthmus:
 quo in loco peloponnesibus omnibus coactis alia tibi prelia superiori-
 bus atrociora futura prospicio. At si illud feceris et isthmus hic citra
 prelium & ceteras ciuitates ultro tibi se dedent. Post hunc athemenes xer-
 sis frater classis prefectus cum ei colloquio interesset ueritus ne xerxes
 ad id agendum induceretur. Animaduerto inquit te rex uerba admit-
 tere uiri: qui tibi prospere agenti inuidet aut etiam res tuas prodit. His
 enim moribus greci uti gaudent: ut & fortunato inuideant et meliorem
 oderint. Quod si e presenti certamine conditione cum naues quadrin-
 gente naufragium fecerint trecentas alias e cetera classe miseris ad ob-
 eundam peloponnesum profecto fient nobis aduersarii pares ad certan-
 dum. At si conuincta classis fuerit inexpugnabilis reddetur: et ante
 omnia nobis illi impares erunt. simulque omnis exercitus nauticus et ter-
 restri et inuicem terrestre nautico una faciens iter erit auxilio. Quod
 si distraxeris nec tu illis usui eris neque illi tibi. Tu uero tua ipsius bene

constitueris si aduersariorum res apud te non agitaueris. hic illi bellū
sistent. hec agent tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibi ipsis prospici-
endum sufficiunt et nos itidem ad prospiciendum nobis. Quod si lacede-
monii aduersus persas in pugnam ibunt impendentem sibi cladem haud
quaquam deuitabunt. Ad hec subiiciens xerses Recte inquit achemenes mi-
hi uideris dicere quod & faciam. Demaratus quod optimum ille quidem
mibi sperat esse id suadet. Eius tamen sententia a tua separatur. Neque uero
illud admitto cum nolle meis rebus bene consultum: ut ex his quae antea
ab hoc dicta sunt et ex ipsa re coniecto. Quoniam ciuis quidem: cui secu-
dis rebus praedito inuidet eumque male odit: cum tamen patrio solo nihil
eodem consultante quod optimum sibi uidet suadet nihil procul abfue-
rit a uirtute quales pauci sunt. Hospes autem hospiti prospera fortuna
utenti omnium est beniuolentissimus eique consultanti optime consulit.
Quapropter ab insectatione: qua in demaratum uteris hospitem meum post
hac te abstinere iubeo. Hec xerses locutus inter cesos transiit: ubi erat
Leonides: quem cum audiuisset lacedemoniorum regem eundemque ducem
esse iussit absciso capite in crucem tolli ut mihi tum multis aliis indicis:
tum hoc praecipue manifestum sit regem xerses maxime omnium excan-
duisse in leonida uiuenti. Nam alio qui nunquam in defectum hoc genere de-
liquisset cum ex omnibus quos ego noui hominibus perse soleant uiros
in re militari praestantes honore afficere. Illi quibus imperatum erat
id executi sunt. Redeo ad eam narrationem: unde mihi discessum est:
Lacedemonii primi regem aduersus greciam tendere acceperunt: atque
ita delphos ad oraculum miserunt. Vbi responsum id est redditum: cui
paulo ante meminimus acceperunt autem mirum in modum. Demaratus
aristonis qui profugit ad medos non ille quidem lacedemonius beniuolus
ut ego arbitror & ratio dicat: tamen hoc fecit siue in hoc bene consultum
uellet illis ut coniectare licet siue quid consuleret. Nam postea xerses
statuit aduersus greciam sumere expeditionem. Id demaratus qui suscipis
erat cum accepisset censuit grecis esse indicandum. Sed cum aliter ne-
quiret: quippe periculosum erat ne deprehenderent hanc rem comen-
tus est. Sumptis duarum tabellarum pugillaribus ceram illinc eradit.
Deinde in eodem consilium regis exarat: quod litteris exaratum rursus
cera inducit nequid negotii apud uiarum custodes exhiberent pugilla-
res qui ferrentur: Qui ubi lacedemonem allati sunt non poterant eos la-
cedemonii interpretari antequam ut ego accipio cleomenis filia eademque le-

Demaratus quomodo bellum
xersis lacedemoniis si-
gnificauit:~

onide uxor gorgo illos admonuit ipsam rem interpretata iubens ceram
effingi Fore enim ut litteras in ligno reperirent. Ita ei auscultantes Lace-
demonii litteras repertas relegerunt: easque deinde ad grecos demiserunt.
Atque hec quidem ita gesta dicuntur esse: ~

HERODOTI ALI CARNASE ILIBER
SEPTIMVS FINIT INCIPIT OCTAVVS

His nauium grecorum quod xerse:
et quod naues singule ciuitates
quod xerse conuenerat prebuerunt.

ATQUE HEC QUIDEM ITA GESTA
dicuntur esse. Greci autem quibus res clas-
saria delegata erat hi fuere Athenienses
qui naues centum uiginti septem prebuere
iunctis sibi plateensibus: qui etsi rei nautice
inexpertum tamen strenue alacriterque pro se il-
lorum naues armauerant: Corinthii qui attu-
lere quadraginta: Megareses qui uiginti:
Calchidenses totidem sibi ab atheniensibus
prebitas armauerunt. Eginete unde uiginti. Sycionii duodecim. Lacedemo-
nii decem. Epidauri octo. Erechtrienses septem. Troezeni quinque. Styrienses
duas. Cui totidem cum totidem pentecoteris idest nauibus quinquagenam
remorum: quibus auxiliares erant locri: Opuntii cum septem pentecoteris.
Hec naues ad atheniensium in statione erant: quarum quot quique attulerunt
mihi dictum est: Vniuersarum uero preter pentecoteris ad arthemisiu
coactarum nullus fuit ducentarum sexaginta unius. His ducem penes que
summa imperii esset spartiate prebuerunt erubiadem euruclydis. Nam so-
cii negauerunt se nisi lacon esset imperator secuturos esse athenienses du-
dores sed exercitum qui futurus erat soluturos. Etenim iam ab initio an-
tequam in siciliam ad societatem ineundam mitteretur agitata sermonibus
erat tanquam expediret rem nauticam atheniensibus permittere. Ceteri recusa-
tibus sociis athenienses cessere: quod magnifacerent greciam superesse: quam
intelligebant esse perituram: si de principatu contenderent recte sentientes.
Nam intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur: quam
to bellum deterius est pace. Hoc itaque ipsum intelligentes non repugnan-

dum putauerunt sed tantisper concedendum quod magnopere illis indigebatur quemadmodum constituerunt. Siquidem posteaq̃ expulso persa iam de illius terra dimicabant superbiam pausamq̃ causati lacedaemones ducatu abdicauerunt. Verum posterius gesta sunt. Tunc autē qui ad arthemisium se contulerant ubi uiderunt et multum nauium ad aphetas esse contractum et omnia plena exercitu hostili percussi metu: qđ preter opinionem suam et expectationem res barbarorum successisse consultabant de facienda fuga ex arthemisio interiorē in grēciam. Quorum consultatione cognita euboi obsecrabant erubiadem: ut aliquantulum temporis prestolaretur usq̃ dum ipsi liberos atq̃ domesticos subducerent. Vbi non persuadent ad ducem atheniensium transgressi paciscuntur cum eo triginta talentis: ut tam diu ante euboiā p̃staret donec pugna nauali decerneretur. Themistocles hac ratione grēcos detinuit. Euboiā ex hac tanq̃ ex sua ipsius pecunia quinq̃ talentis impertit. Hoc persuaso adunantem ocyri corinthiorum ducem: qui solus reluctabatur negans se permansurū sed ab arthemisio profecturum ita allocutus iureiurando interposito. Tu uero haudquaq̃ non deseres: quem maioribus donabo muneribus q̃ quę rex medorum tibi mitteret socios deserenti. Hec locutus statim ad nauem adunanti tria misit argenti talenta. Istis pecunia corruptis tum eubois gratificatus est themistocles: tum reliquum pecunie qđ accepit lucrescit: quam eum interuertisse ideo latuit illos qui acceperant: qđ putabant ab atheniensibus ad hoc ipsum profectam esse. Ita in euboiā perstiterē ac prelium nauale fecerē: qđ ita gestum est. Barbari cum ad aphetas circa diluculum uenissent: cumq̃ id qđ etiam ante audierant cernerent: pauca gręcorum naues ad arthemisium stationem habere libidine tenebantur aggrediendi: si forte eos interciperent. Ceterę ex aduerso inuadendum nō uidebatur ne se conspectis obuiam tendentibus gręci fugam capesserent noxq̃ fugientes interciperēt. Ceterę ex aduerso inuadendum nō uidebatur ne se conspectis obuiam tendentibus gręci fugam capesserent: noxq̃ fugientes interciperet. Sed euenire oportebat: ut hi effugerent & illoꝝ insidiantium ne sacrificolus quidem euaderet. Igitur ad hanc rē transigendam hoc sunt machinati ducentes ex omnibus nauibus delectas extra scaethum iuxta capharea et egerestum ad eurypum: ne circuentes euboiā ab hoste cernerentur. Sed cum circūuenirent ducentis quidem nauibus: quę hac irent uia: quę retroferebat obsequentibus: reliqua uero classe ex aduerso ingruente. Hoc capto consilio quas constituerant naues

De Themistocle atheniensiu
duce in bello nauali.

De Scyllia siconio.

miserunt non habentes in animo ipsi eadē die grecos adoriri: nec prius
 q̄ signum qđ conuenerat cum his qui circumuehebantur ab illis ede-
 ret iam de suo aduentu. His circummissis nauibus reliquarū ad aphe-
 tas numerum inibant: in quibus recensendis dum occupati sunt Scyl-
 las quidam sicyonius qui nū in castris erat omnium ea tempestate
 hominum optimus urinator: qui etiam naufragio ad pelium facto
 multam pecuniam persis seruauit multam & sibi lucratus est. Hic scyl-
 las iam pridem in animo habebat ad grecos transire. Sed cum ad eam
 diem non fuisset nactus occasionem: tunc ad eos transfugit. Sed incer-
 tum quonam modo illinc transierit. Demiror tamen si uerū est quod
 refertur. Refertur enim cum ex apheis mare subisset non prius exti-
 tisse q̄ ad artemisium peruenit octingenta ferme maris stadia emensus.
 De hoc uiro & alia memorantur partim mendacis similia partim uera:
 De quo mihi ea probatur opinio eum nauigio ad arthemisium peruenisse.
 I ubi eo peruenit grecos certiores fecit et naufragii facti & nauium ad
 circuendam euboiam dimissarū. Hoc illi audito inter se collocuti sunt.
 Et cum multe essent sententię dide: illa euicit ut illum diem illinc ma-
 nerent & in statione p̄staretur. Dehinc media nocte soluentes profici-
 scerent et classi hostium quę circūageretur occurrerent. Posthęc ubi
 nemo se ex aduerso fert obseruato diei crepusculo ipsi feruntur in barba-
 ros animo experiendę fortune tum in pugnando tum in perumpendo:
 Quos xersiani milites ducesq̄ paratis cum nauibus uenientes in se con-
 spicati magnęq̄ hoc illis dementię dantes et ipsi naues educunt fa-
 cile sperantes a se illos in interceptum: merito sane sperantes qđ uide-
 rent paucas esse grecorum naues: suas uero multo plures atq̄ meliores.
 I taq̄ p̄contemptu illos in medio concludunt. E ionibus tamen qui
 cunq̄ grecis bene uolebant magnę calamitatis ducentes qđ uiderent
 circumuenire illos: quorum neminem animaduenterent redituri. Adeo
 eis infirma res grecorum esse uidebatur. At hi ionēs quibus id quod
 fiebat uoluptati erat pro se quisq̄ annitebatur: ut ipse primus aliqua
 nauis atheniensium capta donum ab rege acciperet. Nam apud exerci-
 tum plurimus erat per hos de atheniensibus sermo atq̄ respectus. Greci
 ubi eis signum datum est primum conuersis in barbaros proris puppes in
 medium coegerunt. Deinde secundo signo dato opus capessunt quanq̄
 in exiguo spatio deprehensi et a fronte. Mox triginta barbarorum naues
 excipiunt: in quibus & phidaonem cheris filium Gorgi salaminorum re-

Bellum nauale grecorū
 cum persis.

gis germanum: et in eo exercitu uirum eximium. Grecorum autem primus nauem accepit uir atheniensis Lycomedes Aeseri: idemque ei palmam rei bene geste retulit. In hac pugna cum inuicem nunc hi nunc illi superiores essent: interuentu noctis dirempti sunt. Et greci quidem ad arthemisium reiecti: barbari uero ad aphetas: multo maius opinione sua certamen experti. In hoc prelio solus est grecis qui cum rege erant Antidorus lemni ad grecos transfugit: quem athenienses ob eam rem tractu soli in salamine donarunt. Vbi nox affuit (Erat autem anni tempus medicastatis: imensa uis aquarum extitit per totam noctem: et dira tonitrua a pelio: cadauera quoque naufragia ad aphetas efferebantur: circaque nauium proras excipiebantur: et remorum palmulas perturbabant: milites metu consternebantur: credentes sese utique perituros: ut qui in tantorum malorum deuenissent. Quippe quos ante quam respirassent est naufragio et tempestate: quae ad pelion extiterat excepisset: atrox pugna naualis: ex pugna nauali uehemens imber: et ualidi aquarum in mare decursus ac dira tonitrua: et istis quidem huiusmodi nox contigit. At illis quibus negotium datum erat: ut euboiam circumirent: quamquam eadem nox: tamen multo atrocior extitit: tanto quidem: quanto maius est: quod eos dum in pelago ferrentur: inuasit: et tristis exitus fuit. Ut enim eos cursum tenentes tempestas ac pluuia adorta est: cum essent ad concava euboiae ac flatu ferrentur: ignari: qua afferrentur ad petras impingebantur. Et id omne a deo fiebat: quo graecae classis par redderetur ad nauium quod supererat: nec multo plus foret. Atque hi quidem circa euboiae concava periire. Barbari uero qui apud aphetas erant: ubi ipsis libentibus dies illuxit: naues suas stabilierunt: satis habentes: cum male rem gessissent: quietem agere in praesens. At grecis auxilio tres & quinquaginta naues superuenere: quae suo aduentu illis tum animum addiderunt: tum nuntium attulerunt eos barbaros qui euboiam circumuehebantur tempestate illa quae extiterat: cunctos interisse. Itaque greci eadem qua pridie obseruata hora prouecti naues cilicum inuasere: quas ubi corrupere et nox aduenit: iterum se ad arthemisium receperunt. Tertio die barbarorum duces tum indigne ferentes a tantula se classe uexari: tum a xerse supplicium metuentes non expectandum sibi amplius censuerunt: ut greci priores pugnam capesserent. Sed instructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem: ut per hos eodem die & haec naualia prelia et illa in thermopylis terrestria gerebantur. Erat autem omne certamen his mari de euripo: quemadmodum illis qui

Aliud nauale prelium.

cum leonida erant de transitu arcendo. Greci sese quidem ad horbantur: ne barbaros intrare greciam sinerent. Barbari uero ut grecorum copis profligatis transitu potirentur. Procedente xersianorum classe in aciem ordinata cum grecis apud arthemisium immotos tenerent: cum eos barbari ut comprehenderent lunata classe circundabant. Ibi greci ex aduerso prodeuntes confligere: qua in pugna pari Marte pugnatum est. Nam xersiana classis pre magnitudine et copia ipsa in se incidebat. Indigna enim res uidebatur a paucis nauibus in fugam conuerti. Itaque multe grecorum naues & uirisanos inter milites optimam egypti nauauerunt operam cum magnis aliis editis operibus tum hoc quod quinq. grecas naues cum ipsis propugnatoribus ceperunt. E grecis eo die prestantissimi extitere athenienses et inter athenienses climas alcibiadis filius: qui domestico sumptu ac propria naui cum ducentis uiris militabat. Vbi libenter utriusque in diuersum abierunt ad suas stationes sese receperunt. Greci dirempto prelio reuerti et si corporum corporibus ac naufragiis potiti erant: tamen quod male affecti essent precipue atheniensium quorum dimidium nauium uulneratum erat de fugiendo in ulteriora grecie deliberauerunt. Themistocles reputans si ab amicitia barbari iones & cares abduceret fieri posse ut reliquos superarent. Dum euboia pecora ad mare propellunt: illuc duces contraxit: eisque dixit astutiam quandam habere qua speraret optimos quosque sociorum ab rege abductum in. ^H actenus rem enudauit: addiditque ad eam transigenda hoc ab illis agendum esse: ut euboicorum pecorum quantum uellet quisque mactaret. Satiis enim esse suorum copias illi potiri quam hostem ac monuit ut suis quisque popularibus precipere ut ignem accenderent: sibi autem de discessu sub tempus opportunum cure fore ut sine noxa abirent. Hoc illis approbatum cum esset accensis ignibus ad pecora itum est. Nam euboia contempto bacidis oraculo tanquam nihil dicente neque exportauerant quicquam neque importauerant uelut impendente eis bello res sibi quoque ipsis obscuras effecerat. Ita enim de his habebat oraculum bacidis. Dum iuga barbaricus canabacea iactat in equos: Euboia capre merentes fac procul absint. His uersibus cum nihil illi niteretur tametsi mala tum aderant tum impendebant fiebat ut in plerisque aduersa fortuna uteretur. Dum hec isti agebant aduenit ex trachine speculator. Nam ut erat apud arthemisium speculator polyas genere antichirensis: cui datum erat negocium cum expedito nauigio actuario: ut renuntiaret ut qui apud thermophylas erant an classis discessisset ita abronicius ibysidis atheniensis apud leonidam paratus cum lembo ad nuntiandum in

qui ad arthemisium agebant siquid noui pedestribus copus contigisset.
 Hic igitur abronichus adueniens indicauit ea quę circa Leonidam et eius exer-
 citum gesta erant. Qua isti re audita non iam sibi differendum ab initio pu-
 tauerunt: sed ut quicquid locati erant abscesserunt primi corinthus postremi
 athenienses. Quorum atheniensium uelocissimis nauibus delectis themisto-
 cles ad aquas potabiles se conferens in lapidibus litteras incidebat: quas po-
 stero die ionas ad arthemisium uenientes legerunt in hæc uerba. Viri ionas
 haud iuste facitis militantes aduersus patres & greciam redigentes in ser-
 uitutem. Sed quod precipuum fuerit state a nobis. Sin hoc possibile non
 fuerit saltem nunc sitis in medio: quod et ipsi facite & ut ceteri faciant obse-
 crate. Quod si alterum neutrum agere licet et maiori necessitate estis obstri-
 cti quod ut possitis desciscere certe in re gerenda dum pugnam conserimus
 sponte agatis instrenue memores a nobis uos esse oriundos & inimicitiarum
 nobis cum barbaro principum a uobis extitisse. Nec Themistocles ut arbi-
 tror ancipiti consilio scripsit: ut si littere regem laterent ionas induceret
 ab rege ad se deficiendum. Sin ad eum deferrentur darenturque crimini in-
 fidos ei redderet ionas ut a preliis naualibus summouerentur. Postquam hæc
 Themistocles scripsit extemplo uir quidam histeus nauigio aduectus bar-
 baris nuntium attulit grecos ab arthemisio profugisse. Illi hominem quod
 fidem non haberent obseruari iussu naues ueloces ad rem explorandam
 miserunt: Qua per istos renuntiata ita simul atque refulsit sol omnis classis
 addensata ad arthemisium contendit: ubi ad meridiem usque immorata
 mox ad istheam processit. Eo appulsi urbe histeorum potiti sunt: et opti-
 mam portionem agri histei maritimos uicos omnes procurauerunt. Dum
 isti hoc loco agunt xerxes preparatis quę ad cesos pertinebant ad classia-
 rios mittit. Hęc autem preparauerat. Quicumque ex suo exercitu apud ther-
 mophylas cesi erant. Erant autem uiginti milia eorum mille ferme relictis
 ceteros depressa fossa humauit et ne classiario exercitu cerni possent eam
 humum exagitaui foliisque construxit. Porro ubi ad histheam peruenit fa-
 cto totius exercitus ceteri hæc dixit. Viri socii rex xerxes dat ueniam cuiusque
 libet relictis ordinibus ire uisum quemadmodum pugnatur cum amentibus
 hominibus: qui se superaturos sperauerunt copias regis. Hęc denuntiante
 preconem mox nihil infrequentius quam nauigia fuit. Ita multi uisere cupie-
 bant. Profecti eo non omnes lacedemonios esse ac thespenses credebant
 qui strati iacebant cum etiam seruos cernerent. Itaque res eos qui transire
 non latuit. Hoc xerxes circa suorum cadauera fecit rem profecto ridiculam.

mille iacentes extarent. Ceteri uero confecti eundem in locum quater
 mille comportati sitique essent. Atque hunc quidem in spectaculo consum-
 pserunt. Postero autem classarii histricam ad classem remeauerunt. Re-
 liqui qui cum xerxe erant iter ingressi sunt: ad quos pauci quidam ab
 archadia profuge uenerunt: victus inopes & operam suam prestare cupi-
 entes: qui in conspectum regis adducti interrogatique cum ab aliis persis-
 tum uero a quodam precipue de grecis quidnam illi agerent responde-
 runt eos agere olympia & spectare certamen gymnicum atque equestre.
 Rursus eodem percontante quodnam illis esset propositum propter quod cer-
 tarent oleaginam coronam inquit esse qua donarentur. Ibi Thretan-
 theomes arbani filius generosissimam dixit sententiam: quae apud regem
 protumida est habita. Audiens enim premium eis coronam esse non pe-
 cuniam silentium tenere non potuit: quin coram omnibus diceret pape-
 mardonem in quos uiros induxisti nos ad pugnandum: qui non pecuni-
 arum certamen agitent sed uirtutis. Hoc ille dixit. Eo interim tempo-
 re post acceptam apud thermophylas calamitatem confestim thessali
 caduceatores ad phocenses mittunt utpote illis infensi cum semper an-
 tea tum precipue post nouissimam cladem. Etenim non multis ante hac
 regis expeditionem annis cum ipsi thessali et eorum socii omni cum co-
 pia bellum phocensibus intulissent a phocensibus fugati sunt ac male
 mulctati. Nam cum ad parnasium usque processissent phocenses secum ha-
 bentel telliam uatuanum illum bellum: ubi tellias hic huiusmodi rem
 eis commentus est. Sexcentos uiros e phocensibus prestantissimos gypso
 tam ipsos quam arma illinit: eosque sub noctem in thessalos dimisit dato pre-
 cepto: ut quencunque albicantem non cernerent eum obruncarent. hos
 primum thessalorum aliud quoddam prodigium esse arbitrati: deinde ipse
 exercitus adeo exhorruerunt: ut tribus milibus scutorum phocenses potiti
 sint: quorum scutorum dimidium apud abas alterum dimidium apud
 delphos dicauerunt: et ex decima pecuniarum huius pugnae factae sint sta-
 tue grandes: quae circa tripodem e regione delubri delphis uisuntur &
 alterae huiusmodi in abasis repositae. Hoc phocenses in peditatum thessa-
 lorum a quibus obsidebantur egerunt equitatumque eorundem qui in
 suum agrum incurauerat insanabili clade afflixit. Ad ingressum eius
 qui est iuxta urbem hyampolum depressa est ingenti fossa amphoras
 illic inanes deposuerunt humumque desuper iniecerunt eamque reliquo
 solo exequauerunt: ubi cum thessalos expectarent incursum in eos

thessali impetu dato tanq̃ capturi in amphoras inciderunt: ibiq̃ equorū crura confecta sunt. Ob hęc ambo phocensibus infensi thessali misso ca-
 duceatore ita dixerunt. Nunquid dissimulatis amplius phocenses agnosce-
 re non esse uos nobis pares: qui & antehac inter grecos q̃dū partes illo-
 rum nobis placuerunt semper uobis antecelluimus: et nunc apud bar-
 barum adeo pollemus: ut penes nos sit et agro uos exuere et in seruitutē
 redigere: quam facultatem etsi obtinuimus: tamen iniuriarū non sumus
 memores: nisi ut eo nomine quadraginta nobis talenta impendatis: et
 nos uobis recipimus omnia nos ab agro uestro damna uersuros. Hęc thes-
 sali phocensibus denuntiabant: qđ soli phocenses eius loci homines cum
 medis non sentiebant: idq̃ nulla alia causa: ut ego coniectura comperio:
 qđ thessalorum odio partes medorum: ut mihi uidetur secuturi: si thessali
 partes grecorum fouissent. Hęc deferentibus thessalis negauerunt se pho-
 censes pecuniam daturōs: et sibi itidem ut thessalis facultatem esse senti-
 endi cum medis: si aliter sentire uellent: sed nequaquā fore ut sponte esset
 proditores grecis. His uerbis renuntiatis adeo thessali sunt in phocenses
 indignatione perciti: ut barbaro duces itineris extiterint: et ex trachima-
 doridem regionem incurfauerunt. Nam eius regionis podeon angustus il-
 lic non amplius octoginta stadia in latum protenditur inter medidem &
 phocensem regionem situs ubi uetus driopis erat. Hęc autem regio dorum
 qui sunt in peloponneso metropolis est. Hanc igitur doride regionem
 aggressi barbari nihil admodum leserunt. Cum medis enim et thessalis
 non ut uidebatur sentiebant. Postea qđ doride in phocensem ingressi sūt
 barbari ipsos quidem phocenses non sunt adepti: quorū non nulli cacumi-
 na parnasi ascendebant: qui uertex est iuxta urbem neonem illic sitam
 nomine tithorea: eoq̃ sese receperunt: sed plures ad locroozolas in urbē
 amphissam: quę super orisseum sita est campum. Omnem tamen agrum
 phocensem incurfauerunt. Sic enim ducebatur a thessalis: et omnia quę
 nacti sunt igni ferroq̃ uastantur. Urbes etiam ingressi ignes in sacras edes
 iniecerunt. Nam peragrans eam iuxta cephasim amnem cuncta popu-
 lati sunt: et hinc urbem dirimon incenderunt: illinc charadam et erochu
 et theotronium et ampliceam & neonem et pedieas & triteas et elateam
 et biampolim & perapotamios idest fluminis accolās et abas: ubi de-
 lubrum apollinis erat et thesauris donariisq̃ compluribus exornatum:
 in quo ut tunc ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum postea qđ
 diripere incenderunt. Phocensium etiam quosdam per montana insecu-

Barbari ducibus thessalis
 phocensium urbes incen-
 dunt oīaq̃ diripiunt.

ti coeperunt et mulieres aliquot: quas præ multitudine stuprantium extirperunt. Prætergressi quoque fluminis accolæ peruenere ad panopeas: unde bifariam copię iam diuise sunt: quarum plurima pars ac ualidissima cum ipso xerse athenas uersus tendens boetio in agrum orchomeniorum ingressa est: boetii uniuersi sentiebant: quorum urbes uiri macedones in eis collocati: qui ab alexandro missi fuerant seruauerunt uolentes planum facere xersi boetios sentire cum medis. Et hi quidem barbari hac iter intenderunt. Ceteri uero cum suis ducibus parnasum a dextra contingentes ad templum quod est delphis processerunt: quicquid agri phocensis nanciscabantur id omne fecdantes. Nam & panopeorum oppidum deflagauerunt ædauliorum & eolidensium. Ideo autem hac ab aliis seiuncti pergebant: ut direpto quod delphis est templo pecunias representarent xersi regi: qui omnia quę in templo erant memoratu digna melius norat quę in edibus suis reliquerat permultis assidue referentibus: cum alia tum precipue croesi alyattis filii donaria. Hoc delphi cum audissent in extremam prorsus deuenere formidinem: Qua attoniti deum de sacra pecunia consultarunt: nunquid eam humi defoderent an alium in locum transportarent. Eas deus illis interdixit ne amouerent. Se enim suffecturum esse ad res suas tutandas. His auditis delphi de semet ipsis curandum putauerunt liberis uxoribusque in achaiam traiectis plerique uertices parnasi superauerunt et ad corycium antrum peruenierunt: Quidam ad amphissam locridem se subdixerunt: denique omnes delphi urbem deseruerunt præter sexaginta uiros ac prophetam id est uaticinum. Postea uero quę barbari subeuntes appropinquabant templum: Cernebat interim propheta: cui nomen erat acerato inspicit ante delubrum sacra arma prolata & conclaui quę intus proposita fuerant: quę nefas erat cuique mortali contingere: quod ostentum his delphis qui aderant perrexit nuntiatum. Vbi barbari properantes peruenere ad phanum minerue quod ante templum: tum uero etiam maiora quę superius prodigia representata sunt: res profecto & hæc ualde miranda. Nam arma martia sua sponte extra delubrum proposita apparuerunt: Quod tamen secundo loco actum est ex omnibus miraculis maxima est admiratione dignum. Cum enim barbari ad sacellum minerue quod est ante templum accederent: maxima ex celo fulmina in terra in eos deciderunt: et a parnaso duo abscissi uertices magno cum fragore sunt deuoluti permultosque eorum interceperunt. Atque ex ipso sacello minerue uociferatio iubilatioque extiterunt: Quibus omnibus pariter

Perse ad templum delphis diripiendum pergunt sed fulminibus ruinaque motus profligati fugam capessunt.

ingruentibus terror incussus est barbaris ut fuge se mandarent. Ea re
 cognita delphi descendentes magnam eorum stragem edidere. Qui sup-
 fuere recta ad boetios effugerunt et cum resedissent referebant ut ego acci-
 pio alia se preter ea que dixi miracula uidisse duos armatos humana na-
 tura augustiores instituisse sibi cedem facientes atque insequentes: hos duos
 delphi aiunt indigenas heroes esse phylacon et autoncon: quorum pha-
 na uisuntur: phylaci quidem secundum ipsam uiam supra eadem minerve:
 Autonai uero prope castaliam sub hyampeo uertice. Saxa que a parnaso
 deciderunt adhuc ad nostram usque memoriam integra manent extant.
 in fano minerve pro templariis locata: ad quod per barbaros deuoluta p-
 uenere. Atque hic receptus a templo horum uiroy fuit grecorum classis
 ab arthemisio profecta rogatu atheniensium ad salaminem substitit. Quod
 ut facerent ideo rogauerant athenienses tum ut liberos atque uxores ex at-
 tica subducerent tum ut consultarent quid sibi agendum esset. Nam in
 rebus que contigerant consilium capiendum habebant tanquam opinione
 frustrata: Quippe qui putassent inuenturos se peloponnenses ad excipien-
 dum barbarum in euboria subsidentes: horum nihil inuenerant. sed audi-
 ebant illos isthmum muro sepire: hoc plurimi facientes ut ipsi superesset
 et terram suam obtinentes tutarentur omissis ceteris. Hec athenienses
 cum audissent ita socios obsecrarunt ut ad salaminem sisterent classem:
 quo aliis appulsis athenienses in terram suam profecti proposuere edictum:
 ut qua quisque atheniensium ratione posset seruare liberos atque domesticos
 suos ibi plurimi eorum suos in troezenam miserunt: quidam in eginam
 nonnulli salaminem pro se quisque properantes sua pignora exportare:
 quod uellent oraculo obsequi: et ante omnia quod athenienses aiunt ingen-
 tem anguem arcis custodem in templo fuisse obseruatum. Et tanquam re ue-
 ra esset que dicunt serpenti menstrua non cessant libamina proponere:
 que sint e melle confecta: que cum semper superioribus temporibus depa-
 scerentur tunc uilubata manserant. Id cum ipsa templi antistes indicasset
 eo magis athenienses eorum promptius deseruere artem tanquam ad ea etiam
 destitutam. Exportatis itaque rebus omnibus ad castra nauigauerunt.
 Postquam eos qui ab arthemisio soluerant ad salaminem substitisse audiuerant
 reliqui classarii ad troezenam erant eodem confluxere. Nam ut in po-
 gonem troezenorum portum coiretur erat edictum pluresque multo con-
 tracte sunt naues que ad arthemisium decertauerant: et a pluribus ciuitati-
 bus eodem quo ad arthemisium duce eurybiade eurybidis uiro spartata.

non tamen ex genere regio: quarum multo plurimas ac maxime ueloces obtinebant athenienses: quæ classis ex his constabat. Ex peloponneso lacedæmonii sedecim naues prestabant: Corinthii totidem quot ad arthemisium prestiterant. Sicyonii quindecim: epidaurei decem. Troezeni quinq; hermonenses tres. Hi dorici generis ac macedonice gentis hermonensibus exceptis ex erineo & pindo & dryopide nouissime profecti. Nam hermonenses dryopes sunt ab hercule & meliensibus e regione q̄ doris nunc uocatur abducti. Hæ copię peloponnesium erant eorū qui sunt in exteriori continente. Athenienses supra q̄ ceteri naues prestabant soli centum octoginta: quippe quibus non affuerunt in pugna ad salaminem gesta. Plateenses ob hanc causam qđ cum greci ab arthemisio dilapsi sunt. Plateenses ubi chalcidem appulsi fuere descendentes in pteriam orę boetię ad recipiendos domesticos suos se conuerterant. Ita dum in suis conseruandis occupantur relictı fuere athenienses sub pelasgis eam quę nunc grecia nuncupatur tenentibus. Pelasgi erant cranaı nominati sub rege uero cecrope cecropide cognominati. Erithæo autem adepto imperium mutato nomine athenienses appellati. deinde ionες ab ione zuthi filio: qui dux extitit atheniensis exercitus. Megarenses tantundem copiarum quantum ad arthemisium attulerant. Ambrachii septem cum nauibus auxilio uenerunt: leucadii cum tribus. Dorica gens & a corintho oriunda. Ex insularis eginete triginta naues exhibuerunt: quibus alię quoq; erant alię instructę: sed iis oram suā tutabantur. Verū cum triginta omnino nauibus præcipue uelocitatis ad salaminem dimicauerunt. Sunt autem eginete dores ab epidauro: cui insule nomen fuerat oenone. Post eginetas easdem quas arthemisiū uiginti naues attulere chalcidenses: et septem eretrienses (hi ionες sūt) dehinc chii easdem attulere gens atheniensibus ionica. Naxii naues attulere quatuor: quemadmodum ceteri insulari a popularibus ad mēdos dimissi. Sed illorum iussa aspernati transiēre ad grecos discessu democriti uiri inter ciues illustris & tunc trierachi. Naxii ionες sunt ab atheniensibus ducentes originem. Styreenses quoq; easdem quas in arthemisio naues prebuere. Cynthii unam omnino & unum pentecōterum. Horum utriq; dryopes. Seriphii etiam et Siphniū et melii fuere in partibus. Hi enim soli ex insularis terram barbaro et aquam negauerunt. Intra tesprotos isti omnes et amnem acherontem incolunt. Siquidem tesproti cum sint contermini ambrachiis & leucadiis ex ulti-

mis regionibus in militiam uenerunt. Eorum qui extra hos habitant so-
 li fuere chrotoniæ: qui græcæ periclitanti una naui tulere. Qui præerat
 phayllus uir trispythionicus. Sunt autem crotoniæ genere achei. Et ex-
 teri quidem ex hac classe triremes attulerunt. Melii autem et siphni et
 seriphi pentecoteros idest biremes melii duas: siphni seriphiq; singulas.
 Melii a lacedemone genus ducentes. Siphni & seriphi ab atheniensibus
 iones. Summa nauium præter biremes fuit trecente quinquaginta octo:
 quæ postea q̄ ex his quas dixi urbibus ad salaminem conuenerunt inter
 earum duces consultabatur eurybiade rogante ut qui uellent sententiã
 dicerent: ubinam ex iis locis quibus ipsi potirent cõmodissimum foret
 decernere pugna nauali. Iam enim attica proderelicta erat. Itaq; de ex-
 teris locis deliberabatur. Pleriq; illorū sententiæ in hoc congruebant ut
 profecti ad isthmum ante peloponnesum decertarent hac uidelicet rati-
 one qđ si male pugnassent ad salaminem quidem sibi in insula obsessis
 nullum subsidium ostentabatur. Ad isthmum uero dabatur ad suos effu-
 gium. Hæc ratio cum a ducebus peloponnesium redderetur aduenit
 quidam atheniensis nuntiatum iam atticam barbarum esse ingressum
 eamq; omnem igne uastare. Nam copie quæ cum xerse erant boetiam
 peragantes incensa tum thespensium qui in peloponnesum abcesserāt
 tum plateensium urbem athenas peruenerant & omnia illa peruastabāt.
 Ideo autem thespiam et plateam incenderunt: qđ a thebanis acceperant
 illas ciuitates non sentire cum medis. A traiectu bellesponti: ex quo iter
 ingredi coepere barbari unum mensem triuere transeundo in europam:
 tres alios dum atticam peruenere calliade sūmum athenis magistratū
 gerente. Urbemq; desertam cepere paucis quibusdam atheniensibus in tē-
 plo repertis nec non questoribus erariis et hominibus egenis: qui præse-
 pta foribus atq; lignis ac arte subeuntes arcebant: qui non exierant illinc
 ad salaminem simul præ inopia uictus simul opinione oraculi absoluē-
 di: qđ sibi reddiderat pythia Murum ligneum inexpugnabilem fore.
 id interpretantes ex oraculo effugium esse non naues. Hos persæ castris ex
 aduerso arcis positis in prominenti colle: quem areum pagan athenienses
 uocant hunc in modum obsederunt. Sagittas stupa circūdatas ubi incen-
 derant mittebant in illorum uallum. Athenienses quanq̄ obsessi & ad
 ultimum malorum adducti etiam consensu uallo tamen resistebant
 ac ne uerba quidem pisistratidarum conditionem deditonem deditonis
 offerentium admittebant. Et cum alia ad repugnandum excogitarunt

Quomodo xerxes athenas
expugnat.

tum uero hoc quod in barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria
adeo ut xerxes per diu inops consilii fuerit: quod eos expugnare non posset.
Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. Necesse enim
erat secundum oraculum omnem atticam que in continenti est subiici
persis. Igitur a fronte arcis a tergo autem portarum est ascensus qua parte
nemo excubabat: quaque nemo credebat quempiam hominum ascensurum
hac parte et si loco praeiuncto quidam ascenderunt iuxta templum agrau-
liae filiae cecropis: quos ubi in artem ascendisse uiderunt athenienses par-
tim e muro se precipitauerunt atque extincti sunt: partim in eodem refuge-
runt. At perse qui ascenderunt primum ad portas contendunt: eisque
patefactis supplices trucidant. Atque ubi stragem fecerunt direpto templo
artem incendunt. Athenis omnino xerxes potitus equitem quendam
Susa ad artabanum mittit nuntiatum res bene gestas ac presentem statum.
Postero die quod nuntium miserat conuocatis atheniensium exulibus expedi-
tionis suae comitibus iussit ut conscensa arce hostias suo ritu imolarent
siue aliquo insomnis uiso siue sua sponte facti poenitens quod templum
concremasset. Exules athenienses id quod iussi erant executi sunt: cuius
rei cur mentionem fecerim exponam. Est in arce hac cretae: qui fertur
fuisse terrigena templum in quo dea est & mare ut apud athenienses
predicatur a neptunno & minerva in testimonium posita: quod de regione
certassent. Hanc igitur deam una cum cetero templo contigit ut bar-
bari exurerent: quam athenienses: qui ab rege iussi erant rem diuinam
facere ab incensione die cum in templum ascendissent aspexerunt fru-
tificasse edito a stirpe uirgulti cubiti instar. Et haec illi quidem narra-
uerunt. At illi greci qui apud salaminem erant ubi nuntiatum est uti
res circa atheniensium artem haberent eo perturbationis deuenire: ut
non nulli e ducibus non expectarent dum propositum negocium con-
stituerent: sed in naues irruerent ac uela tollerent tanquam profecturi: cete-
rique qui relinquebant statuerent sibi ante isthmum prelio nauali decer-
nendum. Et cum nox affuisset digressi e concilio naues conscenderunt: ibi
Themistoclem tendentem ad nauem sciscitatur Mnesipylus uir atheniensis
quidnam ab ipsis decretum esset. Et cum ab eo audisset decretum esse
ut ad isthmum proficiscerentur: & ante ad peloponnesum dimicaret:
Sisti inquit a salamine proficiscantur iam tu pro nulla amplius patria
dimicabis. Ad suam enim quisque patriam remeabunt: ut nec eurybia-
des nec alius hominum quispiam cohibere possit quo minus copiae dila-

De Mnesipylus uiro atheniensi
qui themistocli consuluit: ut
socios discere sineret.

bantur. greciaq; peribit consilii inopia. Quare si quid comminisci potes p-
ge et qd decretum est. conare irritum reddere et eurybiadem a sententia
reuocare. ut hic perstet Themistocles. Cum hæc admonita sibi admodum
probaentur. nullo reddito responso ad eurybiadis nauem perexit. Vbi
hominem conuenit ait. uelle se de negotio communi cum eo colloqui.

Hunc ille in nauem ingressum iubet loqui que uellet. Cui themistocles
assidens quæcunq; a mnesiphyllo acceperat tanq; a semet ipso refert et a
lia adicit multa donec eurybiadem a sententia reuocauit. persuasitq; ut
e nauis prodiret. et duces ad concilium contraheret. li postq; congrega-
ti sunt. priusq; adeos eurybiades referret id cuius gratia eos coegerat.
Themistocles multis agebat uerbis prout magnopere expediebat. Quæ
interfatus corinthiorum dux adimantus ocÿti. Themistocles inq; in cer-
taminibus u qui ante alios existunt. colaphis ceduntur. Eum refellens
themistocles. Atqui inquit reliqui non coronantur. Comiter corinthio
cum respondisset ad eurybiadem conuersus nihil eorum dicebat que
dixerat prius. illos postq; a salamine profecti fuissent dilapsuros. Presen-
tibus enim sociis non putabat sibi decorum quempiam accusare. se a-
lium de oratione sumpta. In te nunc inquit situm est seruare greciam.
si mihi accedens nauale hic prelium facias et non horum quibusdam
credens cladem ad isthmum adducas. Vtrunq; cum audieris inter se cõ-
parato. Si ante isthmum confliges in parenti pelago dimicabis. ubi no-
bis minimum expedit naues habentibus et grauiores & nunc inferiores.

E x quo etiã si in aliis feliciter nobiscum agatur. tum amittes salaminem
et megaram & eginam. Nam illos una comitabitur suus pedester exerci-
tus. Atq; ita tueos in peloponnesum ages. omnemq; greciam in discri-
men adduces. Sin autem id feceris quod suadeo hæc in eo reperies com-
moda. Primum si in arcto conflixerimus nos pauce naues cum multis
profecto si æqua belli contingent multo superiores erimus. qm in arcto
pugnare pro nobis est in spacio pro illis. Preterea salamis seruatur. u-
bi nostri num liberi collocati sunt & uxores. Est & alia hic causa propter
quam item debes precipue hic manere. qd peloponneso & isthmo pugna-
bis. quo caue si sapias ne istos ducas. Si id quod spero continget. ut classe
uincamus. barbari neq; ad istmum nobis aderunt. neq; unq; longius ab atti-
ca procedent. sed nullo ordine abibunt. unde nos lucrifaciamus. que ser-
uauerimus. Megara. eginamq; atq; salaminem. ad quam credibile est nos
hostibus fore superiores. Credibilia enim sunt suadentibus hominibus.

fere prospere cedit. Secus facientibus ne deus quidem uult adesse et humane sententie indulgere. Hec dicentem themistoclem rursus interpellans admiratus iubebat silere eum cui patria non esset. Quin et eurybiadem nos sinere uirum extorrem sententiam dicere & ita demum id sinere: cum urbem themistocles habuisset uidelicet exprobrans quod athene capte essent tenerenturque ab hoste. Tunc Themistocles & illi & corinthis multa ingerens probra oratione ostendit sibi esse & solum & urbem multo maiorem quam illis: unde naues fere ducente essent armate: quas nulli grecorum inuadentes possent repellere. Hec cum ratione significasset ad eurybiadem transiens maiori cum acrimonia loquebatur inquiring. Tu uero si hic manes uir eris egregius: sin minus grecie euefor. Totum enim belli momentum nobis naues sustinent. Sed mihi crede: nisi hoc feceris sicuti sumus ubi domesticos receperimus in syrim que in italia est profecturos que olim iam nostra est: queque ut oracula aiunt a nobis condi oportet. Vos autem talibus sociis destituti meorum uerborum reminiscimini. Hec dicente themistocle eurybiades edocebatur: & ob id edocebatur ut mihi uidetur: quod maxime formidabat ne si ad isthmum classem reduxisset ab atheniensibus defereretur: quibus deferentibus iam reliqui non essent in pugnando hostibus pares. Ita sententiam illam approbavit: ut illic permanentes pugna nauali decernerent. Quod ubi eurybiadi placuit: ii qui altercationibus uelitati fuerant circa salaminem: cum illic sese appararent tanquam prelium nauale facturi. Dies illuxit et simul oriente sole extitit terremoto & maris: propter quod uisum est faciendum: ut eacidas in auxilium inuocarent. Id ubi fecerunt & omnibus qui illinc ex salamine sunt: deis uota fecerunt: aiacem thelamonis filium inuocauerunt: nauemque ad eacum & ad alios eacidas inuocandos reginam miserunt. Narrabat autem dicens Theocidis uir atheniensis atque idem exul & apud medos factus illustris per id tempus quo attica regio atheniensibus desolata a pedestri xersis exercitu uastabatur se forte fuisse una cum demarato lacedemonio apud campum triasium uidisseque puluerem triginta ferme milium uirorum capacem ab eleusine: et cum demirarentur quorumnam hominum esset ille puluis: statim se audisse uocem: que uox ipsi uidetur iacchus mysticus et dematum: ut qui esset sacrorum que fierent in eleusine ignarus quidnam esset quod ita sonaret: Sequi dixisse Demarate non aberit quin grandis aliqua clades contigat regis copiis. Hoc autem pa-

lam est / cum attica sit desolata / numen ab eleusine resonans uenire au-
 xilio athemensibus ac sociis. Quod si peloponnesum incurrat periculum
 regi erit eiusque copias / que sunt in continente. Sin ad classem / que ad sa-
 laminē est / conuertatur / periculum adibit rex ne nauticum amittat exer-
 citum. Hec solennia athemenses quotannis celebrant cereri atque pro-
 serpine / et his sacris quicumque uult et athemensium & aliorum grecorum
 initiatur / et uox quam audis est in hoc festo bacchantium. Et ad hec
 dixisse demaratum. Sile neue alteri cuique hoc uerbum dixeris. Quod
 si ad regem referatur / capite plectaris: ut nec egote nec alius quispiam
 hominum queat eripere. Quamobrem tene silentium. De hac expedi-
 tione diis cure erit. Hoc demaratum admonuisse aiebat. Ex illo autem
 puluere ac uoce factam esse nubem / eamque in sublime elatam salami-
 nem uersus ad grecorum exercitum fuisse delatam. Ita se didicisse nau-
 ticas xersis copias esse perituras. Hec dicens Theoclydis filius referebat
 demaratum atque alios testes citans. Classarum autem xersis copiarum / ubi
 conspecta strage loconiorum ex trachinia in histieam traiecit triduum
 illic morante per eurypum nauigabant totidemque diebus ad phalerum
 preesto fuerunt / nec minori / ut mihi uidetur / numero uel pedestres copiarum
 uel nauticarum athenas premote sunt / que ad sepiadem atque thermophylas.
 Nam in supplementum eorum / qui aut tempestate aut apud thermophylas
 aut in navalibus apud arthemisium preliis interierunt / eos sustituit
 qui non dum regem subsecuti fuerant / melienses / dorienses / locros / boe-
 tios: qui cum omni copia aduenerunt exceptis thespiensibus & plate-
 ensibus / nec non caristios andrios / teneos ac ceteros omnes insularum pre-
 ter quinque ciuitates: quarum nominum superius habui mentionem. Nam
 quomagus penetrabat in greciam perses eo plures eum nationes seque-
 bantur: Qui omnes exceptis parijs postquam athenas peruenire & ad phale-
 rum / parii autem in cithno relictis / quo bellum caderet spectabant / ibi
 xerses ipse ad classem descendit / animo cetum classiariorum faciendi et
 eorum sententias. Eo profectus ubi presedit assidentibus / qui accitum ei
 aderant / sue quoque gentis tyrannus ac nauium prefectis / ut cuique rex
 honorem dederat: quorum primus erat sidonius rex cum tyrius / de-
 inceps alii gradatim. Misit ad eos Mardonium tentandi gratia / scisci-
 tatum singulos an prelium nauale faceret nec ne. Postquam Mardonius
 a sidonio exorsus singulos circueus interrogauit / ceteri quidem eandem
 dixere sententiam iubentes fieri prelium. Artemisia uero hec inquit

Mardonio: quæ dico regi referas: me neque in preliis ad euboriam gestis ignauissimam extitisse neque minima contulisse in te domine: ideoque cum talis sum æquum esse ea: quæ in rem tuam maxime sentio demonstrare.

I taque hoc tibi suadeo ut nauibus parcas nec prelium nauale facias cum his uiris qui tanto sunt tuis in mari prestantiores quanto foemini uiri.

Q uid enim necesse habes omnino uenire in discrimen pugne naualis? Nonne athenas habes: quarum gratia expeditionem sumpisti nonne reliquam greciam? Nemo tibi obsistit qui tibi obsistebant. Ita summoti sunt ut eos decebat. Quo autem ego recasuras hostium res esse arbitror id exponam. Si non instabis pugne nauali committende: Sed classem perges hic continere ad terram ac tendere ipse in peloponnesum: tunc tibi domini succedent ea quorum gratia uenisti. Neque enim diu tibi resistere greci possunt: sed dilabentur & abs te ad suas quisque urbes defugient: quoniam neque comineatus est eis in hac insula ut ego audio neque esse credibile est: Neque si tu in peloponnesum pedestres copias duces hic eos perstituros qui illinc huc aduenerunt neque de pugna pro atheniensibus facienda curaturos. Quod si pugnam naualem gerere approperebis uereor ne copie nautice male re gesta pedestribus sint exitio. Preterea hoc etiam rex in animum dimitte usu uenire ut bonis quidem hominibus mali serui sint malis autem boni. Ideoque tibi qui uiroz es optimus serui sunt mali qui numero sociorum censentur egyptii cyprii cilices pamphylui: e quibus nulla utilitas est. Hæc loquente arthemisia quicumque ei bene uolebant noxiam illi rebantur suam orationem tanquam aliquid male passure ab rege quem ueraret pugnam facere naualem. At uero quidem qui ei male consultum uolebant inuidebantque utpote qui inter primos sociorum omnium honos gaudebat eius quam dixerat sententia tanquam periture. Xerxes postquam ad eum relate sunt sententie magnopere delectatus arthemisie sententia cum iam antea officiosam esse sensisset tunc multo impensius collaudauit. Nihilominus ut pluribus staretur iussit ratus ad euboriam male pugnassee quod uidelicet ipse abfuisset. Itaque constituit spectaculo pugne naualis interesse. Classiarii ubi nuntiatum est illinc esse soluendum classem salaminem uersus ducunt et per oicum in aciem sunt digesti.

S ed cum eos dies defecisset quominus prelium committerent nox enim interuenit in posterum diem sese instruebant. Cum interim grecos metus formidoque cepit cum alios tum uero peloponneses: quod ipsi desidentes in salamine pro atheniensium terra essent certaturi: qui si superarentur

in insula deprehensi forent obsidendi sua terra sine presidio relicta.

P er eandem noctem pedester exercitus barbarorum tendebat in peloponnesum: quamq̃ cuncta quę poterant excogitata erant ne barbari per continentem ingrederentur. Nam ubi leonidam cum suis apud thermopylas occubuisse acceperunt peloponneses celerrime ex urbibus concursu facto per isthmum insederunt duce cleombroto anaxandride filio leonide fr̃e. Ibi consulentes primum uiam scyronidem obstruxerunt. Dein consilio inito isthmum muro inedicabant: opusq̃ perficiebant: quippe nemine cum tot milia uiroy uiroꝝ essent cessante. Nam et lapides et lateres & ligna & cistas sabulo plenas afferebant nullo temporis momento opus intermittentes: neq̃ diurno neq̃ nocturno. Qui e grecis auxilio ad isthmum omni copia uenerunt hi fuere lacedemonii & archades & helei et corinthii & sicionii et epidaurii et phliasii & troezeni & hermionenses.

h i fuerunt qui auxilio uenerunt periclitantes periclitanti grecie. Ceteris enim peloponnesibus id nihil admodum cure erat & olympia iam & carnia preterierant. Incolunt autem peloponnesum gentes septem: quarum due indigene eum quem habitarunt olim nunc habitant. Archades & cynurii una achaica: quę nunc illa e peloponnesium excessit. Sed e pristino loco egressa alienum incolit. Reliquę quatuor e septem aduenticie sunt dorienses etholi dryopes lemmii. Doriensium multe sunt & insignes ciuitates. Etolorum sola helis. Dryopum hermiona & asinia: quę ante cadamy lam laconicam sita est. Lemniorum omnes parocitani. Cynurii cum sint indigene soli putantur iones esse. Sed effecti sunt dores ipsa die sub imperio argiorum positi: cum essent erneate & periochi. harum igitur septem gentium ceterę preter eas quas recensui e medio cesserunt: et si ingenue loqui fas est medio sedentes cum mediis sentiebant. Apud isthmum quidem in tali labore isti occupati erant utpote pro omni iam cursu: qđ nulla spes e classe effulgere currentes: quę audientes illi qui in salamine erant formidine afficiebant non tam pro se ipsis q̃ pro peloponneso solici adeo: ut alius alium adiens ac summissa uoce admiraretur in eurybia de consilii inopiam. Tandem res erupit in medium conciliumq̃ contractum est. Et multa de hoc ipso dicebantur ab his quidem oportere in peloponnesum nauigare & pro illa adire periculum. Non autem pro regione captiua manentes pugna nauali decernere. Ab athenensibus autem & eginetis & megarensibus satius esse illinc manentes dimicare.

I bi themistocles postq̃ sententia peloponnesium euicit clanculum e con

cilio egressus misit ad classem medorum nauigium cum quodam iusso dicere quæ oporteret: cui nomen erat summo contubernali suo: atq; eodem pedagogo liberorum suorum: quem post has res gestas ipse Thespiensem fecit. Vbi in thespiensem ciuitatem sunt recepti atq; locupletem: is tunc nauigio ad duces barbarorum profectus hæc inquit dux atheniensium qd partibus regis fauet peroptatq; res uestras q̄ atheniensium fore superiores misit me clam aliis grecis indicatum uobis illos metu percussos fugam facere uelle: et nunc offert uobis occasionem exequendi re omnium præclarissimam: nisi per negligentiam eos labi sinatis. Nam neq; inter se consentiunt neq; uobis amplius obsistent: quod cernetis inter se dimicantes eos qui uobiscum & eos qui contra uos sentiunt. hac re sicin- nus indicata ab illis abscessit: Cui fidem habentes barbari tum in insu- lam paruum nomine psytaleam: quæ inter salaminem sita est multos persarum traiciunt tum mediam circa noctem cornu qd ad uesperam spectabat producunt Salaminem uersus ea circuituri. Prodeunt item qui circa ceon & cinosuram instructi erant occupantes omne fretum numichia tenus. Ideo autem & naues producebant ne qua grecis liceret effugere: sed circūuenti uicem redderent præliorum ad arthemisium ge- storum: & in insulam psytaleam traiebant aliquot persas: ut commisso nauali certamine cum plurimum et uirorum & naufragioꝝ efferretur.

Erat enim insula in traiectu future pugne sita: ut per se suos seruarent alienos interimerent. Hoc ne hostes sentirent clanculum egere nulla noctis parte somno concessa. In has ego res intuens non habeo aduersa- ri oraculis tanq̄ non ueris nolens euidenter loquentia conari refellere.

Auricomæ postq̄ diane littora complent. Nauales pontes cum littoribus cynosure Spe stolidæ fortis qd athenas Marte subegit. Compescet iu- uenem meritisima poena superbum Instructum furis sibi cedere cū- cta putantem. Nam miscebitur eseri. Mars sanguine pontum Inficiet. grati tunc libera tempora reddet Saturno genitus simul & uictoria pollens. Cum ita euidenter in his ab acide dicatur profecto neq; ipse de fide oraculis deroganda ausim dicere neq; ab aliis dici sustineam. Inter duces qui in salamine erant ingens conflatus est tumultus nondum scientes a barbarorum nauibus se circūueniri. Vbi autem orto sole in- spexerunt hostem instructum censuerunt ibidem sibi manendum:

Quibus congregatis applicuit ex ægina Aristides lysimachi atheniensis quidem sed in exilium a populo eiectus: quem ego ut eius mores accepi

De aristide lysimachi
viro atheniensi.

uirum optimum athenis fuisse atq; iustissimum censui. Hic uir concilio assistens themistoclem euocauit non amicum sed in primis inimicum. Verum prae magnitudine presentium malorum oblitus simultatum euocauit colloquendi gratia. Presenserat enim peloponneses maturare ad isthmum classem reducere: qui cum prodisset Themistocles ad eum inquit. Nos & alio tempore et hoc ipso contendere debemus inter nos hac de re uter nostrum de patria periclitari mereatur. Te uero certior facio pereque esse peloponnesibus multa uerba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego tibi quod ipsemet refero nunc ne si uelint quidem corinthios ac ipsos eurybiadem nauigare posse quoniam circumdati ab hoste sumus. Quare ingressus ad eos haec indicato: Cui respondens themistocles iucunda inquit iubet bonum afferens nuntium. Nam quod ego precabar ut fieret id ipse tu conspiciatus fieri uenisti nuntiatum. Ut enim scias quae fiunt a mediis propter me fiunt: quoniam opus factum fuit: ut greci qui nolebant sua sponte descendere descenderet inuicti. Tu uero quandoquidem iucunda nuntiatum uenisti per te ipsum nuntiato: Quae si ego retulero uidebor rem comenticiam dicere: nec istis persuadebo tanquam non haec a gentibus barbaris. Itaque tute ingressus uti res habet ipse referas. Quod ubi feceris si tibi fidem habebunt optime habet. Sin minus perinde nobis erit. Neque enim si undique circumdati sumus ut tu ais amplius isti diffugiunt. Aristides concilium introgressus eadem retulit dicens se egina uenisse et egre elapsam quod latuerit stationem hostium (omnem enim grecorum classem a xerxis classe circumuentam) Ideoque hortari se ut ad defensionem sui illi se prepararent. Hec locutus aristides retro abiit. Rursus inter duces altercatio orta plerisque eorum fidem nuntio non habentibus: quibus non credentibus aduenit triemis transfuga uirorum teniorum: cui praeerat panetius sosis: quae omnem ueritatem attulit: Cuius facti nomine tenui in tripole qui delphis dedicatus est inter eos qui barbarum debellarunt inscripti fuere. Ex hac naui quae ad salaminem et altera quae ad arthemisium transfugit expleta est grecorum classis trecentarum & octoginta nauium. Duae namque prius ad explendum numera defuerant naues. Greci ubi eis uerba teniorum fecerunt fidem sese apparauerunt tanquam dimicaturi et sub diluculum cum propugnatorum cetum fecissent Themistocles ex omnibus quae expedirent precipiebat. Cuius orationis summa erat meliorum cum peioribus comparatio quaecumque in hostis

Pugna naualis grecoꝝ cum per
sis: in qua perseꝝ profligati sũt.

De Theomestore androdamantis &
Phylaco histiei viris samis.

Qꝫ bene Arthemisia regina
se hac nauali pugna gesserit.

natura atq; industria existunt: exhortatus ut meliora eligerent. Vbi perorauit: iussit illos ingredi naues. Quibus ingressis rediit ab egina triremis: que profecta ad eacidas erat: Moxq; omnes naues grecis soluerunt: In quos mouentes continuo barbari sunt inuecti. Ibi ceteri quideꝝ greci cum inhiberent remos cessinq; uenit animas palleneus uir atheniensis euectus mari in hostilem incurrit: cui implicitus cum hereret ne abstrahi posset: ita ceteri uenientes auxilio conserti sunt. Hunc in modum aiunt athenienses extitisse initium pugne. Quanq; etiam hoc refertur simulacrum mulieris fuisse oblatum et cum apparuisset ita illos exhortatum: ut omnis grecorum exercitus exaudierit. Sed prius his uerbis conuitiatum. O demoni quo usq; remos inhibebitis aduersus athenienses instructi erant phoenices: Nam hi cornu tenebant: qđ ad auroram spectabat & pyrea quorum pauci ad inonitu themistochis de industria ignauiter agebant pleriq; minime. Enim uero complurium triearchorum nomina commemorare possem qui grecas naues expugnauerunt. Sed neminem nominabo preter theomestorem androdamantis et phylacum histiei ambos samios: quorum duntaxat ideo mentionem facio qđ Theomestor ob hanc nauatam operam a persis tyrannus sami creatus est. Phylacus inter bene de rege meritos ascriptus est: et multo tractu soli donatus est. Bene meriti enim de rege persica lingua orosange uocantur. De his quidem ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad salaminem expugnabatur partim ab atheniensibus corrupta partim ab eginetis utpote grecis seruata ordine ac loco seruantibus barbaris & incompolite & inconsulte agentibus: ut non ab re fuerit talem eis rem contingere qualis contigit: quanq; eo die fuerunt atq; extiterunt longe se ipsis prestantiores: et qđ ad euboiam extiterant pro se quisq; an nitentes ac xersem reformidantes: qđ ab eo se singuli conspici arbitrabantur. Et de aliis quidem uel barbarorum uel grecorum singillatim quomodo duncauerunt non possum pro comperto referre. Circa arthemisia uero hoc rei gestum: ex quo impensius illa regi commendata est. Nam posteaq; regis res in multum tumultuationis deuenerant hoc interim tempore arthemisia cum nauem suam attica insequeretur nullũ habens effugium: quia ante ipsam naues amicoꝝ sua uero proxima hostes erat: hoc sibi putauit faciendũ: qđ et fecisse profuit. Nam ut fugiebat atticam nauem in nauem sociam: que erat uiroꝝ calyndensiuũ impegit: quacq; rex calyndensium damasi thymus uidebatur: Cum quo

etsi huic iam idem dum essent in hellesponto contentio intercessit /
tamen incertum an consulto id fecerit an fortuito nauis calyndensium
oblata fuerit. Eam arthemisia ubi incurrit pariter demersit / prospero
casu usa & duplex hinc sibi bonum adepta. Nam Trierarchus attice nauis
eam conspicatus incurrisse barbarorum uirorum nauem aut a barbaris
transfugisse / et a grecis pugnare / ab hac ad alias se conuertit. Ita ex hoc fa-
cto contigit arthemisie tum ut pestem euitaret / tum e malo opere precipue
se probatam apud xersem redderet. Si quidem fertur cum rex spectans
animaduertisset hanc nauem alteri incurrisse / quendam eorum qui aderat
dixisse. Cernis arthemisiam domine ut bene preliatur / utq; nauem hosti-
lem depressit / et regem interrogasse / nunquid uere id opus arthemisie es-
set / et illos qui plane nossent insigne nauis arthemisiane / ita rem habere
affirmasse / ratos eam nauem que corrupta esset / hostilem fuisse. Nam pre-
ter cetera que mulieri / ut dictum est / prospere accesserunt / quoq; accessit
qd e nauis calyndensi nemo seruatus est / qui existeret accusator. Vnde xer-
sem ferunt ad ea que narrabant dixisse. Viri quidem extitere mihi foemi-
ne / foemine autem uiri / hec aiunt dixisse xersem. In illo prelio cum multi
fuere & illustres uiri tam persarum medorumq; q; aliorum sociorum occu-
buere. Tum uero dux ariamignes darii filius xersisq; frater. E grecis pauci
quippe qui gnari natandi cum sue naues corrupte essent / nec in pugna pe-
rissent ad salaminem natabant / Cui rei quia imperiti erant barbarorum
pleriq; in mari periere. Posteaq; eorum prime naues in fugam uerse sunt /
tum uero plurime corrumpebantur. Nam que posterioribus locate erat
dum eorum propugnatores conantur preterire / ut et ipsi aliquam opera
regi nauarent / undiq; in suorum naues incidebant. Quo in tumultu etiam
hoc actum est / ut quidam phoenices / quorum naues corrupte fuerant / re-
gem adeuntes insimulauerunt tanq; proditores / quod propter eos amisse
naues essent / unde id contigit / non ut eorum duces interficerentur. Sed
ut ii phoenices qui illos insimulabant eam acciperent mercedem. Etenim
illic adhuc ca loquentibus samothracia nauis attice impacta eam demersit
et in hanc eginetica impulsas ipsam depressit. Verum samothraces ut qui
iaculatores essent epibatas nauis que suam depresserat iaculorum ictibus
impulerunt eorumq; conscensa nauis potiti sunt. Quod factum ionas libe-
rauit. Nam xerses ubi id egregium facinus ionum aspexit / conuersus ad
phoenices ut erat supra modum molestus et omnes arguens iussit eorum ca-
pita precipiti ne cum ipsi umbelles essent meliores criminarentur. Quoties

autem suorum quempiam aliquod opus edentem cernebat / de eo homine percontabatur sedens sub monte : qui est e regione salaminis nomine egaleo et scribe thrierarchum illum a familia et urbe annotabant. Ei cladi phoenicum qui aderant additus est ariannes uir persa . quanq̃ amicus regis . Et isti quidem in phoenices conuertebantur . Barbaris autem in fugam uersis et ad phalerum elabentibus eginete in freto subsistentes operam memoratu dignam ediderunt . Nam athenienses quidem in tumultatione naues sibi obsistentes fugientesq̃ expugnabant : eginete uero que elabant . Quotiens aliqua effugiebat Athenienses eo ipso cursu in eginetas incidebat . Cum interim conflixerunt naues due una themistodis insequens aliam : altera polycriti crio geniti uiri eginete : dum sydoniam inuadit illam uidelicet que speculatoriam in scyatho egineticam ceperat : qua uehebatur pytheas ischeni : quem ipse seminecem plagis tamen admiratione uirtutis seruatum in naui habebant . Sydonia que hunc circum ferebat nauis una cum persis est intercepta : ut pytheas ita sospes rediret in eginam . Polycritus ubi inspexit atticam nauem agnito signo nauis imperatorie inclamans themistodem iocatus est exprobrans egineticis qd̃ cum mediis sentiret .

Hoc polycritus sua naui incurrens in themistodem iaculatus est . Barbari quorum naues supererant fuga se proripuerunt in phalerum pedestres ad copias . In hac pugna nauali e grecis optime audierunt eginete secundo loco athenienses Eumenes anagrasius & aminias palleneus : qui et Artemisiam est insecutus non prius desiturus q̃ aut illam cepisset aut ipse captus esset : si artemisiam ea naui uehi animaduertisset . Quippe trierarchis atheniensium preceptum ut eam caperent propositumq̃ premium decem milium drachmarum ei qui uiuam accepisset . Indigne enī ferebant mulierem aduersus athenas militare . At illa ut ante dictum est aufugit . Fuerunt et alii quorum naues incolumes in phalerum euaserunt .

Adimanthum corinthiorum athenienses ferunt statim initia concursus nauium expauescunt atq̃ perterritum sublati uelis fuge sese dedisse corinthiosq̃ inspecta fuga nauis imperatorie itidem abiisse & cum fugiendo uenissent ad templum minerue Scyradis que est in salamine occurrisse eis celocem diuina cum pompa : quem quisnam misisset cum non constaret scirentq̃ neminem sue classis ad ipsos misisse eos ob id coniectasse rem diuinam esse : et eos qui in celoce erant ubi propiores fuerunt ita locutos fuisse . Adimante tu quidem conuersis in fugam nauibus abscedis grecorum proditor . At illi quantum conceperunt uictores hostium

euadent : et cum his uerbis fidem non haberet Adimantus : hoc iteꝝ di-
 xisse ipsos posse pro obsidibus ductos mortem obire nisi constaret grecos
 esse uictores. Ita conuersa nauis adimantum cum ceteris ad classem suo-
 rum re iam ab aliis nauata uenisse. Hic de illis apud athenienses rumor
 extitit : qđ ipsi corinthii negant : sed se inter primos pugnatores extitisse :
 pro quibus testimonium dicit reliqua grecia. Aristides Lysimachi uir
 atheniensis : cuius paulo ante ut uiri optimi mentionem feci per eum tu-
 multum qui circa salaminem fiebat hoc rei gessit permultis eorum : qui
 ad litus salaminis locati erant sumptis genere atheniensibus in phytalea
 insulam traductis omnes persas qui in ea insula erant interemit. Defun-
 cti nauali pugna greci reductis in salaminem nauibus potiti sunt naufra-
 gis quę illic supererant parati ad aliam dimicationem : qđ superarent
 regem uis etiam quę sibi reliquę erant nauibus usurum. Porro naufragi-
 orum pleraq; uentus Zephyrus ex attica molliens asportauit in oram no-
 mine caliadem : ut impletum sit oraculum cum de ceteris quę ad pugna
 naualem pertinent faciens mentionem tum uero de naufragis illuc eue-
 ctis ab acide & museo multis ante annis predictum ac redditum Lysi-
 strato atheniensi uiro sortilego : qđ omnes grecos latuerat. Horrebunt
 remis mulieres coliadenses. Hoc futurum erat profecto rege cognita
 sua clade xerses ueritus ne quis ionum a grecis subornatus aut sua spon-
 te ad soluendos pontes in bellespontum nauigaret : Vnde ipse in euro-
 pa deprehensus salute periclitaretur de fugiendo consultabat. Nolit
 tamen neq; a grecis neq; a suis detegi aggerem in salamine tentabat
 educere nauesq; phoenicum onerarias : ut pro rate ac muro essent inne-
 debat : et se tanq; aliam pugnam naualem facturum ad bellum instrue-
 bat : Quę agentem uidentes ceteri pro certo habebant eum manendi
 animo atq; bellandi illa apparare. Sed nihil eorum mardonium latebat
 ut probe gnarum ingenii illius. Xerses & hoc fecit & simul in perfidem
 misit : qui presentem cladem nuntiaret. His nuntiis nihil perniciosius
 transcurrit in rebus humanis : qđ negocium hunc in modum a persis
 est excogitatum. Quot ex diebus tota uia constat totidem equos ac uiros
 ferunt esse distinctos ad singulorum dierum iter faciendum : quos neq;
 uis niuium neq; imber neq; estus neq; nox destrueret : quin propositum
 sibi cursum celerrime conficiat : quorum cursorum mandata tradit secun-
 do primus secundus item tertio : et ita deinceps illa mandata in alium atq;
 in alium pertranseunt ferre cursores perseverant. Hanc equorum cur-

sitationem perse angareion appellant: et primus quidem nuntius susa perlatul xersen athenis potitum esse: tanta persas qui relictæ erant uoluptate affectit: ut omnes uias myrto constrauerint & per eas odores incenderint & ipsi in sacrificiis & gaudiis uersarentur. Secundus autem ita eos consternauit: ut uniuersi uestes dilaniarent uociferationeq; et ciulatu irrequieto uterentur culpam in mardonium refundentes non tam de classe q; de ipso xerse solliciti idq; tam diu dum xerses illos ita affectos redeundo sedauit. Mardonius cum uideret classem magnam e pugna nauali iacturam fecisse: suspicans agitare fugam ex athenis pro se ipso anxius erat tanq; poenas daturus: qui regi persuasisset inferre grecie bellum. putabatq; sibi conducibilius esse periclitari aut subiungere greciam aut magna opera aggressum honesta uita defungi: quanq; opinio eius de subigenda grecia propensior erat. Hoc cum secum agitallet regem hac oratione est allocutus. Domine noli metorem ob hac rem gestam capere: aut ita pro magna iactura ducere. Non enim certamen quo omnia nostra constant in lignis est sed in uiris & equis. Itaq; nemo tibi aut horu qui sibi omnia confecisse uidentur egressus enauibus conabitur obuiam se ferre: aut ex hac continente: unde qui se obuios dedere poenas dederunt. Qd si tibi uidetur faciendum ut peloponnesum tentemus: continuo tentemus. Sin uidetur supersedendum supersedeamus: licet nec animo consterneris. Neq; enim ulla possunt ratione subterfugere: quo minus rationem dent eorum que et nunc & antea perpetrarunt: cuiq; sint serui. Et quidem precipue tibi agendum puta. Quod si tibi constitutum est ut ipse cum exercitu reuertaris aliud quoq; habeo ex hac re consilium. Rex ne comitalis tu: ut perse grecis ludibrio fiant. Non enim res persarum afflicte sunt: neq; tu ubinam fuerimus ignari dicere potes: quales si phoenices et egyptii & cyprii et cilices fuere: nihil ista ad persas attinet culpa. Quare quoniam perse huius rei insontes sunt iam mihi credito. Si tibi non uidetur permanendum: renea ipse ad solum natale cum pleraq; parte copiarum. Ego cum delectis de exercitu triginta myriadibus militum debeo greciam in tuam redigere seruitutem. His auditis xerses ut ex malis gauisus est et uoluptatem coepit: et ad mardonium inquit ubi ad consilium retulisset responsurum: utrum eorum esse facturum. Et cum in consilium uocasset delectos persarum proceres placuit ei arthemisiam quoq; ad consultandum accersi: quam solam constabat antea que facienda essent intellexisse. Atq; satellitibus hunc in modum

allocutus est. Iubet me Mardonius hic permanere ad tentandum peloponnesum negans ullam culpam huius damni esse penes persas atq. pedestres copias: Sed eis uolentibus hoc tentari debere. Itaq. aut hoc me facere hortatur aut sibi tradere triginta myriades delectorum militum ad subigenda mihi greciam: Me uero ad patrie sedes reliquo exercitu reuerti. Tu igitur q. de pugna nauali non gerenda probe consulisti: utrum mihi suades horu. quod eligendo mihi consulero. Hec xersi consultantis respondit arthemisia. Arduum est inquit rex me dicentem tibi optima prosperum consilium dare. Tamen e statu rerum presentium mihi uidetur esse faciendum: ut tu ipse domum remeas Mardonium uero hic relinquant cum iis quos uult: si modo uelit ille atq. recipiat se ista facturum. Nam siue ea que ait se uelle subegerit: et hec ei ex animi sententia succedunt: tua res domine agitur quia id tui serui effecerint. Siue Mardonio contra opinionem suam contingat non magna sane calamitas erit saluo & te rerum domesticarum statu. Etenim si incolumis es et domus tua: profecto greci sepe numero pro se ipsis multa certamina cursitarunt. At siquid continget Mardonio cladis id nullius erit momenti: greci q. uincendo non uicerint seruo tuo interempto. Tu uero incensis athenis: cuius gratia expeditionem sumpisti reuerteris. Delectatus eo consilio xerses: qd. idem illa suassisset quod ipse haberet in animo: quippe qui ut ego opinor non remansisset: si uel cuncti atq. cuncte id ei suassissent: adeo perterritus erat. Artemisiam laudatam dimisit ducentem secum liberos regioes ephesum. Nam aliquot eum filii nothi comitabantur: cum quibus ad eorum custodiam misit hermotimum genere pedasensem: sed apud regem inter eunuchos nulli secundum. Incolunt autem pedasenses super alicarnassum apud quos hoc rei fertur contingere: ut quotiens amphiyensibus qui circa eam urbem habitant aliquid aduersi certum intra tempus est euenturum: tunc antistiti que illic minere est grandis barba nascatur: que res bis apud eos accidit. Ex his pedasensibus hermotimus erat: cui maxima ex omnibus: quos ipsi quidem nouimus ultio contigit accepte iniurie. Si quidem eum captum ab hostibus ac uenalem mercatus est peoni⁹ uir chi⁹ ex hoc impurissimo questu quem faciebat uitam ducens. Nam quos pueros forma predictos coemerat eos castrabat: ductos q. aut sardis aut ephesum magna pecunia uenundabat. Apud barbaros enim pretiosiores eunuchi sunt: q. qui non sunt castrati in omni genere fidei gratia. Atq. ut alios multos ita hunc quoq. peonius execut: ut qui ex hac uitam toleraret. Sed non usqua. in foelix hermotimus e sardibus ad regem cum aliis muneribus

De hermotimo pedasensi.

De Peonio uiro chio: q. uitam ex impurissimo questu ducens pueros forma predictos emebat et castrabat et postea uenundabat.

deductus est: progressuq; temporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem xersē est habitus. Cum autem rex aduersus athenas moueret e sardibus per id tempus hermotimus cuiusdam negocii gratia in agrum mysium qui a chiis incolitur sed acarnis uocitatur. Ibi cum inuentum peonium atq; agnitum allocutus est multis et comibus uerbis primum recensens ei quot per illum esset assecutus bona deinde pollicens q̄ illius meritis foret relaturus si homo cum suis domesticis illuc cōmigrasset. Ea oratione libenter audita peonius contulit se illuc cum uxorē et liberis. Quem postq; cum omni re familiari adeptus est hermotimus his uerbis affatus est. O omnium post homines natos scelestissime: qui ex nefandissima negociatione questum facis quid aut ipse ego aut meorum quispiam uel tibi uel tuorum cuipiam mali fecit: quod ex uiro neutrum me reddidisti. Putabas fore ut quę machinabarīs laterent deos qui iusta lege utentes te infandorum opificem tradiderunt te in manus meas: ut de poena a me tibi irroganda queri non possis. Hęc ubi exprobrauit homini filiis in conspectum eius adductis qui quatuor erant coegit patrem illorum genitalia recidere. Qd̄ cum coactus fecisset filii sui adacti sunt eius uirilia abscidere. Ita supplicium ab hermotimo in peonium rediit. Xersēs filiorum ephesum deducendorum negocio arthemisię demando accito mardonio iussit e copijs quas liberet eligere: ut consentanea uerbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die est actum. Noctu autem regis iussu prefecti classis e phalero soluentes retro in hellepontum uersus abierunt: pro se quisq; accelerantes ad custodiendas rates: quibus rex pertransiret. Qui cum ad Zostrem aduentarent minuta quedam continentis portenta promontoria barbari suspicati nauigia esse per diu illinc aufugerunt. Tempore deinde edocti nō nauigia esse sed promontoria in agmen sese receperunt. Vt dies illuxit cę greci cernentes ibidem pedestres copias hostium perstare rati classem quoq; circa phalerum esse & pugnam naualem commutendam se ad resistendum apparabant. Sed cognito illam uela fecisse confestim sibi insequendam censebant. Itaq; eam insecuti androtenus cernere cum nequissent ad andrum profecti consultabant: Quibus themistocles suadebat ut insulas uersus profecti classem hostium insequentes recta ad hellepontum nauigarent soluturi pontes. Huic contrariam eurybiades opponebat sententiam: qd̄ diceret fore: ut si dissoluerent rates maxima ob id calamitate afficerent greciam. Persam enim si deprehensus in grecia manere co-

xersēs exercitus parte mardonio relicta in psidem reuertitur.

geretur non quieturum: quod sibi ocium quidem agenti nec ulla res possit
 procedere nec ullius retro ostenderetur receptus et exercitus suus fame
 conficeretur. Procedenti uero & rebus gerendis operam danti omnia posset
 per europam succedere tum in urbibus tum in nationibus: quæ uel capte fu-
 issent uel antea sese dedissent. Quin etiam rem frumentariam habiturum
 ex annuis semper fructibus grecorum. Nunc autem uideri illum ut pote
 uictum nauali prelio non perstiturum in europa: ideoque permittendum
 fugere: dum in terram suam fugiendo perueniat: de qua terra certamen
 iam fieri iubebat. Huic sententiæ aliorum peloponnesium duces assensere.
 Themistocles postea quod animaduertit se non posse pleris suadere: ut ad helles-
 pontum nauigarent adiit athenienses: qui precipue indignabantur ho-
 stem effugere: animatiq; erant ad nauigandum in hellespontum etiam
 perse ipsos si ceteri recusassent. Eosque ita est allocutus. Et ipse iam mul-
 tis huiusmodi casibus interfui et de multo pluribus audiui talia contigisse
 se uiros ad necessitatem redactos prelium instaurasse et superiorem quam
 accepissent calamitatem emendasse. Itaque nos quoniam inuenimus quo
 pacto et uos ipsos & greciam tueremur repulsa tanta hominum nube
 non insequamur eos fugientes. Neque enim nos istud effecimus sed dii pa-
 riter et heroes: qui inuiderunt unum esse uirum et asiæ regem & europæ
 qui sit impiissimus atque scelestus: qui sacra perinde atque prophana habes
 utraq; incendit: deorumque simulacra subuertit: qui et mare cecidit fla-
 gellis et compedes in illud deiecit. Sed bene nobiscum in presens tem-
 pus agitur. Ideoque nunc quidem: ut et nostri ipsorum et nostrorum
 domesticorum curam geramus: et ut spatium quis ad reficiendas edes
 faciendamque sementem habeat in grecia maneamus barbaro prorsus
 eiecto. Cum autem uer apparet tunc in hellespontum et in ioniam na-
 uigemus. Hæc dicebat themistocles animos sibi apud persam subsidium
 comparandi: ut siquid apud athenienses accideret aduersi sibi habe-
 ret quo se conuerteret: prout & contigit. ~~Hæc dicenti themistocli~~ athenienses
 cum tamen ab eo deciperentur assensi sunt. Nam cum antea
 prudens habitus fuisset postea uere prudens ac bene consulens comper-
 tus esset prorsus ad ei assentiendum prompti fuere. Ille ubi athenienses
 ipsius sententiam probauere misit euestigio uiros quosdam cum na-
 uigio ad exponenda regi mandata iussos tacere etiam si in omne tor-
 mentum deuenirent: quorum unus erat sicinius eius contubernalis.
 Hi postquam ad atticam peruenire ceteris apud nauigium remanentibus: ipse

ad regem ascendit atq; ita eum allocutus est. Themistocles neoclis filius dux quidem atheniensium sed inter omnes socios uir optimus ac sapientissimus misit me tibi hec denuntiaturum gratia tibi inserviendi se retinuisse grecos classem tuam insequendi cupidos pontesq; qui sunt in hellesponto soluendi. Itaq; magno cum silentio te illuc recipias. Hac re nuntiata isti abiire. Greci posteaq; decreuerunt neq; persequenda sibi ulterius barbarorum classem neq; nauigandum in hellespontum ad soluendum traiectum andrum obsederunt animo illam delendi. Nam primi ex insularis andrii pecunias poscenti themistocli denegauerunt: eiq; alleganti athenienses illuc ire duobus magnis numinibus fretos sua dela & necessitate: et ita sibi dandas utiq; esse pecunias responderant. Athenas proportionem magnas esse atq; felices & diis propitiis bene processisse. Nam se ad maximam soli tenuitatem reductos andriorumq; insulam totidem propitia numina nunq; relinquere sed semper incolere inopiam et impossibilitatem: Quibus diis obnoxios andrios pecuniam non datuos. Nunq; enim andriorum impossibilitate ualidiorem fore atheniensium potentiam. Hec illi cum respondissent nec pecuniam dedissent obsidebantur. Themistocles uero neq; enim unq; ab acquirendo cessabant ad ceteras insulas minacia uerba mittens pecuniam flagitabat eisdem nuntiis eisdemq; uerbis utens: quibus apud andrios fuerat usus: nisi pecuniam darent qua poscerentur exercitum se grecorum illuc aduecturum et eam insulam obsessam deleturum. Hec dicendo ingentem uim cogit a caristiis atq; a parisiis: qui audito tum andrum obsideri qd cum mediis sensissent tum themistoclem maximo in honore inter duces esse. Hoc metu pecuniam misere. Aliarum autem insularum aliquae pecuniam dederunt necno affirmare nequeo. Reor tamen alias quoq; dedisse non has solum: quamq; caristiis ne hac quidem re contigit effugere ut parisiis: qui themistocle pecunia delinito hostem deuitarunt. Ita themistocles ex andro profectus clam ceteris ducibus exegit pecunias ab insularis. At copie xerxis illic aliquot post pugnam dies immoderate mouerunt in boetios eadem qua uenerant uia. Quippe Mardonio uisum est simul regem permittere simul intempestiuum propter anni tempus belligerari simul in thessalia satius esse hybernare et deinde ineunte uere tentare peloponnesum. Is ubi in thessalia peruenit: ibi ante omnia decem milia persarum: qui immortales uocant elegit excepto eorum duce Idarne: qui negauit se regem esse relicturum. Item de aliis persis thoracatos et mille equites. Ad hec medorum sacaru,

bactrianorum indorum peditatum equitatumque has nationes sibi totas desumpsit. Ex aliis autem sociis paucos: quorum duntaxat aut speciem animaduvertebat aut aliquod egregium facinus cognouerat. Sed plurimos ex una gente persarum delegit torquatos et armillatos. Secundo loco medos: qui non numero persis inferiores erant sed robore ita ut uniuerfi triginta myriades una cum equitibus essent. Hoc interim tempore quo Mardonius habet delectum copiarum & Xerxes circa thessaliam agit oraculum e delphis ad lacedemonios uenit: ut xersem poenas necis Leonidis reposcerent et quod daretur ex eo acciperent. Mittunt igitur quicquidissime caduceatorem. Is adhuc in thessalia nactus exercitum ubi in conspectum xersis uenit ita uerba fecit.

Rex medorum lacedemonii te et heraclide qui e sparta sunt poenas cedis reposcunt: quoniam regem ipsorum interemisti dum greciam protegit. Ad ea xerxes eachinnos tollens ac diu responso non reddito hic inquit monstra to mardonio ut ei assistebat Mardonius poenas tales dabit qualis illos decet. Caduceator hoc responso accepto discessit. Xerxes Mardonio in thessalia relicto ipse ad hellespontum ire maturabat: intraque quinque et quadraginta dies ad traiectum peruenit nullam prope modum partem copiarum du cens: quae quocumque ueniebant & ad quoscumque homines eorum direptis fructibus uescebantur. Vbi nihil fructuum reperiabant ipsa herba ut e solo germinabat nonnulli deliberatis corticibus & strictis frondibus arborum tam agrestium quam mansuetarum nihil omnino relinquentes hoc pro fame facere coacti: Quos deinde pestilentia excipiens ac dysentoria idest tormina inter uiam exstinguebant. Eorum nonnullos xerxes egrotos reliquit inuungens ciuitatibus ut in quamque ueniebat uti illos curarent et pasceret: quosdam etiam thessalia & aliquot in siri peonie et in macedonia ut sacrum iouis currum quem in greciam tendens reliquerat reuersus non offendit.

Eum peones thracibus cum dedissent: tamen reposcenti xerse dixere una cum equis inter pascendum fuisse abactum a thracibus: qui superiora strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex bisalteorum ac terre crestonice Thrax facinus eximium fecit. Hic & se duntaxat uolentem negauit xersi seruiturum: eoque in edita montis rhodope abiit et filiis uetuit ne aduersus greciam militarent. Illi patre contemptui habito siue alioquin libidine belli inspiciundi militauere cum xerse: qui postquam incolumes reuerterunt omnibus pater erant autem sex ob eam causam oculos effodit. Et isti quidem hanc mercedem acceperunt. Persae autem ubi citato itinere ad traiectum peruenere hellespontum nauibus traicere ad abydon. Non enim intentas iam rates inue-

nere sed tempestate dissolutas. Ibi copiosioresque in itinere comineatum
 adepti nulla modestia sese referentes ac multis aquis permulti interi-
 bant. Ex his qui de exercitu superfuerant ceteri cum xerse Sardis per-
 uenere. Narratur autem & aliter hec res xersis. Posteaque athenis profe-
 ctus est ad oram super Strymonem. Ilinc non amplius iter fecisse. Sed
 exercitu idarni premissis: quem ad ellespontum deduceret ipsum na-
 ui phoenissa conscendisse: ut in asiam se reciperet: et dum cursum tenet
 a strymonia ingenti uento fuisse exceptum et eo uehementius tempesta-
 te vexatum: quod nauis referta uectoribus erat adeo quidem ut sup-
 contabulationes essent frequentes perse: qui cum xerse uehebantur. Ibi
 metu percussus regem cum clamore interrogasse gubernatorem numqua
 salus eis esset. Et cum ille respondisset here nulla admodum est: nisi ho-
 rum uectorum aliqua abitio fiat. Tunc xerses eo audito ita locutum
 Viri perse nunc aliquis uestrum declaret se curam habere regis. In uobis
 enim uidetur esse sita salus mea. Hec ubi dixit xerses illos eo adorato de-
 siluisse in mare. Atque ita leuata manu xerses incolumem in asiam perue-
 nisse: et ubi primum in terram egressus hoc egisse gubernatorem quod re-
 gis quidem animam seruasset aurea corona donasse: quod autem multos
 perdidisset decollasse. Hic alter modus qui narratur reuersionis xersis
 haudquaquam fidem apud me habet cum propter alia tum uero propter
 persarum. Nam id regi a gubernatore dictum est: tamen ex infinitis ra-
 tionibus uel ob hanc unam cui repugnari non potest negarum hoc re-
 gem fuisse facturum. Quin potius persas iussurum et tabulatis inuentis
 nauis descendere utique primores persarum & remiges phoenices nequaquam
 persis numero pares in mare deiecturum. Sed eum se ut superius dictum
 est itinere pedestri cum reliquo exercitu in asiam reuertisse cuius rei id
 quod magno testimonio quod constat xerses cum rursus in asiam se reciperet
 abdera peruenisse adhibuisseque conuiuio abderitas & acinace aureo eos
 ac tyara auro intertexta donasse. Et ut ipsi oppidani aiunt illum postquam
 ex athenis retro fugit quod apud me fide caret illic primum zonam
 resoluisse adeo fuerat terrore correptus. Sunt autem sita abdera ad helles-
 pontum uel potius ad strymonem atque littus: ex quo nauim ille conscen-
 disse fertur. Greci postea quod andrum expugnare nequeunt conuersi
 in carystium uastato illo agro rediere salaminem. Ibi ante omnia diis
 primitias selegerunt cum aliarum rerum tum phoenissarum tritimum
 tres: quarum una reponeretur apud isthmum: quae meam usque memoria

extabat. Altera apud samum. Tertia aiaci illic apud salaminem. Secundo loco prædam inter se dispartiere: ex quibus primitias delphos misere: unde statua effecta est longitudine cubitorum decem truncam nauis partem manu sustinens. Eodem in loco stans: ubi alexander macedo aureus. Missis delphos primitiis greci publice deum percunctati sunt: nunquid perfectas & acceptas primitias accepisset: Quibus ille respondit habere se quidem a grecis aliis: uerum non ab eginetis: sed reposcere donum: optime naute ad salaminem opere in pugna nauali. Id cum audissent eginete aureas stellas tris dedicauerunt: quæ super malum nauis æreum stant apud angulum proxime croesi craterem. Post dispartitam prædam. Greci ad isthmum nauigauerunt daturi precipuum premium grecorum meritis: qui in hoc bello præclarissime rem gessisset. Eo ubi peruentum est duces greci in aram neptuni suam quisque sententiam scriptam detulere: quænam ex omnibus primum et quem secundum iudicaret. In ea autem suum quisque nomen inscripsit sese illum qui præstantissimus extitisset existimans. Sed in secundis partibus themistocli adiudicandis plerique congruerunt. Ita cum singuli in primo loco singulos calculos haberent: in secundo themistocles multo superior extitit. Et licet hanc rem greci luore quodam superfederunt: iudicare in suam quisque patriam reuerti: tamen themistocles & habitus est & celebratus per uniuersam greciam omnium grecorum longe prudentissimus. Ipse quia non fuisset bonore affectus ab iis qui ad salaminem dimicassent: ut honore afficeretur lacedæmonem se contulit. Eum lacedæmonii et splendide exceperunt et magnifice honorauerunt. Et primas quidem partes rei bene geste eurymache: solertiæ uero ac dexteritatis themistocli dederunt: utrique oleaginam coronam donarunt. Præterea hunc biga: quæ apud spartam erat præstantissima: Laudatumque uerbis amplissimis tricenti ex primoribus spartatarum: qui equites uocantur discedentem ad thegeaticos usque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos nouimus hominibus spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem postquam ex lacedæmone athenas uenit: ibi Thimodemus unus ex inimicis eius alioquin non claris uiris luore insaniens crimini dabat icionem in spartam dicens illum athenarum respectu non sui ab lacedæmonii honorem assecutum. Et cum non faceret finem talia dicendi: inquit ei themistocles. O homo ita res habet. Neque ego belbinitanus forem si sic a spartanis honoratus fuisset: neque tu etiam ut sis atheniensis. Atque hæc hæc hactenus. Artabazus pharnacis uir in

Themistocles omnium
grecorum iudicio pru-
dentissimus habitus.

ter persas cum antea illustris cum ex rebus plateensibus factus illustrior regem deducebat is sexaginta milibus: quæ sibi mardonius delegerat: quæ ubi traiectu tenuis comitatus est et iam esse in asiam scit regressus circa pallenen agebat: ut pote mardonio per thessaliam macedoniamq; hybernante nec alias copias obire curante nec e sua dignitate existimabat non diripere rebelles potideatas: in quos casu incidisset. Et tamen potideate postq; rex preterit et classis persica e salamine fugiens abiit e conspectu a barbaris defecerant. Mox aliis quoq; qui pallenen incedebant rebellantibus. Tunc uero artabazus potideam obsedit. Eam autem urbem tenebant bottiei: qui e sinu themeo fuerant a macedonibus eiecti. Hos artabazus postq; obsidione cepit in paludem eiectos trucidauit urbemq; administrandam chritobulo Toroneo tradidit ac generi chalcidensi. Ita chalcidenses olinthum obtinuerunt. Expugnato olintho Artabazus potideæ obsidende impensius incumberebat. Hoc faciens cum timozeno scyoneorum magistratu de facienda proditione transegit incertum mihi quonam modo ab initio. Neq; enim traditur ad extremum ita actum est. Quotiens exaratum libellum: aut Timoxenus ad artabazum aut artabazus ad timoxenum mittere uolebat eo sagitte postrema inuoluebat adaptatisq; desuper pennis ad locum quo conuenerat sagittam emittebat. Sed Timoxenusq; potideam prodebat proditionis compertus est. Nam artabazus ad conuentum locum sagittam dirigens frustrate iactu huiusmodi cuiusdam potideate percussit: ad quem sauciun turba ut assolet in bello fieri cū concurrisset subito reuulsa sagitta animaduertens libellum detulit ad magistratus. Aderat autem et ceterorum pallenensium commilitum: perlecto libello magistratus et cognito proditionis auctore non tamen censuerunt Timoxenum esse plectendum scionæ ciuitatis gratia: ne in posterum scionei pro proditoribus haberentur. Atq; hunc quidem in modum Timoxenus proditionis manifestus fuit. Artabazum uero tris iam menses obsidentem ingens maris estus excepit & is diutinus. Vnde barbari uidentes locum factum lacunosum in pallenen concesserunt: quorum duæ parte commeassent eluuiem tres alie supererant: quas ubi pertraxissent oportebat intrare pallenen. Sed eos tanta maris estuatio inuasit: quanta unq; extiterat ut indigene aiunt cum ea frequenter illic acciderat. Eorum qui nandi erant ignari interiere. Qui erant gnari eos potideate nauigis adorti trucidauere. Huius estus ac stagnationis et cladis persarum ferunt potideate hinc causam extitisse: quod isti e persis

qui sunt a mari oppressi in templum neptuni et eius simulacrum quod
 situm est in suburbanis impie gesserant. Hanc fuisse causam illi uidentur
 uerum dicere. Eos qui superare Artabazus in thessaliam ad mardonium
 duxit. Et cum is quidem qui regem reduxerunt actum ita est. Classiarum
 autem xerxis exercitus: qui super fuerat: ubi e salamine fugiens attingit asia
 rege cum aliis copiis e cheroneso abydom traducto hyemauit apud cumam.
 I dem primo statim uere samum conuenit: ubi nonnullae naues hyemaue-
 rant. Eius classis plerique epibatae erant ex persis et medis ducesque superue-
 nerant mardonites: bagei et artayntes artachei: Cuius patruelis amittes
 ab eodem ascitus eorum collega. Hi utpote magnopere percussi non au-
 debant occasum uersus procedere: ne unus quidem. Sed apud samum sub-
 sidentes: ioniam a rebellando prohibebant trecentas naues cum iadibus
 habentes nec expectantes fore: ut greci in ioniam irent: sed ut sua tutari
 contenti essent. Ducta ex hoc coniectura: quod ipsos e salamine fugientes
 non fuissent insecuti: sed libenter abscississent. Atque ut se uictos mari ita
 longe superiorem terra mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum
 apud samum erant simul consultabant: quoniam res mardonii spectarent.
 At grecos excitabat tum ueris aduentus tum mardonius in thessalia agens.
 Et eorum quidem exercitus pedestris non dum cogebatur. Naues autem
 in eginan abierant numero centum et decem praefecto atque nauarcho leu-
 chitida: qui menaris: qui fuit hesilei: qui fuit hippocratide: qui fuit leu-
 chitide: qui fuit anaxilei: qui fuit archidemi: qui fuit anaxandride: qui
 theopompi: qui fuit nichandri: qui fuit charilli: qui fuit eunoini: qui fuit
 polychetis: qui fuit pritanis: qui fuit euryphontis: qui fuit poelis: qui fuit
 aristodemi: qui fuit aristomachi: qui cleodei: qui fuit hylly: qui fuit her-
 culis filius ex altera ab regia familia. Horum omnes qui prius commemo-
 rati sunt praeter duos post leuchytide reges sparte fuerunt. Atheniensium
 autem duce xantippo ariphronis filio. Hac omni classe eginan profecta
 adueniunt eo nuntii ionum uidem qui nuper ierant ad orandos lacedemo-
 nios: ut ioniam liberarent: quorum unus fuit herodotus basilidis filius
 septem ab initio qui coniuratione inter se facta de trucidando Statte-
 chiorum tyranno postea conspiratione patefacta per unum eorum qui
 rem detulerant: ceteri qui sex erant e chio se subduxerunt spartamque con-
 tulerunt: et tunc in eginam oraturi grecos ut in ioniam nauigarent e-
 gregque exoratos delon usque perduxere. Nam ulteriora omnia grecis formi-
 dolosa erant: tum locorum ignaris: tum plena hostium esse credentibus:

et tantundem abesse Samum / quantum herculis columnas. Contigitq; id rei: ut neq; barbari supra samum hesperum uersus nauigare auderent metu pertentiti / neq; greci chiorum rogatu auroram uersus ultra delon. Ita timor medium eorum tuebatur. Dum greci nauigare in delum Mardonius qui in hybernis apud thessaliam erat inde mouens misit ad oracula quendam genere europeum / nomine murem / iubens ut quacunq; sibi liceret peruaderet ad oraculum consultandum / edocuntq; quid uellet ab oraculis scire. Id autē quid fuerit haud compertum habeo. Non enim memoratur. Opinor nihil aliud q̃ de rebus presentibus fuisse. Constat hunc murem in thelebediam uenisse et mercede corrupto quodam indigena ad Trophonium descendisse et abas phocensium / et illinc ad oraculum. Quin etiam thebas adisse prius: ibiq; tum apollinem ismenium consuluisse: qđ illic quemadmodum in olympia fas est in templis sciscitari oracula / tum quodam non thebano sed hospite pecunia corrupto in delubro amphyarai obdormiuisse. Ideo autem nemini thebano licet in eo loco uaticinium esse: quod cum amphiaras optionem eis dedisset / utrum mallent uate uti se an auxiliatore. Thebani auxiliatorem sibi eum maluerunt. Eapropter nefas est ulli thebano illic obdormiscere. Tunc autem maximum extitisse miraculum athenis mihi narratur Murem europeum peruestigatis omnibus oraculis / iisse etiam apud phanum apollinis ptoi. Vocatur autem id phanum ita. Sed ipsorum thebanorum est situm supra paludem capacem ante montem proxime urbem acrophiam. Ad hoc templum postq; peruenit is: qui mus appellatur / secutos eum tres uiros publice delectos ad describenda ea que homini responderentur. Et statim antistitem barbara lingua usum / et eos qui subsequerentur stupuisse audientes linguam suam progrecā. Cum nescirent quid in presenti negotio agerent murem europeum pugillares ab eis quos ferebant abstulisse / et in illis ea que dicerent a propheta exarasse: eumq; ut dicebant lingua charia: et ubi illa scripsisset / digressum in thessaliam abiisse. Ea mardonius intelligens quid diceret / nuntium dehinc athenas mittit Alexandrum macedonem amynthe filium / tum quia in eum propensi erant perse: quippe cuius sororem Gygeam amynthe filiam in matrimonio habebat Bubares uir perse: ex qua genuit amyntham in asia aui materni referentem nomen: cui ab rege pbrygie data est incolenda est ingens alabanda: tum quia audiebat hospitale atq; munificum esse uirum Mardonium mittendum duxit: hac precipue ratione arbitratus se conciliaturum sibi athenienses / populum & multum

et strenuum esse audiens et qui cladis perficere in mari acceptę precipuus
 auctor extitisset: Quibus conciliatis spem concipiebat facile potiundi ma-
 ris prout etiam contigisset. Nam terrestribus copiis longe sibi superior
 esse uidebatur. Ita colligebat suas res fore superiores rebus grecorum: Cu-
 fortassis oracula illa reddita suadebant: ut atheniensem sibi socium asci-
 sceret. His obtemperans Alexandrum hunc mittebat septimum a perdi-
 cha: qui macedonum tyrannidem obtinuit. Hunc in modum tres fra-
 tres a themeno oriundi. Gauanes: aeropus: perdichas: ex argo in illyricos
 profugerunt: et ex illyriis transgressi superiorem macedoniam peruene-
 runt ad urbem lebeam: ibi se ad mercenariam operam regi locauerunt:
 V nus quidem equis alter uero bobus: minimus autē natu minutis pecorib;
 pascendis. Erant autē priscorum hominum tyrannides in re numaria exi-
 les non solum populares facultates: adeo ipsi regi sua uxor coquebat ci-
 baria. Hęc cum animaduertisset panem pueri Perdiche mercennarii dū
 coqueretur effici duplum q̄ erat: idq̄ semper contingere indicauit mari-
 to. Ille re audita ingressus illico ut ostentum cerneret: quodam modo qd
 in maius excresceret. Moxq̄ accitis mercennariis ut a sua domo discede-
 rent imperauit. Et cum isti dicerent ita demum se abscedere iustum esse
 ubi mercedem accepissent. Tunc rex mercedem nominari audiens hunc
 inquit solem ostendens in deum contumeliosius dignam uobis mercedē
 reddo. Imminebat autem in eades per fumarium sol. Hoc audientes ma-
 iores natu Gauanes et aeropus steterē attoniti. At adolescens accipinus
 rex quę das prelocutus gladio. Nam gladium gerebat: circūscripsit in
 pauimento domus solumq̄ circūscriptumq̄ cum ter in sinum suum
 hausisset abiit cum ceteris. Quale autem esset id quod faciebat puer et
 quod data cum illorum assensu accipiebat minimus natu renuntiavit
 quidam assessorum regi. Hoc audito rex ira percitus equites ad eos interi-
 mendos mittit. Est autem in ea regione amnis: cui tanq̄ liberatori imo-
 lant posteri illorum: qui ab argo erant. Is amnis postea q̄ eum temenide
 transierant: ita uehemens effectus effectus est: ut ab equitibus transiri ne-
 quierit. Temenide in aliam macedonię plagam habitarunt prope hortos
 qui ferebantur esse mīde Gordio geniti. Quibus in hortis sua sponte na-
 scuntur rose sexagenum foliorum fragrantiori odore q̄ ceterę: et in q̄b;
 ut fertur a macedonibus Silenus fuit exceptus. Super eos situs est fons
 nomine berbinus per hyemem inaccessus. Hinc egressi postq̄ eam plagam
 obtinuerunt temenide ceteram macedoniam subegerunt. Ad hoc per

dica hunc in modum alexander oriundus est. Amynthe filius fuit alexander. Amyntas alceste pater. Alceste fuit aeropus. Aeropi philippus. Philippi argeus: huius perdicas: qui parauit imperium. Ita amyntas fuit alexander filius: qui athenas uenit a mardonio missus ita uerba fecit. Viri Athenienses Mardonius hec inquit. Nuntius mihi in hec uerba ab rege uenit atheniensibus iniurias quas mihi intulerunt omnes remitto. Nunc autem Mardonio ita facito. suam eis regionem reddito: preterea aliam e suo arbitratu eligant suaq; libertate potiantur. Quin etiam eorum templa si meum foedus inire uolent omnia que ego incendi restituito. Hic nuntius cum mihi allatus sit necesse habeo ista exequi nisi per uos steterit. Ego uero hec uobis duco dicenda. Quid insanitis bellum regi inferentes: cui nec unq; prestare nec semper obstare poteritis. Nostis enim xersis et copias militum & facta. Auditu quoq; nunc de exercitu qui mecum est: quem si superaueritis atq; uiceritis nulla uobis si sapitis spes erit: cum aliis multo maior sit affuturus. Nolite igitur comparando uos regi priuari solo uestro et pro uobis ipsis assidue discurrere: immo potius his molestis uos explicare: cum afflit uobis pulcherrima explicandi facultas: qd ab rege prouocati ut societatem belli nobiscum ineatis: citra dolum et fraudem liberi eritis. Hoc me iussit athenienses apud uos Mardonius dicere. Ego uero de mea in uos beneuolentia nihil commemorabo. Nec enim primum nunc eam cognouistis.

O bsecro tamen ut Mardonio morem geratis: quos semper ualidos fore ad gerendum cum xerse bellum: quales si animaduertem esse nequaquam huc cum his mandatis uenissem. Quippe regis uires supra hominem sunt et manus prelonga. Quod si propere assentiimini magna pollicentibus: Quippe ex quo foedus facere uolentibus timeo uestram uicem: qui ex omnibus focus & maxima in uia habitatis et soli semper precipuam cladem accipitis.

Possidetis terram inter diuersas acies sitam. Itaq; inducite in hoc animum: quod magnopere est e uestra dignitate: cum rex magnus uobis grecorum solis iniurias remittens cupiat esse amicus. Hec alexander: quem athenas euntem ad inducendum in barbari societatem athenienses cum audiuisent lacedemonii id ne fieret uehementer estimauerunt: reminiscetes oraculorum fatale esse ut ipsi cum ceteris doriensibus e peloponneso eicerentur a medis pariter & atheniensibus. Ideoq; sine mora mittendos illuc censuere legatos. Et sane contigit ut concioni adessent lacedemonii. Extraxerant enim athenienses tempus prope scientes fore ut lacedemonii audirent uenientem a barbaro nuntium ad societatem contrahendam et re audita

mitterent propere nuntium. Quare de industria id fecere ad declaran-
dam lacedemoniis sententiam suam. Vbi dicendi finem fecit alexander
excipientes spartanorum ita locuti sunt. Nos uero misere lacedemonii
oratum uos nequid noui in greciam agatis: neq. uerba que afferuntura
barbaro admittatis: qđ neq. iustum sit ullo modo neq. decorum cum aliis
grecis tum precipue uobis multis de causis. Vos enim hoc bellum excita-
stis etiam nobis inuitis: et propter imperium uestrum est certatum: quod
certamen nunc in uniuersam greciam emanauit: cuius totius uos precipui
auctores fuistis & grecis causa seruitutis. Res nullo pacto toleranda: cum
presertim constet athenienses semper etiam inde a priscis temporibus uen-
dicasse per multos homines in libertatem. Et tristem quidem conditionē
dolemus: qđ iam bis prouentu frugum fraudati estis: et iam diu domibus
que dirute sunt caretis. Quo nomine lacedemonii uobis ac ceteri socii spon-
dent se uxores uestras & omnia ad bellum inutilia proxime domesticos suos
quoad bellum hoc steterit alituros. Neq. uero uos Alexander macedo sedu-
cat commendans mardonii orationem facit quod sibi faciendum est: quip-
pe qui tyrannus tyranno operam prestat. Sed non idem uestra facere inter-
est: si recte sapitis: qui scitis nihil barbaris esse neq. fidum neq. uerum. Hec
cum nuntii dixissent athenienses Alexandro ita responderunt. Et ipsi cogni-
tum habemus hoc uires medorum etiam atq. etiam maiores esse qđ nostras: ut
id nihil intersit exprobrare nobis. Attamen in tutanda libertate eatenus re-
sistemus: quatenus ualebimus. Vt autem societatem cum barbaro contraba-
mus neq. tu persuadere tentes: neq. si tu tentaueris persuadebimur. Tu
uero pronuntia mardonio athenienses dicere quod sol eodem itinere me-
abit: quo nunc meat: eo usq. se nunq. cum xerse societatem inituros: sed
se protegendo propullaturos cum fretos ope decorum atq. heroum: quomā
ille nihil pensi habens et templa & simulacra incendit. Tu quoq. posthac
cum istiusmodi oratione ne committas ut athenis uidearis neue per spe-
ciem emolumentorum nefanda nos facere suadeas. Nolumus enim te in-
gratum quippiam atheniensibus pati: quibus & hospes & amicus es. Hec
Alexandro responderunt: Nuntiis autem spartatarum illa lacedemo-
nios uereri ne foedus ineamus cum barbaro sane humanum est: tamen
hoc uerentes turpe est uenisse: quibus mens atheniensium explorata esset.
Quoniam neq. tantum auri usq. gentium neq. regio ulla specie et bonitate
prestans quam accipientes ut cum medis sentiremus ad tradendam ser-
uituti greciam induceremur: qđ ne faciamus etiam si uelimus et multa

et magna nos adhortantur. primum atq; idem maximum qđ deorum
 edes effigiesq; incense pariter et obrute sunt: quas nos in primis ultum ire
 necesse est potiusq; cum iis foederari qui ista fecerunt: Deinde quod
 sumus greci eiusdem sanguinis & lingue: quoz et phana et sacrificia
 communia sunt et mores assimiles. Eorum proditores fieri athenienses
 non bene haberet. Ex quo si antea nesciebatis nunc id ita accipiatu dū
 uelimus atheniensium supererit nunq; nos conuenturos esse cum xerse.
 ✓ estram autem erga nos providentiam quod consulere nobis domo care
 tibus ita ut domesticos uestros alere uelit gratam habemus. Et licet
 beneficium uestrum cumulatum sit: nos tamen ita illud orabimus: ut
 nihil uobis molestie afferamus. Qđ cum ita sit copias primo quoq; tem
 pore omittendas curare. Nam ut nos coniectamus non diu differet
 barbarus ingredi regionem nostram. Sed simul atq; acceperit nuntiu
 nos nihil eorum esse facturos que orauit. Qui ante qđ adsit in attica
 tempus est nos in boetiam auxilio ire. Hoc ab atheniensibus reddito
 responso Lacedemonii sparta reuerterunt:—

HERODOTI ALI CARNASEI LIBER

OCTAVVS FINIT INCIPIT NONVS

HOC AB ATHENIENSIBVS REDDI
 to responso Lacedemonii sparta reuerterunt.
 Mardonius posteaq; regressus ad eum ale
 xander atheniensium responsa indicauit
 mouens e thessalia citato agmine athenas
 ire contendit. Quacuncq; iter faciebat illinc
 uiros ad bellum sumens thessalis ducibus: quos
 adeo non poenitebat eorum que hactenus
 egerant: ut etiam multo studiosius persam inducerent: e quibus tho
 rax larissus & xersem fugientem deduxerat et tunc Mardonium propa
 lam deducebat in greciam. Mardonium ubi cum exercitu thebas perue
 nit thebani exceperunt suadendoq; non sinebant progredi longius
 quod negaret ullum locum ponendis castris opportuniorem esse qđ illu:
 ubi subsidens consequeretur: ut omnem greciam subigeret. Arduum n.

esse uniuersis hominibus ut subigere grecos inter se conuenientes: quod et antea cognouissent. Si uero feceris dicebant quod nos suademus occupabis nullo negotio ualidissima quæq; illorum consilia. Mitte pecuniam ad illos qui prepotentes sunt in ciuitatibus. Missa pecunia greciam ad factiones rediges. Hinc eos qui tecum non sentient ad inotis copiis facile expugnabis. Hæc thebani suadebant: quibus ille obtemperandum non putauit partim animi fastu partim acri quadam libidine athenas iterum occupandi presertim sperans incensis per insulas ignibus declaraturum se regi sardibus agenti athenas ab ipso teneri. Igitur in atticam contendens: cum ille athenienses ne tunc quidem ut inuenisset sed plerisque eorum in classe ad salaminem esse audiret: urbem cepit desertam decimo mense quæ fuerat iterum ab rege capta. Eo postquam uenit: mittit in salaminem murychidem quendam hellespontium cum eisdem mandatis: quæ alexander macedo pertulisset. Mittebat autem eadem mandata gnarus ille quidem non beniuolo erga ipsum animo esse athenienses sed sperans contumaciam deposituros tanquam subacta omni attica regione & sub ipsius imperio posita. Hac de causa murychidem misit in salaminem. Is ubi in senatum uenit mardonii mandata exposuit. E senatoribus lycidas sententiam dixit satius uideri sibi esse: ut ea quæ murychides apud senatum diceret ipsi admittentes ad populum referrent. Hæc ille dicebat siue quod pecuniam a mardonio acceperisset siue quod id sibi probaretur. Quod simul atque audire athenienses tam in qui ex consilio quam qui extra consilium essent indigne ferentes lycidam circumsteterunt lapidibusque interemerunt. Hellespontium uero murychidem dimiserunt illesum. Excitato deinde lycida rumore apud salaminem et cognito quod gestum erat athenensium uxores alia aliam exhortantes atque prebidentes ultro domum lycidæ adiere hominisque uxorem ac liberos lapidauerunt. Hunc in modum athenienses in salaminem transierunt. Quodiu sibi copias ex peloponneso uenturas auxilio expectabant: tam diu hostes in attica habuere statua. At ubi & socii tardius segniusque agunt & mardonius aduentans iam esse in boetia audiebatur: ita supportatis omnibus rebus et ipsi in salamine traiecerunt nuntiosque in lacedæmonem miserunt tum conquestum de lacedæmoniis qui neglectui haberent barbarum esse atticam ingressum: neque cum ipsis ei in boetiam occurrissent: tum admonitum eorum quæ sibi si ad eum deficere uellent mardonius spondisset tum predictum nisi presidio ipsis essent se aliquod per se met remedium inuenturos.

Agebant autem per id tempus lacedemonii solennia quę uocantur bacchinthia: quę festa dei celebrare plurimi faciebant. Ad hæc murum sibi in isthmo instruebant: qui iam pinnaſ acceperat. Ad hos postea nuntii athenensium lacedemonem uenerunt ducentes secum megarensium ac plateensium legatos ephoris additis ita locuti sunt. Athenienses ad hæc referenda nos miserunt: Regem medorum tum nostram nobis regionem reddere uelle: tū societatem nobiscum equis conditionibus inire citra fraudem et dolum: tum aliam regionem nostrę addere: quam ipsi nostro arbitrio optauerim?

Nos tum pudore greci nominis ac pro magno flagitio ducentes prodere greciā annuere nolle se recusare: quauis iniuria affectos a grecis ac proditos.

Qui etsi non ignoremus conducibilius esse nobis societatem inire cum persā q̃ bellum gerere: tamen sponte nostra societatem non inibimus. Et hæc q̃dē nostra sunt: quę in grecos prestamus officia. At uos qui tunc in omnem metum deueneratis ne pacisceretur cum persā: posteaq̃ compertam habuistis sententiam nostram nequaquā prodendi greciam et murum quem in isthmo edificabatis absoluiſtis: nullam habetis athenensium rationem: et cū conueneritis nobiscum de occurrendo persę ad boetiam desertores extitistis: pro nihilo ducentes barbarum atticam esse ingressum. Itaq̃ uobis athenienses in presens usq̃ succensent qd non estis officio fundi. Quod superest: ut primo quoq̃ tempore nobiscum copias mittatis iubent: quo barbarum in attica: quoniam in boetiam defecimus: excipiamus nostra in terra. Ibi campus thriasiuſ appositissimuſ erit ad dimicandum. Hęc ubi accepere ephori responsuſ in diem posteruſ distulerunt: postero die in alteruſ idq̃ in decem dies fecerunt: diem de die extrahentes: intra q̃s dies uniuersi peloponnenses magno studio incumbentes isthmuſ muro intercludere ad finemq̃ perduxere. Non ausim dicere hanc fuisse causam: cur isti tantopere solliciti fuerint: cum alexander macedo athenas pergebat: ne athenienses medorum partes sequerentur. Nunc autem nihil aliud curarent q̃ ut sibi isthuſ inedicaretur: putantes non amplius quicq̃ athenensium indigere. At sub aduentu alexandri in atticam muro quem extruebant nondum perfectu persas uehementer extimescebant. Tandem et responsuſ et exituſ fuit huiusmodi. Pridie q̃ ultimū conciliu fieret uir Tegeata nomine chileuſ apud lacedemonios maxime inter hospites potentis: cum audisset ab ephoris omnia quę athenienses dixissent: his uerbis eos allocutus est. Ita se habet uiri ephori si athenienses non sentiunt uobiscum sed cum barbaro: quauis ualido muro sit isthuſ inedicatus: tamen fores pate-

facte sunt barbaro in peloponnesum. Quare prius eos audiat q̄ aliquid decernant: qđ cladem grecię afferat. Hoc chileus consilium dedit: qđ i animum admittentes ephori confestim nihil collocuti cum nuntis qui a ciuitatibus uenerant quinq̄ milia spartitarum cum adhuc nox esset miserunt preposito eis pausamia cleombroti filio: que prefectura erat quidem polystarchi leonida geniti. Sed cum is puer esset pausamias prefectus est: qui eius patruelis erat & idem tutor. Nam cleombrotus anaxandride pater pausamie iam non supererat non diu postq̄ copias que muſ extruebant in isthmo reduxerat uita fundus. Reduxerat autem ab isthmo copias cleombrotus ob eam causam: qđ sibi inter sacrificandum aduersus persam sol in celo obscuratus esset. Allegit autem sibi pausamias collegam euryanactem doris filium suum gentilem. His copiis e sparta cum pausamia profectis nuntiu de ularum profectioe ignari ubi dies illuxit ephoros aduunt habentes in animo abire in suam quisq̄ ciuitatem. Vbi adierunt ita uerba fecerunt. Vos quidem lacedemonii desidentes hic celebratis hyacinthia ac ludicris socios proditis. Athenenses uero ut a uobis lesi ob penuriam sociorum: ita ut poterunt cum persa transigent: soluta autē societate uobiscum palam est uos si socii regis fuerint militie comites futuros in quancunq̄ regionem nos illi educent. Inde uos discetis quidnam uobis ex ea re sit euenturum. Hec locutis nuntis ephori iureiurando interposito dixere suas se copias putare in orestio esse tendentes aduersum peregrinos: peregrinos autē barbaros appellabant. Hoc illi non intelligentes quid diceretur sciscitabantur. Sciscitati et rem omnem edocti atq̄ stupefacti q̄ celerrime abire ad illos insequendos et cum iis quinq̄ milia lacedemoniorum delecta. his isthmum uersus ire maturantibus Argiui ubi primum audiuerunt copias e sparta cum pausania profectas preconem quem optimum e diurnis cursoribus inuenerunt in atticam mittunt ad mardonium: cui uidelicet antea receperant se futuros impedimento: quo minus spartiata egredieretur. Preco ubi athenas peruenit Mardonius inquit miserunt argiui nuntiatum tibi iuuentutem e lacedemone ēē progressam: sequi ne illa progredieretur perstare nequiuisse. Ad hec tu bonum consilium adhibe. Hoc ille locutus retro abscessit. Quo audito Mardonius iam non fidebat amplius perstare in attica: ubi ideo hactenus immoratus fuerat qđ audire cuperet ac scire ab athenensibus quid ageretur neq̄ populans neq̄ ledens atticum agrum assidue sperans fore: ut secum illi paciscerentur: qđ ubi desperauit re comperta priusq̄ pausamias cum copiis isthmum egre-

deretur subduxit exercitum incensis athenis siquid aut murorum aut
 edium priuatarum sacrarumq; extabat eo omni disrupto atq; obruto.
 1 deo autem excedendum sibi putauit: qđ neq; adequabilis esset attica re-
 gio neq; si ipse male pugnasset euadi poterat nisi per angustias: ubi a
 paucis transitu prohiberi posset. Statuit igitur recedere illinc thebas
 tum ciuitatem amicam tum regionem equitibus opportunam. Profe-
 cto illinc Mardonio et iam iter facienti affertur nuntius properans a
 lum exercitum mille lacedemoniorum Megara iter habere. Eo audito
 consultabat si quo pacto hoc primum posset excipere. Itaq; conuersum
 exercitum ducebat Megara premisso equitatu: qui omnem oram mega-
 ridem excurrere excursaret. Hucusq; europe ad solem occidentem uer-
 sus longissime processit hec persica expeditio. Post hec nuntius ad mar-
 donium uenit grecos in isthmo coactos esse. Ita retrocessit p seceam.
 Magistratus enim thebani accolae asopiorum accersierant: qui Mardonium
 in sphendaleas et illinc in tanacram duces itineris deduxerunt. In tana-
 gra noctem moratus Mardonius postero die in scolon transuersis trami-
 tibus agri thebani peruenit ubi thebanorum rura tametsi medical par-
 tes fouentium uastauit non illorum odio sed ingenti necessitate ada-
 ctus: quod uellet tum castra communire tum si sibi in acie non cederet
 ex sententia effugium comparare. Porrexit autem castra sua ab erythre-
 is secundum hysia platten si tenuis agro iuxta flumen asopum muro cō-
 muniens sed non pro magnitudine castrorum uerum per singulas frō-
 tes dena stadia. Hoc in opere barbaris occupatis Attaginus phryiono
 filius uir thebanus conuiuio magnifice apparato Mardonium ipsum
 & persarum honoratissimos quinquaginta inuitauit. Fiebat autem coe-
 na thebis. Inuitati illi hominem sunt secuti. Cetera quę referam ex the-
 sandro accepi uiro quidem orchomenio: sed orchomeni inter primos
 honesto: qui se quoq; arcebat ad hanc coenam ab attagino inuitatum
 cum quinquaginta thebanis nec utrosq; seorsum discubuisse sed in sin-
 gulis lectis alternos persam et thebanum. Secundum coenam cum po-
 tioni daretur opera persam qui eodem toro recumbebat grece ipsum
 interrogasse cuius esset: se uero respondisse orchomenium esse. Tum il-
 lum dixisse: Quoniam tu mihi mense consors et libaminum effectus es
 uolo tibi relinquere sententię mee monumentum: ut ipse quoq; persci-
 us huius rei queas tibi consulere. Cernis hos persas in conuiuium acce-
 ptos & copias: quę ad flumen in castris relictę sunt horum omnium

paruo post tempore pauculos cernes superstites & inter dicendum multas lachrymas effudisse admiratumq; se ea oratione ad eum dixisse. Nonne hoc Mardonio hec expedit dicere: et iis persis qui secundum eum in honore sunt et illum subiecisse. hospes quicquid adeo fieri oportet id homini inuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisq; uult. Hoc permulti persarum cum sciamus tamen mardonium sequimur illigati necessitate. Est enim hic in domibus acerbissimus dolor eum qui multum sapit munime potentem esse. Hec ego ex orchomenio thesandro audiebam. Et preterea ipsum hec statim aliis enarrasse priusq; prelum ad plateas factum est Mardonio in boetia statua habenti. Attulerunt copias ceteri circa greci: qui cum medis sentiebant et ad athenas congregati sunt preter phocenses. Nam et isti partibus medorum studebant: non tamen uoluntarii sed coacti. Idem non multis post diebus q; thebas itum est et ipsi aduenere mille armati duce armocide inter populares spectatissimo. Eos Mardonius ubi thebas peruenere missis equitibus iussit seorsum in campum subsidere: quod cum fecissent protinus affuit uniuersus equitatus. Unde postea rumor exercitum grecorum qui cum medis erant peruasit phocenses idem diuulgatum est: quos tunc dux suus harmocides his uerbis adhortabatur. O phocenses palam est hos homines certe nos neci destinasse accusatos ut opinor a thesalis. Quare unumquemq; uestrum oportet egregium uirum: Quoniam satius est nos aliquid agentes ac propulsantes oppetere in pugna q; dedentes nos foecissima morte trucidari. Ipsi quoq; intelligant se barbaros esse inter grecos: quibus morte intulerunt. his suos harmocides hortabatur: Quos ubi concludere equites inuehebantur tanq; ad eos occidendos telis intentis ueluti emissuri non nulli emiserunt. Phocenses ex aduerso stantes facto orbe quoquo uersus cum sese opponerent: Ibi equites digressi retro abiire incertum an ad hos interficiendos rogatu thesalorum ierint equites. Et posteaq; animaduertunt eos ad defendendum se conuerrere ueriti ne ipsi uulnerarentur ita retro abcesserint tanq; a mardonio iussi an experiri uoluerint nunquid isti prestantis haberent. Post abcessum equitatus misso ad eos preconem Mardonius ita inquit. Bono estote phocenses animo: viros enim uos esse dedistis specimen non tales quales ego audieram: Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Non enim aut me beneficiis aut regem uincetis. Hactenusque circa phocenses sunt gesta. Lacedemonii ubi ad isthmum uenere: ibi castra communiere qd; audientes ceteri peloponneses: utiq; ii quibus

Mardonius in grece a xerxe
relictus equitatum in grecos
immittit masistius ducē quo
occiso perse in fugam uertit.

meliora cordi erant: cernerentq; spartiatas egredi uolentes indignum se
putauerunt a lacedemoniis se in exeundo superari. Itaq; cum pulchre lita-
tum esset: cuncti ex isthmo profecti sunt & in eleusinem peruenerunt. V-
bi cum pulchra etiam fuissent exta ire perrexerunt. Quibus athenienses e
e salamine transmittentes in eleusine admixti sunt. Isti postea q̄ ad eurythras
boetis uenere cognito barbaros ad asopum castra habere inito de hac re con-
silio e regione tetenderunt sub citheronis radicibus: in quos Mardonius qd̄
in campum non descenderent omnem immittit equitatum: cui preerat Masi-
stius a grecis macistius dictus uir apud persas inclutus niseo equo insidens au-
reo freno et aliis insignibus eximie ornato. Equites ubi promouere ad grecos
per turmas aggressi multum detrimenti inferebant foeminas eos compellando.
E rant forte megarenses ea parte collocati: qua parte nulla alia magis oppugna-
ri nullaq; magis ab equis adiri poterat. hac impressione equitum megaren-
ses quia satagebant mittunt ad duces grecorum preconem: qui ita cum uenit
uerba fecit. Megarenses aiunt uiri socii nos soli excipiendis hostibus impa-
res sumus: qui tenemus eandem in qua collocati sumus a principio stationem.
1 bi haftenus tamen si egre tamen strenue fortiterq; resistimus. Nunc nisi
nobis alios substituatis scitote nos ab acie discessuros. Hec ubi prece renuntia-
uit Pausanias experiri grecos si qui alii ultro ad locum irent ut megarensi-
bus succederent. Recusantibus ceteris athenienses susceperē hoc munus ui-
delicet eorum trecenti delecti quibus preerat olympiodorus lamponis. hi
fuere p̄x omnibus grecis ad erythras castra habentibus instructi succedere
sagittariis sibi assumptis. Qui cum aliquandiu pugnassent hic fuit exitus
pugne: impressionem faciente per turmas equitatu equus masistii ut erat
plus aliis eminens sagitta per latus ictus est: quo dolore in pedes erectus ma-
sistium excussit. Collapsum confestum athenienses circūstunt equo prehen-
so hominemq; sese defensantem interimunt: cum aliquandiu non potuisset.
Ita enim fuerat armatus: quod scilicet intus gerebat thoracem aureis squa-
mis confectum desuper phoeniceum paludamentum. Eius thoracem cum fe-
rrent non prius aliquid profecerunt q̄ quidam re animaduersa eum per-
cussit in oculo. Ita masistius collapsus interit: quę res latebat alios equites.
N on enim eum aut ab equo cadentem uiderant aut occumbentem. Ac ne tu
quidem cum se recipientem quod actum erat cognouere. Sed postq̄ con-
stitere quia ipsis imperabat statim desiderauerunt ducem: cognitoq; quod
gestum erat mutuo se adhortati omnes in hostem equos admisere: ut mor-
tuum eriperent. Eos conspicati athenienses non iam turmatim sed uniuers-

sos pariter irruere certum exercitum inclamauerunt. Dum omnis peditatus
 auxilio ueniebat interea cietur acre prelium de cadauere. Quodiu soli erant
 trecenti illi longe reiecti sunt relicto cadauere. At ubi presidio uenere co-
 piae non amplius perstitere equites. Ita nec mortuum eripere potuerunt:
 sed alios super illum e suis amisere. Digressi illinc duo circiter stadia con-
 sultantes quid opus facto esset decreuere sibi carentibus prefecto eundem
 ad mardonium. Vbi in castra rediere ingens luctus cum omnem exercitum
 tum uero mardonium cepit extincti misistii uiri secundum mardonium ho-
 noratissimi tam apud persas quam apud regem ita ut eiulatus eorum omnem
 boetiam peruaderet et se ipsos et equos & iumenta totonderint. Et barbari
 quidem suo more misistium defunctum honorabant. Greci postea quod equita-
 tum inuadentem excepere et exceptum repulere multo sunt audaciores ef-
 facti: et ante omnia cadauer plaustro impositum per stationes circutulerunt.
 Erat autem spectaculo digna proceritatis ac forme gratia: quod ideo faciebant:
 quia cuncti relictis stationibus ad intuendum misistium pergebant. dehinc
 censuerunt ad plateas descendendum: quod sibi plateensis ager multo esset
 opportunior habendis castris quam erythreus cum propter alia tum propter a-
 quandi commoditatem. Vbi uisum est in eum locum et ad fontem garga-
 phium qui ibidem est satius abire et dispositis stationibus illic habere castra.
 sumptis armis abierunt per radices citheronis secundum hysias in agrum
 plateensem. Eo cum peruenere stationes nominatum communierunt pro-
 xime fontem gargaphium & phanum androcantis herens per non editos
 tumulos et locum planum. Ibi in distinguendis nationibus magna sane al-
 tercatio extitit inter tegeatas atheniensesque utrosque se dignos qui alterum
 cornu tenerent arbitratel et sua facinora preclara tum recentia tum prisca
 referentes. Dicebant quidem his uerbis tegeate hoc nos semper digni ho-
 nore a sociis omnibus habiti sumus: quotienscunque a peloponnensibus co-
 muniter in externas peregrinationes itum est: et proxime quondam iam
 inde ex quo heraclide post mortem eurystei sunt conati in peloponnesum
 redire: quo tempore hanc dignitatem assecuti sumus ob hanc rem gestam:
 posteaque cum acheis et ionibus: qui tunc peloponnesum incolebant nos au-
 xiliarii in isthmum profecti consedi mus aduersus eos qui redire conabantur.
 Tunc hyllus orationem habuit non expedire ut uterque exercitus confligen-
 do periclitaretur: sed ut aliis acquiescentibus secum singulari certamine di-
 micaret is quem peloponnenses iudicarent e suo exercitu prestantissimum.
 Accepta conditione peloponnenses foedus in hec uerba percusserunt. Si uincet

hyllus peloponnesium ducem: ut heraclides in paterna reuertantur:
 Sin uictus fuit retro heraclides cedant et exercitum abducant: neue per
 annos centum de redeundo in peloponnesum agitent. Ex omnibus sociis
 ad eam rem uoluntarius electus dux atq. idem rex noster certamine
 hyllum echemus eropi filius phrygis nepos: qui singulari congressus certa-
 mine hyllum interemit: Ex quo facto nos cum alia decora inter pelo-
 ponneses assecuti sumus: que adhuc obtinemus: tum hoc ut alteri cor-
 nu preessemus: quotiens itur in expeditionem. Et uobis quidem lacede-
 monii non aduersantur. Sed optionem reddimus utri cornu preesse ma-
 litis. Alteri uero cornu ut presumus nobis uendicamus: quemadmodum
 fecimus ad hoc tempus etiam citra hoc factum qd narrauimus: atheni-
 ensibus digniores: qui hanc dignitatem obtineamus: Quippe qui prospe-
 re et multa uobiscum uiri spartiate certamina decertauimus: et mul-
 ta cum aliis: Quo fit: ut equius sit nos alterum cornu tenere q. atheni-
 enses: a quibus non tales geste res sunt: quales a nobis neq. recentes neq.
 uetuste. Hec tegeate: Ad que hunc in modum respondere athenienses.
 E t si scimus hac copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia esse
 contractas: Tamen quia tegeata referre constituit preclara facinora:
 tum uetusta tum noua: que per omne tempus utriq. fecerunt fecerunt:
 necesse habemus et nos exponere apud uos: unde nobis patrium est: q.
 semper egregii fuimus esse primos potiusq. arcadibus heraclidas: quo-
 rum ducem isti apud isthmum se predicant interfecisse: nos soli exce-
 punus eiectos prius ab omnibus grecis: quos illi myceneorum seruitu-
 tutem fugientes adibant: et eurystoi iniuriam unacum eisdem pugna-
 do propulsauimus: uictoriaq. potiti sumus de his qui tum peloponne-
 sum tenebant. Preterea argios qui aduersum thebas cum polynice
 militauerant uita defunctos ac insepultos ducta in cadmeos expedi-
 tione a nobis receptos fuisse dicimus: et in nostra apud eleusinem bu-
 matos: Iam uero nostrum preclarum facinus extat in amazonidas: q.
 a flumine thermodonte aliquando in nostram regionem excurrere.
 A c ne in heroum quidem laboribus qui ad troiam bellauerunt fuimus
 in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem.
 E t enim siue qui tunc egregii fuere: nunc instrenui sunt: siue tunc instre-
 nui: nunc sunt egregii: satis sit de rebus priscis ista dixisse: ut nulle
 res alię a nobis geste sunt: que multe et preclarissime sunt: prout quo-
 runq. aliorum grecorum: certe ob rem in maratone a nobis gestam di-

gni sumus: qui hoc decus et alia insuper obtineamus: qui soli grecorum per nos cum persa dimicauimus et rem tantam aggressi uictores euasimus sex et quadraginta nationibus superatis. Quo solo nomine nonne digni sumus: ut hunc loci honorem consequamur. Verum non decet harum rerum conditione de loci dignitate contendere. Vbicunq; et iuxta q̄s cunq; uobis lacedemonii uidebimur appositissimum nos stare illuc eūtes obtemperabimus. Vbicunq; enim collocati fuerimus conabimur strenui existere. Itaq; educite nos tanq̄ uobis parituros. Hec cum sua parte dixissent athenienses cunctus lacedemoniorum exercitus succlamauit digniores qui cornu tenerent athenienses esse q̄ arcades. Ita athenienses tegeatis superiores habuere cornu. Mox hunc in modum instructi sunt: et qui superuenere grecorum et qui a principio uenerant. Dextrum cornu tenebant lacedemoniorum decem milia: quorum quinque milia erant spartiatarum: quos custodiebant leuiter armata triginta quinque milia seruatorum septenis seruis circa singulos spartiatas collocatis. Applicauerant sibi spartiate et honoris et uirtutis. Ergo tegeatas numero mille et quingentos armatos. Secundum hos stabant corinthiorum quinque milia. Preter hos inueniebantur apud pausaniam stantes trecenti potideate eorum qui erant ex pallene. Iuxta hos stabant arcadium orchomeniorum sexcenti. Iuxta hos sicyonum tria milia. Hos sequebantur epidauriorum octingenti. Super hos locati erant troezeni mille: iuxta troezenios totidem lepreotes. Post hos myceneorum et tyrinthiorum quadringenti. Secundum hos mille phliasii. dehinc hermionenses trecenti. Iuxta hermonenses eretriensium et styreorum sexcenti. Iuxta hos chalcidensium quadringenti. Post hos amprociatarum quingenti. Post eos leucadiorum et anactiorum octingenti. hos sequebantur pallenensium: qui sunt ex cephalonia ducenti. Post hos instructi eginetarum quingenti. Iuxta hos megarensium tria milia: quos sequebantur plateensium sexcenti. Vltimi et item primi stabant atheniensium leuum tenentes cornu octo milia duce aristide lisimachi. Hi omnes preter eos qui septeni circa singulos spartanos stabant fuerant numero omnes grauis armature aduersus barbarum contracti. Leuiter uero armati triginta quinque milia septem circa singulos spartiatas collocati unusquisq; ad pugnandum instructus. Circa ceteros lacedemonios ac grecos singuli ferme leuiter armati numero triginta quatuor milia quingenti. Summa totius leuis armature que pugnare posset sexaginta milia quingenti. Totus autem

Nūc grecorū qui cū Mardo-
nio pugnauerunt.

Quomodo suos milites
Mardonius i acie instruxit.

grecus exercitus: qui ad plateas conuenit pugne aptus tam leuis q̄ grauis
armature fuit undecim myriades minus mille & octingentis idest centum
octomilia ducenti. Sed numerum undecim myriadum expleuere Thespian-
ses: qui aderant ad mille octingentos: qui nec ipsi arma habebant. Et hi q̄-
dem greci ad flumen asopum castra distributi communierant. Barbari
uero: qui cum Mardonio erant postea q̄ Masistum luxerunt cognito grecos
apud plateas esse et ipsi ad asopum: qui illac fluit e regione sunt a mardo-
nio collocati. Aduersus lacedemonios perse: qui numero longe antedebat
eorum acies quę multe erant usq̄ ad tegeatas opponabantur: ita ut quod
robustissimum in exercitu erat id omne contra lacedemonios: quod infir-
mius id contra tegeatas esset. Hoc faciebat Mardonius thebanorum iudi-
cio atq̄ admonitu. Iuxta persas idem collocauit medos: ut ex aduerso essent
corinthii & potideatis & orchomenii & sicionii. Post medos collocauit
bactrios ex aduerso epidauniorum et troezeniorum & lepretharum ac ti-
rinthiorum mycenearumq̄ & phliasiarum. Secundum bactrios collocauit
indos ex aduerso herminensium & herethicorum styreorumq̄ et chalciden-
sium. Post indos statuit sacas oppositos ambraciotis & anactoris & leuca-
diis & paleensibus et eginetis. Post sacas posuit ex aduerso atheniensium
plateensiumq̄ ac megarensium. Boetios et locros et melienses et thessalos &
mille phocensium. Non enim phocenses omnes a partibus medorum stabant
sed eorum nonnulli cum grecis sentiebant. Apud parnasum deprehensi et
illinc profecti deduxerant comitatuq̄ fuerant Mardonii copias pariter
& grecorum qui cum illo erant contra athenienses item posuit macedonas
thessaliquq̄ accolas. Hę nationes a mardonio in aciem instructę erant ma-
xime celebres maximeq̄ insignes & precipue mentione dignę. Nec non
ceterarum quoq̄ gentium uiri memoratu digni cum aliarum tum pbry-
gum mysiorum thracum peonum et egyptiorum: Qui hermotybie et ca-
lasyries nominantur gladio cincti: qui soli sunt ex egyptiis pugnaces a
Mardonio cum adhuc essent in phalero e nauibus in quibus epibate erāt i terrā
translati. Non enim cum pedestribus copiis: quę cum xerse athenas ierāt
egyptii censi fuerant. Barbarorum ut etiam superius ostensum est trigin-
ta myriades fuere. Grecorum uero Mardonii auxilium nemo nume-
rum (neq̄ enim numerati fuerant) nouit. Ut autem coniectura colligi
licet ad quinq̄ myriades fuisse coniecto. Tot qui ex aduerso instructi fu-
ere pedites. Equitatus uero seorsum erat collocatus. Ita dispositi nationa-
tum manipulatunq̄ utriq̄ postero die sacrificauerunt. Apud grecos aruspex

erax Tisamenus anthiochi filius. Is enim hunc exercitum uates comitabat^r helius quidem et ex genere lamideorum clytiades: sed a lacedemoniis ciuitate donatus. Nam consultanti uaticinium apud delphos de prole respondit pythia. Quinq; ipsum maximas palmas e certaminibus reportaturum. **O** raculo non intellecto Tisamenus gymnasiis operam dabat tanq; gymnical uictorias adepturus. Cumq; se exerceret ad quinq; certamina in uno dum currit olympia uenit in contentionem uictorie cum hieronymo andrio. Lacedemoni interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum sed ad bellica conabantur eum mercede conducere: ut una cum heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animaduertens spartiatas plurimum facere amicitiam suam abnuebat: qd negabat se aliud pretio facturum. id q; si spartiatam se ciuem facerent omnia iura ciuitatis impertientes. Id spartiate cum audissent ab initio ferentes indigne oraculum missum omniⁿo fecerunt. Tandem in mente hoc ingenti perfici exercitus metu annuebant impertire homini qd uolebat. Eos iste immutatos intelligens negare iam se illo solo esse contentum. Sed oportere etiam fratrem suum etiam fieri spartiata ea conditione qua et ipse fieret. Hoc dicens inuitabatur ut coniectare licet Melamponidem regnum pariter et ciuitatem deposcens. Etenim melampus cum ab argiis mercede conducetur e pylo ad compescendum morbum furoris mulierum argiarum deposcebat pro mercede dimidium regni. **R**ecusantibus id argiis atq; digressis cum plures e mulieribus insanirent ita obtemperantes qd Melampus poposcerat daturi reuerterunt. Ibi ille cernens hos esse immutatos plura optauit negans se indulturum que uellent nisi et fratri suo bianti tertiam partem regni donassent. Argi in actum redacti hoc quoq; annuerunt. Ita spartiate Tisameno quo maiorem in modum egebant prorsus assenserunt. et concessu istorum tisamenus beleus spartiata effectus quinq; maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. hi duo ex omnibus hominibus soli sunt a spartiatis ciuitate donati. Quinq; autem certamina hec fuere vnum et id primum hoc quod pugnatum est apud plateas: alter quod in tegea cum tegeatis atq; argiis: Tertium quod in depeusensibus cum uniuersis arcadibus preter mantineos: Quartum qd cum messeniis ad isthmum: vltimum: quod in tanagra cum athemiensibus & argiis. Hoc ultimum consumauit quinq; certamina. Tisamenus igitur spartiatarum tunc ductor uaticinatus est grecis in agro platensi. Et apud grecos quidem pulchre litatum est si se defenderent non si asopum transgressi pugnam capesserent. Mardonio autem capessende pugne auido non extitere pulchra exta: nisi et ipse sese

Hegesistratus vir beleus
quid fecerit.

defenderet. Nam is quoque grecis sacrificiis utebatur aruspice habens hegesistratum uirum beleum et Telldorum prestantissimum. Hunc ante ea tempora spartiatque cum uicissent in uincula coniecerant morte affecturi: ut a quo multa et intoleranda perpessi fuissent. Hegesistratus in hac calamitate positus utpote pro anima sollicitus et qui ante mortem multa ac tristitia foret passurus rem perpetravit fide maiorem. Nam ut erat ligneis atque ferratis soleis uinctus ferro quod illatum fuit potitus confestim excogitauit opus omnium quos nos nouimus animosissimum. Commentus qua ratione reliquum educeretur precidit sibi dimidium pedem. Hoc acto quis ab excubitoribus obseruaretur tamen subrupto muro profugit in tegeam uersus noctu iter faciens interdum siluis se abdens atque immorans: ut trinoctio tegeam perueniret: uniuersis lacedemoniis eum passim perscrutantibus admirantibusque magnopere hominis audaciam: cuius dimidium pedem iacentem cernebant: ipsum nusquam inuenire possent. Ita hegesistratus lacedemonios elapsus in tegeam que per id tempus non erat pacata lacedemoniis transfugit. Sanato uulnere & ligneo pede affixo ex professo lacedemonii hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in lacedemonios odium profuit. Nam cum in zacyntho uaticinaretur ab iis captus atque interemptus est. Verum hic hegesistrati interitus posterior rebus plateentibus fuit. Tunc autem is a mardonio non exigua summa conductus cupide sacrificabat tum in lacedemonios odio tum lucri gratia. Cum igitur non essent pulchra ad pugnam committendam neque ipsi grecis neque persis qui cum illis erant habebant enim greci & suum aruspice quendam leucadium hipponachum. Cumque dilaberentur multi greci suasisit mardonio timogenes herpyi uir thebanus: ut exitus citheronis custodiendos curaret: quod diceret assidue grecos ad hostem quotidie transire: seque complures comprehendisse. Iam dies octo abierant positus e regione castris: cum iste mardonio consilium dedit. Mardonius admoneri se probe intelligens primis tenebris equitatum mittit ad ingressus citheronis: qui plateas ferunt: que boetii tria capita athenienses capita quercus appellant. Equites missi non frustra peruenere. Nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta: que com meatum e peloponneso ad exercitum subuehebant diripiunt: et eos qui iumenta sequebantur immisericorditer trucidant neque iumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis postea quod satis sunt grassati cum ceteris que eripuerant ad mardonium sunt et exercitum reuerfi. Post hanc rem gestam biduum absumptum est: neutris pugnam laces-

serere uolentibus. Nam etsi asopotenus barbari processerant irritandi grecos gratia neutri tamen sibi transeundum statuebant. Equitatus modo Mardonii progrediebatur et grecos molestia afficiebat: quia thebani utpote in amorem Mardonii uehementer propensi ferebant alacriter bellum et assidue prouehantur usque ad prelium. Deinde excipientes perse pariter ac medi precipue preclara facinora edebant. His amplius ad decem usque dies nihil est actum. Vbi undecimus dies illuxit cum et greci multo plures efficerentur ad plateas castris e regione positis et Mardonius statione grauarietur. Ibi uenere in colloquium Mardonius Gobrys filius & Artabazus pharnacis uir apud xersem inter paucos persarum uirtutis expertus. Quorum consultantium hec fuere sententie. Artabaxi quidem expediens esse contra etisq; primum copiis ire ad moenia thebana: quo multum reifruentarie ipsis multumq; paubuli iumentis compararent. Atq; ibi confidentes perocium rem conficerent uidelicet cum multum auri tum non signati haberent multum etiam argenti ac poculorum ne parcerent illis sed ea ad grecos mitterent eos precipue qui ciuitatibus presiderent. Fore enim ut sua traderent libertatem: neq; oportere pugnandi adire discrimen. Eadem thebanorum que istius sententia erat tanq; aliquid contra hoc prospiciens Mardonius autem sententia ferocior pertinaciorq; & nullo modo cedens. Quippe opinantis meliorem suum esse q; grecorum exercitum: sanctiusq; primo quoq; tempore confligere q; committere ut plures q; coacti erant greci cogeret. H egestistrati uero auspicia ualere sinere nec eis ium asferre. Quin immo persarum more seruato debere confligere. Mardonio ita opus facto esse consenti nemo contradicebat. Qui ubi sententia sua uicit accitis cohortium prefecit et qui secum erant ducibus grecorum. Penes eum nanq; erat summa imperii non penes Artabazum percontabatur nunquid oraculum scirent de persis tanq; perituris in greca. Silentibus euocatis partim qd ignoraret oracula partim qd haud tutum putarent proferre quod scirent inquit ipse Mardonius. Quoniam uos aut nihil nostis aut promere non audetis: ego rem proferam tanq; bene cognitam habens. Est oraculum persis fatale esse ut in greciam profecti diripiant templum quod delphis est: utq; direpto templo omnes intereant. Quo circa cum hoc sciamus neq; diripere conabimur neq; adibimus templum ob hanc rem interitum deuitari. Quo nomine quicumq; uestrum bene persis uolunt uoluptatem capiant tanq; persis grecos superaturis. Hec locutus secundo loco signum dedit: ut omnia apparerentur & corpora curarent ueluti sub lucis exortum prelio futuro oraculu:

quod ad persas aiebat spectare Mardonius. Id ego scio non persis redditum, sed illius et encheleorum copiis. Quod autem de hoc prelio redditum est a Bacide, id uero hoc fuisse Gramineis ripis asopi ac Thermodontis Barbarice grans acies clamore coibunt. Hic multi occumbent defuncti munere uitae: Quando sagittiferis aderit lux ultima medis. Hec ego atq. alia his similia emiseo noui ad persas spectauisse. Fluuius autem Thermodon Tanagram atq. gliscentem interfuit. Insequenti nocte q. Mardonius de oraculis interrogauit, exhortatusq. suos est excubitores dispositi fuere. Eius noctis cum multum processisset, conticiniumq. in exercitu esset & tempus concubium, tunc alexander a mynthe dux & idem rex macedonum ad excubias atheniensium adequauit, efflagitauitq. ut cum ducibus colloqueretur. Nonnulli ad duces cucurrerunt, quibus aditis inquirunt quendam equo aduectum esse e castris medorum, q. nihil aliud proloqueretur nisi nominatim appellans atheniensium duces uelle se in colloquium illorum uenire. Duces hoc audito confestim ad locum excubiarum secuti sunt. Quos Alexander ubi ubi uenere, his uerbis allocutus est. Viri athenienses hec ego uobis uerba deposito trado, necui efferatis nisi pausaniae: ne ob id me perditum eatis: qd. haudquaquam dicerem nisi cum uersa grecia sollicitus essem. Quippe uetusta origine grecus sum: nec uelle uidere greciam pro libera seruientem. Itaq. uos certiores facio Mardonium atq. exercitum litare non posse. Alioquin olim iam conflicturum. Is nunc sacrificia ualere sinere constituit, et ubi primum illuxerit uobiscum confligere extimescens admodum quantum ego conicio ne plures ad uestras copias accedant. Ad hec uos parati estote. Qd. si differet Mardonius, nec committet certamen, uos perseuerate hic manere. Paucos enim dies eis suppetat comineatus. Sin hoc bellum uobis ex sententia finietur, debet aliquis uestrum reminisci mei meeque libertatis: qui grecorum causa rem adeo temerariam libenter tamen feci: ut ad uos consilium mardonii deferrem: neue barbari ex improviso uos adorirentur. Ego autem sum alexander macedo. Hec locutus alexander macedo ad exercitum se recepit ad suamq. stationem.

Duces atheniensium ad cornu dextrum profecti, quae ab alexandro audierant pausaniae retulere. Hac oratione pausanias in metum persarum adductus, qm. inquit sub auroram prelium fiet, expedit uos athenienses stare in acie aduersus persas uobis cognitos: ut qui cum medis in marathone pugnastis. Nos uero qui horum sumus in experti atq. ignari. Nemo enim spartiatam medorum periculum fecit, contra uobis oppositos boetios et thessalos: quorum sumus experti horum grecorum gratia. Itaq. opus est sumptis armis uos in hoc

dextrum nos in sinistrum cornu transire. Ad hec ita respondere athenienses.
 Nobis quoque olim iam inde ab initio postea quam aspeximus persas aduersus nos esse instructos fuit in animo istud dicere: quod uos dicere occupastis. Sed uerebamur ne non grata uobis esset oratio. Nunc quandoquidem ipsi fecistis huius rei mentionem et iucunda uobis oratio est parati sumus illud exequi.
 Vbi hoc utrisque complacitum est & loca permutauerunt sub auroram rem animaduertens boeti ad mardonium detulerunt. Ea audita mardonius ex templo & ipse conatus est persas contra lacedemonios transferre. Pausanias hoc fieri intelligens nec latere factum suum rursus in dextrum cornu spartiatum reducit. At ubi mardonius & ipse suos in sinistrum cornu duxit: et acies pristino in loco steterunt misso caduceatore ad spartiatas mardonius ita inquit. Lacedemonii uos uero fama fert omnium qui istic sunt esse prestantissimos qui neque bello fugiatis neque ordines deseratis sed perstantes aut interficiatis hostes aut ipsi occumbatis. Horum nihil admodum ueri est: quippe cum ante quam manus conferantur uos cernamus fugientes aciemque deserentes: & relegata atheniensibus periculo consistens ex aduerso nostrorum seruorum: quod ne utique est factum prestantium uirorum. E quo plurimum de uobis nos fefellit opinio: quos expectabamus ex nominis gloria iussuros uestra sponte caduceatorem nos prouocatum: quod cum solis persis tanquam huic rei sufficientes pugnare uelletis. At nihil tale inuenimus quale ferebatur: sed potius esse uos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipsi non occupastis hoc dicere uos occupamus: ut quandoquidem uos inter grecos prestantissimi esse existimamini et nos inter barbaros dimicemus totidem utrinque numero. Et si uideatur ut ceteri quoque utidem et illi postmodum pugnent.
 Sin hoc non uideatur sed satis esse nos solos decernere nos soli decernamus. et utri e nobis uicerint hi totum exercitum uicisse censeantur. Hec fatum caduceator cum aliquandiu expectasset nemine quippiam respondente retro abiit: et rem mardonio retulit. Ille maiorem in modum letatus & frigida uictoria elatus equitatum in grecos immisit. Equites in grecos inuadentes omnem illorum exercitum perturbabant iaculis sagittisque incessentes.
 Qui cum essent hippotoxote id est equites sagittarii cominus pugnare insueti fontem gargalum unde cunctus grecorum exercitus confuderunt obstruxeruntque eum iuxta fontem soli lacedemonii stationem habebant. Ceteri greci: ut quique stationes habebant magis minusue procul illinc aberant.
 Erat quidem asopus in propinquo: sed aquari ex eo ab equitibus missilibusque prohibiti ita ad fontem pergebant. Hunc in modum aqua exercitus exuit

cum esset et ab equitatu perturbaretur. Duces grecorum tum his tum aliis de causis frequentes ad pausaniam in dextrum cornu ueniunt. Qui etsi talis esset res status tum ob id precipueangebantur: quod iam re frumentaria deficiebantur: cum ipsorum serui in peloponnesum missi frumentatum intercluderetur ab equitatu: quominus ad castra reuerterentur. De hoc deliberantibus ducibus uisum est. si perse eo die superederent committere prelium esse eundem in insulam que ab asopo et fonte gargaphio ubi castra habebant decem stadiis abest ante oppidum plateense sita in continente. Hunc in modum fluuius superne a citherone delabens in campum diuortia facit: rursusque intercapedine trium ferme stadiorum sua fluenta commiscet. Huic insule nomen oreoe: quam asopi filiam esse indigne autem.

In hunc locum greci transire decreuerant: ut assatum aque ad usum haberent: neque ab equitatu sicuti ex aduerso erant infestaretur. Et decreuerunt transire noctu secunda uigilia: ne ipsos proficiscentes conspicati perse insequente equitatu in tumultum uerterent. Quinetiam cum ad eum locum uentum esset: ubi asopi filia oeroe diuortio aquarum a citherone cingitur mitterent sub noctem dimidium copiarum in citheronem ad recipienda seruitia: que frumentatum concesserant. Erant enim illa in citheronem ad recipienda seruitia: que frumentatum concesserant. Erant enim illa in citherone interclusa. Hec ubi statuerunt totum illum diem incessente equitatu immensum laborem pertulerunt. Sub exitum diei digressis equitibus ea noctis hora que de abeundo conuenerat.

Nonnulli ut moueri coeptum est iter plateensem ad urbem tendunt cupidum equitatum effugere in templumque iunonis effugiendo perueniunt: quod situm est ante urbem a fonte gargaphio uiginti stadiis distans.

Quo ubi peruenere positis pro templo armis circa templum ipsum castra posuere. Hos pausanias cernens ab exercitu digressos precepit et ipse lacedemonius: ut sumptis armis irent: qua ceteri procederent ratus illos tendere ad locum constitutum. Ibi ad obtemperandum pausanias ceteri prefecti parati cum essent ammopharetus poliade tribunus cohortis pithanetorum negare se fugituum peregrinos neque ultro dedecoraturum se spartam: quin etiam mirari id quod fieri cerneret: Quippe qui colloquio superiori non interfuisset. Pausanias autem et eum nax cum indigne ferentes non parere sibi illum tum indignius cohortem pithanetam relictum in tribuno repugnante: quod erat futurum si ipsi eos missos facerent gratia exequendi: que cum aliis grecis constituissent. Hoc reputantes substititerunt.

cum laconicis copiis conabanturq; persuadere homini non id facto opus
esse. Et alii quidem hortabantur solum ammopharetum a lacedemoniis
ac tegeatis relinquere. Athenienses autem hoc sibi faciendum putarunt:
ut ubi collocati erant ibi persisterent intelligentes lacedemoniorum
ingenia aliud sentientium aliud dicentium. Itaq; ubi exercitus mouere
coepit equitem e suis misere speculatum nunquid spartiate tentarent
abire & abire prorsus in animo haberent sciscitatumq; a pausania quid
nam facere oporteret. Preco ubi peruenit lacedemonios cernit in loco in
structos eorumq; primores tendere ad rixas. hortantibus enim ammo
pharetum eurinacte & pausania ne lacedemonios qui soli remanebant in
periculum traderet nec dum persuadentibus donec uentum est ad iur
gia. Interuenit preco atheniensis Ammophareto inter altercandum sume
te ambabus manibus saxum & illud ante pedes pausaniae ponente ac di
cente se illo calculo sententiae suae calculum dare non fugiendos esse pere
grinos barbaros peregrinos appellans. Eum pausanias insanum nec poten
tem mentis uocans ad preconem atheniensem quae iussus erat percontante
respondit ut illis referret presentem rerum suarum statum obsecrans eos
ad se uenirent & de discessu rerum suarum statum obsecrans eadem quae
ipsi agerent preconem ad athenienses reuerso hos inter se altercantes aurora
deprehendit. Ad id tempus pausanias moratus dato signo ceteros omnes
lacedemonios tegeatis sequentibus per edita abduxit ratus ammophare
tum non deserturum alios prout & contigit. Horum itinere rursus in
structa acie athenienses iere. Et quia lacedemonii praecepta occupauerant
et citheronis radices metu equitatus ipsi deorsum ad campum deflexere
Ammopharetus non credens ausuros ipsos relinquere pausaniam circuire
eos qui manebant ne desererent ordinem. At ubi ii qui pausania erant
iam abibant. Tunc ratus e disciplina militari se deserere sumptis armis cohortem
suam lento gradu ducere ad agmen quod decem circiter stadia pro
gressum ad amnem morantem in loco qui argiopius ubi situm est templum
cereris eleusine substiterat opperiens ammophareti cohortem eo consilio
ut si ammopharetus cum sua cohorte non discederet loco quo instructa
erat sed in eo persisteret retro hominem ad suppetias iret. Itaq; ut ammo
pharetus cum suis ad ceteros peruenit & omnis barbarorum ingruerat a
gens pro sua consuetudine. Nam cum inspexisset locum ubi superioribus
diebus habuerant greci castra uacuum admissis equis assidue insequi per
gens illos adeptus urgebat. Mardonius quoq; cognito hostium habitu inspectos

loco deserto accitis thorace larisseo et fratribus eius euryphilo & thrasycleo inquit. Filii aleuei quidnam dicetis adhuc cum iam deserta cernatis a lacedemoniis: quos negabatis uos finitimi ex acie fugere sed uiros summos esse in bellica: qui et prius ut omnes uidimus locum in acie immutauerunt et nunc proxima nocte se fuga proripuerunt. Proripuerunt autem quia necesse eis fuerat cum iis prelio decernere: qui non falsi sunt hominum prestantissimi. unde nullius esse se pretii inter grecos et ipsos nullius pretii uiros ostenderunt. Ceteri uobis persarum inexpertis saneque ignoscebam laudantibus uobis istos expertos. Artabazum autem uehementius admirabar formidare lacedemonios et preformidine sententiam dicere ignauissimam expedire his castris nos in urbem thebanorum concedere obsidendos: quam sententiam rex antea aliunde quam ex me audiet. Sed de his alias dicetur. Nunc autem istis ita facientibus non est remittendum sed instandum: donec intercepti nobis dent poenas eorum que in persas perpetraverunt. Hec locutus persas asopo transmissis cursim ducit contra grecorum agmen tanquam fugam capessentibus: lacedemoniosque solos ac tegeatas adeptus est. Nam athenienses transuersis tramitibus super precepta in planum digressos non cernebat. Ceteri barbarorum agminum prefecit persas mouentes ad grecos insequendos conspicati: et ipsi signis cuncti insequuntur pro se quisque maturantes nulla diligentia nullo ordine uiam ingressi. Et isti quidem uociferatione ac tumultu instabant grecis tanquam excepturi. Pausanias autem ubi equitatu premi coepit: equitem ad athenienses mittit qui hec diceret. Viri athenienses proposita dimicatione maxima ut aut libera grecia sit aut seruituti obnoxia proditi sumus a sociis noctu elapsi et nos lacedemonii & uos athenienses. Quod reliquum est ita nobis uidetur esse faciendum: ut quam strenuissime possumus nosmet ipsos defensantes mutuo simus auxilio. Si in uos priores impetum dedisset equitatus e nostra dignitate erat & tegeatarum: qui nobiscum greciam prodiderunt subsidio uobis uenire. Nunc quoniam totus in nos equitatus contendit debetis uos ad partem maxime laborantem suppetias ferre. Quod si uobis aliquo discrimine occupatis fas non est subsidio uenire saltem hoc gratificamini nobis: ut sagittarios mittatis: quos agnoscimus longe omnium qui in hoc bello sunt promptissimos esse ad nos exaudiendos. Hec ubi audire athenienses cum mouerent ad ferendum strenuissime opem et iam aduentarent ibi in eos uigreeci: qui partes regias sequebatur ex aduerso instructi inuadunt: Quo factum est: ut athenienses ab his urgentibus auxilium ferre

non possent egre admodum id ferentes ita destituti lacedemonii numero cum leui armatura quinquaginta milia & tegeate numero tria milia. hi enim nusq̃ a lacedemoniis dirimebantur sacrificauerunt tanq̃ conflictum cum mardone pontibusq̃ copiis. Et cum litare non potuissent multi eoru interea cadebant multo plures uulnerabantur. Confectis enim gerris perse ingentem uim sagittarum emisserunt adeo instanter ut satagentibus spartiatibus & quia litari non poterat respiciens ad templum iunonis plateensium Pausanias unplorarit deam obsecrarit: ne spes sua ipsos omnino frustraret.

A. dbuc co deam his uerbis inuocante Tegeate prius exurgentes in barbaros tendunt: statimq̃ post pausanie preces sacrificantibus lacedemoniis exta pulchra extitere: qui & aliquantulo post & ipsi in persas eunt. Perse omissis arcubus ex aduerso steteret: Ad quorum gerra prima atrox commissa est iuxta ipsum cereris templum: eaq̃ pertinax donec ad propulsioneu uentum est.

S. i quidem barbari prehensantes lanceas confringebant nec audacia nec robore inferiores sed inermes erant et imperiti nec hostibus pares: Qui etsi deni pluresue haud pauciores in singulos irruebant: tamen qua confusi incedebant a spartiatibus conficiebantur Mardonius qua parte ipse ex equo albo ciens pugnam mille delectis persarum prestantissimis stipatus ea maxime parte hostem urgebat: Qui q̃diu superstiti tam perse resistentes seseq̃ defensantes strauere multos lacedemoniorum. Postea q̃ Mardonius et agmen: qd̃ circa illu robustissimum erat occubuit. Tum deuium alii quoq̃ terga uertentes cessere lacedemoniis: quorum plerisq̃ officiebat uestis armis uacans. Inermes enim cum armatis prelium faciebant. Ibi et ultio necis leonide de Mardonio peracta est secundum oraculum spartiatibus redditum. Et uictoria omnium quas unq̃ nouimus speciosissima potitus est Pausanias cleombroti filius anaxandride nepos. horum superiora maiorum nomina in leonida recensui: qui et pausanie maiores fuere. Oppetuit autem Mardonius sub arimesto uiro inter spartiatas eximio: qui aliquandiu post bellicum medicum trecentos uiros secum habens apud Stenicerum cum omnibus messeniis quibuscum erat bellum conflixit: ubi ipse & trecenti occubuere. Ad plateas autem perse postq̃ a lacedemoniis in fugam uersi sunt nullo ordine ad castra sua contendunt et ad murum ligneum quem fecerant in parte quadam agri thebani. Tenet me admiratio cum iuxta templum cereris diuicarent ne unum quidem persarum uisum esse intrasse phanum neq̃ circa templum occubuisse sed plerosq̃ in prophano. Opinor siquid de rebus humanis opinari oportet dea ipsam eos non recepisse: quia templum: quod in eleusine anactorium concre-

Pugna inter mardonium & grecos: in qua perse fundit: Pausaniasq̃ uictoria potit.

Mors mardonii.

mauerunt. Hactenus pugna hec gesta est. Artabazus pharnacis: cui iam inde ab initio displicuerat. Mardonium relinqui ab rege in grecia. quique multis uerbis pugnam dissuadens nihil profecerat. hoc sibi faciendum putauit. Is quod sibi non placerent. que a mardonio fiebant. eos quibus preerat (preerat autem non paruis copiis ad quadraginta milia hominum) ducebat instructos. dum prelium fiebat. quid futurum e prelio esset probe intelligens. iusseratque omnes ire confectos. quacunque ipse duceret. et qua uiderent ipsum festinantem. Sic iussas tanquam ad pugnam copias ducebat. Et ut suos cundo precedebat. cernit persas fugientes. Ita non seruat amplius eodem ducendi ordine. sed repente effuso cursu. fugę se dedit. non ligneum murum uersus. aut thebana. sed repente effuso cursu. fugę se dedit. moenia: sed ad phocenses. animoque quicquid celerrime perueniendi ad hellespontum. et hi quidem horsum iter intenderunt. Ceteris autem grecis: qui stabant a regis partibus. ignauiter de industria agentibus. Boetii tamen per diu cum atheniensibus decertauerunt. Nam ex thebanis: qui cum modis sentiebant: ii non parum strenuos se prestituerunt. qui nolentes ultro ignauiter agere. ita dimicarunt: ut trecenti eorum primores ac fortissimus quisque illic sub atheniensibus occubuerint. Vbi et isti terga dederunt. non quo perse & alia multitudo. que aut cum nemine pugnauerat. aut non expectauerat. sed thebas uersus fugerunt. Omnem rem pependisse e persis: quamque et ipsorum quidam ante quam cum hoste congregerentur. fugę se mandauerunt. apud me fidem facit: quod ad persas intuebantur.

A tque ita cuncti illis uictis fugam capesserunt. preter equitatum cum alium tum boetiorum: qui hactenus profuit fugientibus: ut assidue adherens hosti arceret eum ab amicis: quos greci insequabantur. Insequabantur enim greci uictores urgendo xersianos atque interficiendo. Inter hunc tumultum nuntiatum grecis: qui circa templum iunonis instructi a prelio aberant. geri prelium & pausianos uincere. Ea re audita corinthii megarenses et phliasii nullo ordine eunt. Corinthii recta per colles: qua itur ad cereris templum. Alii per campum: que planissima uiarum est: quos iam hosti propinquos nullo ordine irruere conspicati thebani equites. quorum profectus erat asapodorus timandri equos in illos mutauerunt: eosque adorti sexcentos strauerunt. ceteros ad citberonem usque persecuti terga dantes occiderunt. Et isti quidem megarenses atque phliasii nulla cum laude perierunt. At perse ceteraque multitudo postquam ad ligneum murum effugerunt. turre ante quam lacedemonii adueniant ascendere occupant. illis consensit quicquid commodissime possunt. mun-

prestruunt: ex quo subeuntibus mox lacedemoniis acrior extitit muri expugnatio. Nam quoad athenienses abfuere sese barbari defensabant: sed etiam lacedemoniis antecellebant utpote ignaros murorum oppugnandorum. Ut uero athenienses superuenere tum atrox muri oppugnatio propugnatioque extitit: eaque permagno temporis spatio. Tandem uirtute et pertinacia athenienses murum transcenderunt subuerteruntque. Atque ea parte se greci infuderunt: quorum tegeate introiere principes: idem tentorium Mardonii dirpuerunt: et ex eo cum alia tum uero equorum presepere exere totum spectatu dignum: quod persepe mardonii Tegeate in templo ageles minerus reposerunt. Nam cetera que cepere in unum cum ceterorum grecorum preda contulerunt. Prorupto muro barbari non amplius cateruam cogere: nemo strenuitatis memor esse uidelicet oppressi intra exiguum tempus et tot myriadibus interceptis exterriti: quos tanto studio greci trucidabant: ut ex triginta myriadibus exceptis quatuor cum quibus artabazus aufugit: ne tria quidem milia hominum cecidi superfuerint. E lacedemoniis qui spartani essent unus et triginta sunt omnino desiderati: Tegeatarum sexdecim: Atheniensium duo et triginta. Inter barbaros strenuissimi extiterunt epe-
 1 ditibus quidem perse: ex equitibus autem sace: e uiris uero Mardonius.

Inter grecos cum Tegeate atheniensesque multum eminuerunt: tum multo plus lacedemonii: quod robustissimum fuit hostilis exercitus superauerunt: quorum longe prestantissimus extitit mea sententia aristodemus ille qui solus trecentorum ex thermophilis quod euasisset decus ignominiamque acceperat. Secundum hunc nauauere operam possidonius & Phylocyon et amompharetus spartiatas: quanquam cum sermo haberetur quisnam prestantissimus extitisset: ii spartiate qui affuerunt censuerunt Aristodemum: etsi preclara facinora edidit: tamen ad eluendam eam quam contraxerat inuidiam ordinem deseruisse & propalam mori uoluisset. Possidonium uero qui mori noluisse ob id extitisse tanto prestabiliorem uirum. Verum id fortasse liuore dixerunt. Qui hac in pugna mortem oppetiere omnes honore affecti preter aristodemum: qui ideo caruit honore: quod ob causam predictam sibi occumbendum putauit. Hi sunt qui ad plateas nobilissimi extitere. Nam calicrates extra prelium occubuit: quo nemo tunc in castra grecorum prestantior uenerat non modo lacedemoniorum sed etiam aliorum grecorum Pausanias hic cum sacrificasset sedens in ordine sagitta per latera ictus est: et cum aliis pugnantibus ipse exportaretur sese morientem miserabatur ad Arminesium uirum plateensem inquiring non sibi

Qui grecorum strenue pugna-
 uerint hoc prelio cum mardo-
 nio commisso.

De Aristodemo lacedemonio
 qui strenue hac mardoniana
 pugna se gesserit.

dolere qđ pro greca periret sed nihil manu usus esset nullamq; operam nauasset dignam se & sua cupiditate nauandi. Ex atheniensibus eminuisset fertur Sophanes eutychedis e tribu decelensi. Decelenses autem rem aliquando gesserunt ut ipsi athenienses auint in omne eum fructuosam. Si quidem cum olim ad inuestigandam helenam tindaride cum magnis copiis oram atticam inuasissent & populos e sedibus suis eicerent ignari quonam loci subducta helena esset tunc decelenses ferunt et ut quidam uolunt ipse decelensum dolore contumelie que theseo fieret tum metu totius atheniensium ne uastaretur exposuisse illis omnem rem gestam: eosq; deduxisse ad aphideas quas Titacus indigena tindaridis proderet. Quo facto permansit decelensibus ad hanc usq; memoriam in sparta immunitas uestigalium et dignitas presidendi adeo quidem ut bello qđ multis post annis inter athenienses atq; peloponnenses gestum est Lacedemonii cum ceteram atticam popularentur a decelenta temperauerint. Ex hoc oppido ortus Sophanes et preclarissime inter athenienses nauata opera ancipiti sermone celebratur. Vno fertur gestasse ferream anchoram e balteo thoracis cathena alligatam: quam quoties aduentantibus hostibus propinquus erat abiciebat: ne illi irruentes ipsi ex ordine sumouere possent. Rursus eisdem fugam facientibus resumpta anchora ita fugientes insequabatur. Altero sermone a superiori differente fertur gestasse anchoram non ferream ex balteo alligatam sed insignitam in scuto: quod nunq; acquiescens assidue rotabatur. Extat et alterum Sophanis preclarum facinus: qđ obsidentibus eginam atheniensibus Eurybiadem uirum argium quinq; certaminum uictorem ex prouocatione interemit.

Sed aliquanto post hoc bellum in quo uir egregius extitit dum atheniensium una cum leargo Glaucenis dux esset et de metallis aureis decertaret: contigit ut sub hedonibus apud daton occumberet. Post barbarorum stragem ad plateas editam transfugit illuc ad grecos mulier quedam: que erat pallata pharnadatis filii teaspis uiri perse. Hec cum accepisset persas fusos esse grecos uictores: tum multo auro ornata inter ancillas & ipsas ornatas tum ueste speciosissima carpento aduenit: ex eoq; descendens pergit ad lacedemonios adhuc in cede occupatos et intuita pausaniam illa omnia ad ministrantem agnouit hominem: cuius & nomen iam pridem & patriam didicerat eius genua amplectens. Sparte rex inquit libera me supplicem captiuitatis seruitute: quam etiam hoc facto de meritis es: qđ istos extinxisti neq; demonum neq; deorum respectum habentes. Equidem genere sum coa hagetoride artagore filia: quam ui raptam ex coo uir persep habuit.

H uic respondens pausanias Bono inquit animo esto tum quia supplex tum quia uera loqueris. Nam filia es agethoride coi mihi inter omnes qui illa circa loca incolunt hospitii summi. Hec locutus eam in presentiarum ephoribus qui aderant commendauit. Postmodum in eginam quo illa uoluit ducendam curauit. Post huius mulieris digressum continuo mantieni superuenerunt re iam confecta. Qui se animaduertentes uenisse sero ad pugnam magne iacturæ loco id sibi putauerunt. Sed idoneos se esse ad sumendas de se poenas dixere. Itaque cognito medos qui cum artabazo erant fuge se mandasse eos in thessaliam usque persecuti sunt. et si uetantibus lacedemoniis insequi fugientes: iidem postea domum reuersi duces suos exilio mulctauerunt. Post mantienas aduenere helei: qui itidem ut mantieni magno id sibi detrimento existimantes domum regressi sunt: suosque et ipsi duces exterminauerunt.

H actenus de mantienis et de heleis. Erat ad plateas in exercitu eginetarum e primoribus lampon pythæi: qui pausaniam adiens infandissima est usus oratione inueniens. Fili cleombroti rem tu mirificam magnitudine & fulgore gessisti: Cui diu retribuerunt: ut liberata grecia omnes quos nouimus grecos gloria supergrederis. Quod superest in hac re ita agas ut tu maiore fama celebres. Et aliquis barbarorum posthac caueat nefanda facinora perpetrare in grecos. Etenim Leonide apud Thermophilas interempti relicto capite Mardonius ac xerses truncum in crucem sustulerunt: quibus si uicem reddes laudem nancisceris primum ab omnibus spartiatibus secundo loco ab omnibus grecis. Siquidem suffixo Mardonio Leonidam patrum tuum fueris ultus. Hec lampon gratiam se initurum ratus apud pausaniam dicebat. Cui respondens pausanias Tuam inquit hospes egineta beniuolentiam atque providentiam amplector: tum ab equitate iudicandi deceras.

Nam et me et patriam quos in altum extulisti ob hæc gesta ad nihilum redigis: cum suades mihi scire in mortuum: atque me auditorum melius: si istud fecero: quod barbaros potius decet facere quam grecos: quodque iam illis etiam probamus. Quare ego neque eginetis neque illis quibus ista probantur assentior contentusque sum spartiatibus placere ut honeste agam honesteque dicam.

Leonide cui me iubet parentare affirmit et ipsi et ceteris qui apud thermophilas occubuerunt magnifice esse parentatum innumerabilibus horum funeribus.

Tu uero posthac ad istud me consulendum ne me adieris: quod tibi impune esse loco beneficii imponas. hoc cum audisset abiit. Pausanias edicto proposito ne quis de præda quid tangeret. iussit seruos omnem comportare pecuniam. Illi per castra dispersi inueniunt tentoria auro et argento referta.

Lampon egineta

Lectosq; auro et argento constratos crateras etiam aureas phialas & alia uas-
 sa potoria nec non saccos super plaustra interlucentibus intus inclusis
 ex auro atq; argento lebetibus. Quin etiam et ceterorum cadaueribus exu-
 ebant armillas & torques & acinaces aureos. Nam uarii generis uestime-
 ta nullius momenti haberentur earum rerum multum furto subtrahen-
 tes serui eginetas uenundabant multum quod occultare non poterat re-
 presentabant: unde principium extitit ingentium diuitiarum eginetis
 utpote aurum a seruis pro ere mercantibus collata pecunia decima sele-
 gerunt: ex qua tum deo delphis est tripes aureus ibi repositus est insistens
 super tricipiti ex ere colubro proxime aram. Tum deo qui est apud isth-
 mum neptunus ereus septem cubitorum: Tum deo qui est in olympia
 iupiter ereus decem cubitorum. hac parte selecta ceteras inter se distri-
 buerunt pro suo quisq; merito accipientes. Itemq; pallacas persarum &
 auri & argentum ac reliquam pecuniam cum iumentis. Quae autem
 peculiariter data sunt iis qui optimam operam nauauerunt ad plateas
 refertur a nemine. Data tamen fuisse arbitror. Certe pausanias sunt ex
 omnibus dena et ea electa dono data ex mulieribus equis talentis ca-
 melis et item ex ceteris rebus. Feruntur autem haec quoq; acta esse et xer-
 sem dum e grecia fugit omnem apparatus suum ex auro argentoq; &
 peripetasmatis mardonio reliquisse. Et pausaniam dum eum apparatus
 uidit iussisse pistores et quosquos cenam sibi ut mardonio instrueret.
 Quod cum illi fecissent tum pausaniam lectos intuentem aureos argente-
 osq; probe instratos mensasq; aureas et argenteas magnificumq; cene
 apparatus propositis bonis stupefactum imperasse per iocum suis mi-
 nistris: ut laconicam instruerent coenam. Id cum illi e spatio multum
 distante fecissent: ibi eundem cachinantem accersisse grecorum duces:
 eisq; ubi conuenerunt inter ostendendum utriusq; coene apparatus
 dixisse. Viri greci hac ego uos de causa conuocaui: quod uolebam uobis
 amentiam medorum ducis ostendere: qui cum talem uitam duceret ad
 nos subigendos uenit: qui tam misere uiditamus. Hec Pausanias apud
 grecorum duces dixisse fertur. Interiecto deinde tempore complures
 plateensium repperunt loculos auri argentiq; ac aliarum pecuniarum.
 Hoc quoq; rei apparuit postmodum in his mortuis carne nudatis: ut cu-
 eorum ossa comportarent unum in locum plateenses inuentum sit ca-
 put nullam suturam habens sed uno ex osse solidum: item maxilla cum
 eo quod super maxillam est habens dentes et si distinctos tamen ex uno

osse uniuersos tam molares q̄ ceteros: Quinetiam ossa uiri quinq̄ cubitoꝝ.
 P ostero die cum Mardonii cadauer non extaret: incertum a quibus homi-
 nibus supertractum: audiuisse tamen iam diuersos illum sepelisse. Et ob
 id permultos scio ingentia dona ab artonte Mardonii filio accepisse. Quis
 autem suscepit curam cadaueris Mardonii humani pro comperto nō
 potui audire. habet tamen huius rei non nihil fame Dionysophanes
 uir ephesijs. Et Mardonius quidem hoc modo tumultatus est. Greci uero
 postea q̄ predam dispertierunt: cōsōs separatim quisq̄ suos tumultauit. La-
 cedemonii tribus sepuchris effectis in eorum uno sacerdotes: ē quibus fue-
 re possidonius & Amompharetus & phylocyon & callierates. In altero re-
 liquos spartiatas. In tertio seruos humanauerunt. Hunc in modum lace-
 demonii sepulti sunt. Tegeate uero et athenienses suos utriq̄ promiscue
 condiderunt. Nec non megarenses atq̄ philasii suos ab equitatu inter-
 emptos. Horum omnium sepulchra fuerunt plena. Nam aliorum sepul-
 chra: quę ad plateas ostenduntur: ea sunt quantum ego accipio ab iis
 excitata: qui erubescere se a pugna abfuisse: cum sero superuenissent.
 Q uippe tumulus illic uisitur: qui dicitur eginetarum: quem ego audio
 decem post hanc pugnam annos: rogatu eginetarum ab aleade autodici
 uiro plateensi illorum hospite excitatum fuisse. Greci statim a cōsōrū
 humatione in agro plateensi iūto consilio uisum est thebis bellum in-
 ferendum: petendumq̄ eos: qui cum medis sensissent: et in primis time-
 genidem & attaginum: qui principes factionis fuissent: et si eos dedisset
 non prius ab urbe discedendum: q̄ eam euertissent. Hoc ubi decreuere
 undecimo a pugna die mouentes obsidere thebanos iussos dedere quos
 diximus uiros. Abnuentibus dedere thebanis agrum eorum populabant:
 murumq̄ adoriebantur: Quibus ab agro uastando non desistentibus ui-
 gesimo die Timegenides ad populares ita inquit. Viri thebani: quando
 quidem grecis ita constitutum est: non prius abscedere ab oppugnatio-
 ne thebarum: q̄ aut eas expugnauerint aut nos dedideritis: absit: ut no-
 stra causa thebanus ager amplius uexetur. Sed siue per causam deposcē-
 di nos: pecunias cupiunt: pecunias eis ē publico demus. Nam et publice
 cum medis sensimus: non autem nos soli: Siue reuera deposcentes nos:
 urbem obsident: nos ipsi nos disceptationem exhibebimus. Eum theba-
 ni sanē probe & opportune locutum arbitrantur: ē uestigio caduceato-
 rem ad pausaniam misere uelle se uiros dedere. Ea re inter eos conuen-
 ta Attaginus ex urbe profugit: cuius liberos ad se pausanias adductos

Greci thebanos q̄ cum
 Persis senserant obsider.

Fuga Artabazi mardonii f.

culpa absoluit negans pueros factionis inedice esse participes. Ceteri quos thebani dedidit ipsi quidem putabant se crimen refutatuos ac pecuni-
e lapsuros. Pausanias autem hoc ipsum suspicans fore ubi illos accepit /
dimissis omnibus sociorum copiis corinthum supplicio affecit. Hec haec-
nus: quae ad plateas & ad thebas gesta sunt. Artabazum pharnacis: ut e-
plateis fugiens porro se proripuerat. Tessali cum ad ipsos uenit hospitio in-
uitatum interrogabant de reliquo exercitu ignari prorsus rei ad plateas
gestae. Iste intelligens si omnem ueritatem pugnae referret aditurum se ui-
te discrimen cum suo exercitu. Fore enim ut omnes cognitare ipsum ado-
rarentur. Ideo ne apud phocenses retulerat quippiam. Ad Thessalos autem
ita locutus est. Equidem uiri thessali maturo ut cernitis quod celerrime per-
uenire in thraciam missus cum hac exercitus parte ad quoddam negocium
transigendum. Mardonius ipse cum suo exercitu aderit nostris uestigiis
insistens cui & hospitium & officium prestare. Hec enim uos in tempus
prestuisse non poenitebit. Hec fatus copias festinabundus per thessalia
macedoniamque agebat recta thraciam uersus tanquam uere properans ac regi-
onem mediterraneam praecedens peruenit bizantium permultis suorum in
itinere relictis: qui uel a tracibus obtruncati sunt: uel quod fame atque labore
erant enecti ex bizantio nauigiis transmisit in asiam. Hunc in modum
iste rediit. Quo autem die ad plateas male pugnatum est: eodem die con-
tiguit hoc apud mycalen ionie geri: cum apud delon greci considerent in
qui una cum leutichida lacedemonio nauibus uenerant eo appulsi sunt
e samo legati lampon thrasidae et athenagoras archistratide et hegistrato
aristagore missi a samis clam persis ac tyranno theomnestore androma-
dantis: quem perse tyrannum sami constituerant. Hi cum adierunt duces
uerba fecit hegistratus multa et uaria. Fore enim ut si tantummodo
hos uiderent iones a persis deficerent: nec barbari expectarent etiam ut
expectarent tamen non aliam praedam isti reperirent. Preterea deos inuo-
cans obsecrabat: ut greci grecos liberarent / ulciscerenturque barbarum: quae
facilia dicebat factu esse: quia naues illorum segnes essent ad cursum: nec
pares grecis ad prelium. Siquid uero apud hos suspicionis subesset ne do-
lo deducerentur dicere paratos esse se ut in horum nauibus pro obsidibus
agerent. In his obsecrandis cum multus esset hospes samius sciscitabatur
eum eutychides siue omnis gratia uolens audire nomen siue casu id deo
agente samie hospes quod tibi est nomen? Ille respondit hegistrato.
Eutychides interpellata eius oratione siquam instituerat. Accipio inquit.

pro augurio hegistratum hospes samie. Efficere tu ut nauigemus data nobis per te et istos qui tecum sunt fide. Samios promptos esse ad ineundam nobiscum societatem. Hec locutus et rem pariter exequi paratus. Nam cum samii ex templo fidem interposito etiam iure iurando dedissent de sua societate cum grecis. Eurychides dimissis domum ceteris legatis iussit eum cuius nomen pro augurio acceperat secum nauigare. Greci eum illic diem commorati postridie pulchre litauerunt aruspice deiphono euenii apolloniata ex apollonia: que est in sinu ionico. Huius patri euenio res huiusmodi contigit. Sunt in hac apollonia sacre solis oues: que interdum secundum flumen pascuntur: quod est monte lacmone per apollinatem agrum fluit in mare iuxta oricon portum. Eas noctu stabulantes in antro non procul ab urbe custodiunt delecti uiri diuitis & genere inter populares suos splendidissimi singulis annis singuli: quod oraculo quodam apollinate eas oues permagni faciunt. Ibi euenius hic cum aliquando delectus ad custodiendas oues non excubaret uigilans sed obdormisset ingressum antrum lupi circiter sexaginta oues trucidauerunt. Id ubi iste animaduertit rem suppressit neminiq; aperuit: habes in animo totidem mercari: quas substitueret. At apollinate ubi acceperunt neque enim eos quod gestum erat latuit adductum ante iudicium euenium condemnarunt: ut quia uigiliam obdormiisset uisu priuaretur. Quem postea q; excecauerunt mox eis neque pecora fetificare neque homines pro consuetudine fructum ferre. Erant autem illis pecora & in diodona & in delphis. Interrogati prophete causam mali presentis responderunt causam esse: quia sacrarum ouium euenium inique luminibus orbassent. Se enim immisisse lupos: nec prius ab illius ultione cessaturos q; ei satisfecissent ex uis que in eum perpetrassent prout ipse sibi suo arbitrio satisfactum putaret. His perfectis daturus se euenio tale donum: quod habentem plerique hominum putarent beatum. Hec apollinatis sunt reddita oracula: Que apollinate silentio suppresserunt quibusdam e ciuib; exequenda delegauerunt. Isti hunc in modum putarunt exequenda. Euenium in statione sedentem adeunt: eiq; assidentes aliis de rebus uerba faciunt donec deueniunt ad miserandam hominis calamitatem. Ita introducta eius rei mentione percunctantur quam multam optaret: si eam uellent impendere apollinate. Hic qui oraculum non audisset se optare dixit duo predia ciuium quos nominabat: quorum patrimonia omnium apollinatum putabat esse pulcherrima: et preterea domicilium quod in urbe sciebat esse optimum. Horum si compos effectus esset non inensum se posthac fore dicebat sed hac satisfactione contentum. Hec cum respondisset

Euenius quis fuerit &
qd de eo referatur.

De deipbono eueni
apollonate filio.

euenius: tunc uero qui ei assidebant excipientes. Eueni inquit hanc tibi satisfactionem apollonate pro ereptis oculis tibi rependunt ex oraculo eis reddito. Euenius ubi omnem rem audiuit indigno animo tulit sese fuisse deceptum. Cuius ea prædia a dominis mercati huic qui illa optasset dedere: qui mox deinde insitam dominationem obtinuit: unde celebratissim⁹ euasit. Huius eueni filius fuit deiphonus: qui ductus a cornathiis exercitui uaticinabatur. Quamquid illud quoque audiui deiphono negocium in grecia fuisse exhibitum: quod se filium eueni cuius non esset nuncuparet. Posteaque litauere greci classem e delo samum uersus soluerunt: quam cum samum appulissent ad templum iunonis ea locauere sese ad prelium nauale apparantes eorum cursum ad se esse perse audientes et ipsi ceteras naues ad continentem reducant præter phoenissas: quas abire permiserant.

Non enim censebant pugnam naualem sibi esse capessendam: cum pares hosti sibi esse uiderentur. In continentem autem ideo nauigabant: ut esset sub suo peditatu: qui apud mycalen agebat præcepto xerxis ab iis copiis relictis ad ioniam tutandam numero sexaginta milia duce Tigrane omnium persarum et specie & statura eminentissimo. Ad hunc exercitum constituerant refugere duces persice classis subductisq; nauibus munimenta ualli circumdare in ularum suumque presidium. Hoc inito consilio profecti sunt ac pothniensium templum mycales præteruerti ad gesonem & scolopontem: ubi cereris eleusine cernitur templum: quod philistus pasiclis condidit. Sedatus beleum cochri in colonia mileti locanda uenerunt.

Ibi subductas naues munimento circumdederunt e saxis stipitibusque felicium arborum: quas ipsi exciderunt: et circum munitiones depactis sudibus se instruxerunt tanquam & obsidendi & uictoria potituri. In utrumque enim casum ratione inrita sese apparabant hos abuisse in continentem. Postquam accipere greci tanquam eos barbari effugissent egre ferebant incerti quid agerent retrone se reciperent an tenderent in hellespontum. Tandem neutrum horum uisum est esse faciendum: sed porro eundum in continentem. Preparatis igitur ad pugnam naualem tabulatis aliisque quibuscunque opus fuerat ad mycalen nauigant. Et cum proximi castris hostium fuere neminem ex aduerso obuiam ferri uident: sed naues intra murum subductas et magnam peditatus multitudinem pro litore dispositam. Ibi primum eurychides nauem littori applicans quam maxime appropinquare poterat ionem per preconem compellat inquit uiri ionem quicumque ex uobis me exauditis intelligere que dico. Nihil enim eorum que uobis mando intelligunt.

Perse ubi pugnam conseruerimus / debetis ante omnia meminisse libertatis.
 Deinde tessere hebes. hoc qui ex uobis non audit / discat. huius facti eade
 mens fuit / que themistoclis ad artemisium: qđ uidelicet hec uerba si late
 rent barbaros / inducunt ad obsequendum ionas essent. Sin delata ad bar
 baros redderent eis grecos infidos. Huius per eutychem admonitis / secundo
 loco greci naues littori admouent / et ex illis in litus egressi sese ad pugna
 dum instruebant. Quod facientes cum cernerent perse / et scirent samios
 fuisse adhortatos arma samii admittunt / suspicati illos sentire cum grecis.
 Quippe samii exceptos circa athenienses a xerse & illuc classe barbarorum
 deuictos redemerat omnes / athenasq; cum uiatico remiserat: Quo nomine
 non in minimam suspicionem uenerant: qđ quingenta hominum capita
 hostium xersis liberaissent. Preterea milesius tanq; maxime locorum gnaris
 perse imperant: ut compita: que ad cacumina mycales ferunt / custodiant
 eo consilio facientes id / ut milesii ab exercitu abessent. Hunc in modum ab
 iis ionibus: qui aliquid rerum nouarum molituri uidebantur / si facultate
 nacti essent / perse sibi precauerunt. Iidem facta ex grecis testudine sese con
 stipauerant. Greci ubi instructi fuere ire in barbaros tendunt: Quibus eu
 tibus aduolauit in uniuersum exercitum rumor: caduceumq; supra fluctus
 positum apparuit. Rumor autem huiusmodi ad eos ferebatur grecos acie
 in boetis superasse Mardonii copias. Multis autem signis res que diuinitus
 fiunt declarantur. Et sic eodem die contigit utraq; clades ea que ad pla
 teas accepta / et que ad mycalen accipienda erat. Fama que huc ad grecos
 uenit / reddidit eos multo ferociores / et ad subeundum ultro periculum
 alacriores. Alterum etiam quidnam concurrere contigit: ut ad utranq; pu
 gniam fuerint cereris eleusine templi. Nam apud ipsum cereris templum
 uel phanum ut a me superius demonstratum est / in agro plateensi pugna
 commissa est. et item in mycale iuxta cereris delubrum pugna erat comit
 tenda: ut non ab re uenerit ad istos fama uictorie Pausanie atq; grecoru.
 Nam pugna ad plateas diuiculo diei gesta est: apud mycalen uesperis. Quas
 utranq; eodem eiusdem mensis die gestam esse non diu post ab his rem re
 petentibus annotatum est. Ante rumoris aduentum subibat iste timor /
 non tam de se ipsis qđ de grecia / ne a Mardonio subiceretur. At ubi fama
 hec ad eos aduolauit impensius atq; properantius ad congregiendum pro
 cesserunt: tanto animo grecis ac barbaris in pugnam tendentibus / tanq;
 insule eis et hellespontus proposito premio essent. Athenienses & qui iuxta
 erant instructi pene dimidium copiarum iter tenebant per litus atq;

Perse itez a grecis pugna
 nauali eo die quo & in boe
 tis Mardonius superatus
 est / profligantur.

planitie. Lacedemonii autem et deinceps collocati per confragrosa et mon-
 tes: quæ dum lacedemonii circūbant interim athenienses in altero cornu pre-
 liabantur. Perse quod sibi gerra mansere recta sese defensauere nullo inferio-
 res hostibus. Postea uero quæ athenensium et eorum qui cum atheniensibus
 erant copie annis sunt uehementius se mutuo adhortantes: ut laus operis
 ipsorum esset non lacedemoniorum tum commutari iam res et deiectis ger-
 ris greci confecti impressionem facere in persas. Illi excepto impetu per diu
 resistere. Ad postremum in munitiones refugere: cum quibus pariter utu-
 perunt athenienses et corinthus et sicyonii & troezeni. Ita enim erant hi in
 acie collocati. Vbi uero et murus captus ibi barbari non roboris memores
 sed fuge propter quæ perse. Hi soli ad paucos redacti pugnabant grecis assidue
 in murum irruentibus. Quorum duo duces attayntes & tametres classi-
 arii exercitus duces effugerunt: totidem pugnantes occubuerunt. Mardo-
 nites & pedestrium copiarum dux tigranes adhuc dimicantibus persis
 superuenere. Lacedemonii ac socii qui eos qui supererant trucidauerunt.
 1 ipsorum quoque grecorum complices illis cecidere: et alii ex sicyoniis tum eo-
 rum dux perilaus. Quin etiam samii: qui in exercitu medorum militabant:
 quibus adempta arma fuerant: ubi uiderunt statim ab initio pugnam per-
 tinaciorem quoad poterant grecis suppetias iere. Quos inchoasse cernentes
 alii iones: ita & ipsi a persis deficientes adorti sunt barbaros. Milesius prece-
 ptum erat exitus uiarum custodirent persarum salutis gratia: et si qui casus
 quemadmodum accidit: eos deprehendissent milesius ducebus salutem sibi
 ad mychales cacumina compararent. Huius quidem causa rei milesii illic
 collocati fuerant: neue si priuigne adessent aliquid innouarent. At illi co-
 trario prorsus quæ iussi fuerant fecere. Aliis quoque ad hostem ferebant uis in
 barbaros ingruere & ad extremum in eis mactandis omnium hostilissimi ex-
 titere. Hunc in modum ionia iteque defecit a persis. In hoc preclarissimam
 inter grecos operam nauauerunt athenienses: et ex atheniensibus hermolys-
 rus eutyni uir in paneratio celebris: Cui postea contigit in bello inter atheni-
 enses et caristio in pugna apud cymum agri caristii facta cecidit in gressio
 iaceret. Secundum athenienses egregii extitere corinthus troezenique ac sicy-
 onii. Greci per quos multis barbarorum alius in pugna alius in fuga interfecit
 eorum naues incenderunt: totumque murum egesta illinc in littus præda
 et quibus pecuniarum thesauris repertis: ubi castra atque naues cremauere
 uela fecerunt: et cum samum appulsi sunt: consultabant de gete bona trans-
 ferenda: et ubinam in grecia illam locari oporteret: cuius ipsi imperium

obtinerent. Neq[ue] enim uidebatur fieri posse: ut per omne tempus ionibus
 tutandis preessent: sperandum esse: ut ionis a persis rebellasse gauderent.
 Ad hec magistratus lacedemonior[um] censebant emporia nationum grecor[um]:
 que cum medis sensissent: eiectis incolis danda cum territorio ionibus ha-
 bitanda. Athenienses e contrario non esse principatum ionie sumouendu[m].
 Nec lacedemoniis de ipsorum coloniis consultandum. Et cum hoc conten-
 derent athenienses: libenter eis cessere peloponnenses: atq[ue] ita samios &
 chios & lesbios ac ceteros insulanos: qui secum militabant ad societatis
 foedus adegerunt. Data acceptaq[ue] fide: cum iure iurando se permansuros
 in societate: nec ab ea descituros. Hoc iure iurando accepto ad pontes sol-
 uendos nauigauerunt: rati adhuc illos intentos se esse inuenturos. Et i-
 sti quidem in hellepontum nauigabant. Ii uero barbari qui profugerant
 non ita multi cum ad cacumina micheles peruenissent: se sardis recipie-
 bant: Qui cum dum iter faciunt Masistes darii filius: qui pugne male ge-
 ste affuerat: conuiciari artaynte cum aliis multis probris: tum uero dice-
 illum muliere fuisse ignauio[re]m. Ita illam prefecturam administrasset:
 dignumq[ue] omni malo esse: qui de regia domo male meritus esset. Apud
 persas autem summo opprobrio datur: audire se esse muliere ignauio[re]m.
 Artayntes ubi multa audiit indigne ferens: acinacem in masistem stringit
 interficiendi auidus: quem irruentem cernens xenagoras praxialia uir
 halicarnasseus: ut stabat a tergo hominem medium arripuit: sublatusq[ue]
 humi allidit: intereaq[ue] satellites masystis affuere. Eo facto xenagoras et ipsi
 masystis gratiam mittit & xerxis: cuius fratrem seruasset. Quippe ab eo ob
 hanc rem totius ciliicie prefecturis donatus est. Nihil hoc amplius inter uia
 barbari egerunt: sardisq[ue] perueniunt: ubi rex erat ex eo tempore: quo p[ri]-
 lio nauali male gesto athenis illuc profugerat. Sardibus autem tunc agens
 adamabat uxorem masystis: que & ipsa illic erat. Ea cum potiri non posset
 neq[ue] donis militandis neq[ue] uiquam afferre nolebat fratris masysti respectu:
 que res & mulierem retinebat probe gnaram non se coactum iri ui. Ibi xer-
 ses cetera prohibitus huc euasit: ut filio suo dareto in matrimonium dare
 filiam huius mulieris ac masystis existimans si hoc fecisset: commodius se
 illa potiturus. Contracto matrimonio aliisq[ue] ex consuetudine celebratis: su-
 sa profectus est. Eo postq[ue] peruenit & uxorem duxit. Dareodomum ita de-
 mum ab uxoris masystis amore cessauit. adamata ex familiaritate nurus
 masystis filia: cui nomen erat artaynte: qua cum potiretur processu tempo-
 ris res patefacta est. Hunc in modum amestris uxor xerxis amiculum quod

De xenagora viro hali-
 carnasseo.

ipsa texuerat grande atq; distinctum & spectatu dignum uiro donauit :
 quo ille delectatus atq; amictus ad artayntam se confert. Atq; ubi se oblecta-
 uit cum ea iussit a se petere mulierem quę optaret sibi fieri in remunerati-
 onem obsequii. Omnia enim quę peteret impetraturam. Ad hoc illa respon-
 dens (Debebatur enim toti familie infortunium) dabisne inquit mihi quic-
 quid abs te petiero? Xerxes omnia alia potius eam petituram ratus iureiu-
 rando promisit. Qui postq; iurauit mulier intrepide amictum poposcit.
 Xerxes enim uero recusare non ob aliud q̄ quod uereretur amestrim: ne sic
 illam rem quę agebatur iam pridem suspicata deprehenderet: offerre ei &
 urbes & immensam uim auri et copias militum: quibus nemo preter illam
 esset prefecturus. Eximium autem donum est apud persas exercitu donan-
 V erum cum non posset persuadere mulieri amiculum dedit: Quo dono ea
 supra modum letata eo gestando gestiebat. Amestris ubi mulierem habe-
 re amiculum rescivit & rem gestam non in puellam concepit odium sed
 in illius matrem: penes quam culpam & quam huius rei auctorem esse cre-
 debat exitum machinatur. Obseruato itaq; tempore: quo uir suus Xerxes
 regalem instrueret coenam: quę coena semel quot annis eo die quo rex
 creatus est instruebatur. Coenę nomen persice tycta grece telion idest
 perfecta: in qua rex solum caput ornatur persasq; strenuos donat. hoc die
 obseruato Amestris a Xerse petit: ut se masistris uxore donaret. Xerxes ut
 indignum factu nefariumq; arbitrari uxorem germani dono dari: eamq;
 insontem negocii illius: cuius causa eam flagitauerat. Tandem huius pre-
 cibus eundus & instituto quo nefas est regia coena proposita orantem nō
 exorare inuitus admodum annuit: tradensq; uxori ac iubens facere qd
 liberet germano ad se accersito ita inquit. Masista tu darii filius es idēq;
 mihi frater: preterea uir eximius: tamen cum ista muliere cum qua con-
 tubernium habes noli habere: in cuius locum dabo tibi filiam meam cū
 qua contubernium habeas. Istam autem quam in matrimonium habes
 non enim mihi uidetur habenda missam facias. His uerbis stupefactus
 masistes Domine inquit quā tu mecum orationem habes importunam: q
 uxorem: ex qua liberi mihi sunt adolescentes et filie: quarum unam tuo
 filio tu duxisti uxorem iubes me relinquere: quę mihi est ex animi mei
 sententia: ut filiam tuam in matrimonium ducam. Equidem rex etsi ma-
 gni facio me dignari coniugio filię tuę: tamen neutrum istorum faciam.
 T u uero qui nequaquā necesse habes noli ad hoc rei me cogere. Alius non in-
 ferior me existet maritus filię tuę. Sinito me mee uxoris consuetudine

frui. Hec ille cum respondisset percitus ira xerxes. Atqui inquit ita tecum Masista agetur: ut neque iam tibi filiam meam nuptum dem: neque tu consuetudine tue diutius fruaris: ut discas accipere oblata. Masistes his auditis extra abiit haecenus locutus. Domine nondum me interemisti. Hoc inter tempore dum xerxes cum fratre colloquitur amestris accitis satellitibus xersis uxorem masistis excarnificat: mamillas praecidit: easque cambis abiecit: nares aures labra linguam atque ita excarnificatam remittit domum. Harum rerum cum nihil audisset masistes metuens tamen aliquid sibi esse mali cursu se domum proripiebat. Vbi uero mutilatam uxorem uidit: confestim inito cum liberis consilio abiit Bactra cum illis & aliis quibusdam tanquam provinciam bactriam ad defectionem inducturus et plurimum mali regi facturis. Quod & contigisset ut mihi uidetur: si occupasset ad bactrios & ad sacas ascendere. Etenim praeses erat bactriorum a provincia libusque diligebatur. Sed hec perpetraturum xerxes audiens missis aduersum hominem copias & ipsum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore xersis & nece masistae haec haecenus. Graeci a mychale profecti hellespontum uersus primum circa lection stationem habuerunt a uentis intercepti: inde soluentes abydon tenuerunt: Pontesque quorum praecipue causa illuc ierant credentes se adhuc eos intentos esse inuenturos. Cum reperissent solutos deliberabant leutychedi et qui cum eo erant lacedemoniis uidebatur in greciam redeundum: Atheniensibus autem et eorum duci xantippo illic manendum: ut cheronnesum tentarent. Itaque peloponneses quidem abiere: Athenienses uero ex abydo in cheronnesum transientes Sestum obsidebant. Huc postquam auditum est grecos in hellesponto adesse tanquam ad omnium eius tractus urbium ualidissimo muro praeditam conuenere: cum alii ex aliis circa oppidis tum ex cardia orbazus uir perses: qui arma eponibus illuc comportauerat. Tenebant autem id oppidum indigenae coles iunctis persis pariter et magna sociorum frequentia. Tyrannidem illius provinciae obtinebat xersis praetor artayctes uir ille quidem persa: sed durus tamen & facinorosus: qui xersem athenas tendentem ex eleunte circumuenit petitis prothesilai iphiclo geniti pecuniis. Etenim est in eleunte chersonesi prothesilai sepulchrum: & ei phanum circumiectum: ubi inerat ingens uis pecuniae: nec non phiale aureae argentaeque et es & uestis aliaque donaria: quae artayctes rege donante compilauit. His uerbis cum circumueniens.

Hic est hoc in loco domus uiri graeci: qui cum militum copiis terram tuam adortus meritis morte poenas dedit. Eius mihi domum dato: ut discat

alii non militare aduersum regionem tuam. Hec dicendo facile erat persuadere Xerxi ut largiretur sibi domum eius uiri de quo nihil suspicabatur istum ea sentire. Enimuero sentiebat artaydes protesilaum in prouinciam regis militasse: quod uidelicet perse omnem asiam suam esse arbitrantur et eius semper qui potitur regno. Hic postquam pecuniis ab rege donatus est eas ab eleunte ad seston exportauit: phanumque seuit et coluit: et quotiens eleuntem pergebat in adyto in templi loco inaccessio cum mulieribus concumberebat. Tunc autem ab atheniensibus obsidebatur nullis rebus preparatis: quae pertinerent ad tolerandam obsidionem: quam non expectauerat ex improviso a grecis inuasus. Illi postea quod sibi obsidentibus autumnus grauari peregrina a patria expeditionem: quoniam murum expugnare non possent. Itaque orare duces suos ut se illinc reducerent. Duces negare se prius id facturos quod ut murum expugnassent aut ipsos resp. atheniensium accessisset. Adeo res illa eis cordi erat. At ii qui cum artayde intra muros erant in omnem adducti calamitatem adeo ut funibus lectorum elixis uescerentur. Vbi iam ne hec quidem habebant ita sub noctem capesserunt fugam: tum artaydes & oebazus elapsi a posteriori murorum parte: quae praecipue destituta ab hostibus erat. Postquam illuxit cersonitani e turribus indicauere atheniensibus: portasque patefecere Atheniensium plerisque fugientes persas persequentibus. Alii urbem tenere. oebazum in thracia fuga elapsum Thraces aspintii exceptum plestoro indigne deo ritu suo imolauerunt. Ceterum eius comites aliter interfecerunt. Artaydes autem cum suis inita posterioris fuga cum pauci essent super egos fluentia circumuenti cum per diu sese defensassent partim occubuerunt partim uiui sunt capti: quos greci alligatos sestum duxerunt: interque eos artaydem cum filio suo fertur a cersonitanis uni eorum qui istos asseruabant dum carnem salisam torret tale ostentum extitisse.

Ossa illa salisore prunis imposita resiliuit palpitauitque quemadmodum pisces recens capti. Quadere cum circumfusi admirarentur. Artaydes ostentum ut uidit accito uiro qui salisuram coquebat hospes inquit atheniensis non est quod istud metuas ostentum: quod non tua causa extitit sed mea protesilaos: qui est apud eleuntem signum dante: qui mortuus ac sale conditus habet a dii potestatem eum a quo iniuriam accepit uexandi. Nunc igitur donaria sua restituere in animo habeo pro pecuniis quidem: quas e templo sustuli huius dei centum talenta pendam pro mea uero ipsius salute ac filii ducenta. Hec pollicens xantippum atheniensium ducem non persuasit tum sua sponte animatum tum ab eleuntinis exoratum: quo protesilaum ulci-

scerentur: ut hominem interimeret. Itaq; adductum hunc in litus: in quo
xerxes traiectum iunxerat: ut alii aiunt in tumultum urbi in adyto immi-
nentem depactis humi assensibus suspenderunt filio eius ante patris oculos
lapidibus obruto. His actis athenienses in greciam remeauerunt portantes
cum aliâ pecunias: tuum uero arma pontium tanq; apud templa deposituri.
Nec aliud præterea quippiam gestum est per eum annum. Huius artayctæ
qui suspensus est aut paternus fuit artembares: qui orationem quandam
habuit apud persas: quam orationem excipientes perse ad cyrum detulerunt
in hæc uerba. Quandoquidem persis iupiter principatum dedit: et ex ui-
ris tibi cyre astyage deiecto agendum demigrantes ex hac regione: quam
et exiguum habemus & asperam obtineamus meliorem aliam: multe sunt
uobis confines urbes multe longinquæ: quarum unam incolentes efficiem
admirabiliores apud plerosq;. Decet autem hæc eos uiros facere qui possunt.
Nam quando facultas nobis præstabitur melior q; dum et multorum hominū
imperium habemus et uniuersæ asiæ. Hac oratione audita cyrus haudqua-
q; admiratus iussit eos illud facere: sed ita ut iubendo admoneret se post
hac prepararent non ad imperandum aliis amplius sed ad aliis parendum.
Natura enim comparatum esse: ut e mollibus regionibus molles uiri existât:
neue ex eadem terra admirande fruges et egregii bello uiri gignantur. Hac
cyri sententia perse superati a sua destiterunt: præoptaueruntq; exile solū
incolentes imperare aliis q; campestre colentes aliis seruire: ~

FINIS

T ABVLA LIBRI PRIMI HISTORIARVM HERODOTI
HALICARNASSEI IN QVO HEC CONTINENTVR:--

Causa dissensionis inter grecos et barbaros.

De creſo lydorum rege et eius origine.

De candaule lydorum rege: et qua de causa trucidatus est.

Quomodo gyges: qui candaulem obtruncavit rex lydorum efficitur.

Que donaria delphico apollini gyges miserit.

De archi Gygis filio: cui sadiattes successit

De haliatte sadiattis filio: et que memoratu digna fecerit

De Periandro cypseli filio corinthiorum tyranno.

De Arione cytharedo optimo: qui a delphino in tenaron transuectus est.

De creſo lydorum rege: et que memoria digna fecerit.

De Periandro cypseli filio corinthiorum tyranno.

Quot populos creſus in suam potestatem redegerit.

De Solone Atheniensi: qui ad creſum iuit et que memoranda ei dixerit.

Quis beatus dici possit secundum solonem.

S omnium creſi de Atys filio: qd ferrea cuspide traiceretur.

De Adraſto Gordii filio: qui uenando atym creſi filium interemit.

Quomodo Creſus cyri imperium euertere cogitans uaria de euentu oracula
~~ſollicitus~~ cum maximis donis mittit.

Reſponſum Apollinis ad lydos.

Que donaria creſus delphos miserit.

Aliud apollinis reſponſum.

Tertium reſponſum apollinis.

Quomodo creſus aduersus cyrum potentissimos quosq; grecie populos ami-
cos sibi reddere parat.

De piſiſtrato tyranno athenienſium: et quomodo ter eiectus tyrannidem oc-
cupauit quam tertio ſtabiluit.

Quid phytius apollo de lycurgo dixerit.

Quid Apollo ſparthanis ſe conſulentibus de arcadia ſubigenda reſponderit.

Bellum lacedemoniorum aduersus tegeatas.

Quomodo lacedemonii a tegeatibus uincuntur.

Reſponſum apollinis ad ſparthanos: ubi ſepultus eſſet oreſtes.

De liche ſparthano quomodo oreſtis ſepulchrum adinuenit.

Quomodo creſus bellum aduersus cyrum geſturus lacedemonios in amici-
tiam atq; ſocietatem aſciſcit.

Q uo Sandanis lydus creso persuadere conabatur ne bellum aduersus cyrum gereret.

C ausa affinitatis inter cresum & astiagem.

P relium in cappadocia inter cresum et cyrum: in quo neuter eorum uictor extitit.

Q ua ratione cresus reuersus est Sardis.

Q uomodo cyrus in lydiam aduersus cresum ducit exercitum.

Q uo lydi a cyro uincuntur: murosque ingressi obsidentur.

B ellum inter lacedemonios & argiuos de agro qui dicitur tyria.

D e Arycresi filio: qui antea mutus cum patrem in mortis discrimine cerneret in uocem erupit.

Q uomodo cresus capitur et ad cyrum uiuus perducitur.

Q uomodo cresus rex supra pyram impositus a morte seruatur.

D e origine cyri.

Q uo cyrus infans ab Astyage auo materno harpago medo necandus traditur.

Q uo cyrus infans a morte seruatur.

Q uo cyrus ab astyage auo recognoscitur.

Q uo Astiages harpagi filium trucidat: decoctumque in coena patri apponit.

Q uomodo cyrus in persidem ad parentes ab astyage mittitur.

Q uomodo harpagus cyro scribit: ut bellum contra astyagem paret.

Q uomodo cyrus bellum contra Astiagem parat.

Q uomodo Astiages a cyro superatur capiturque.

D e ritu & moribus persarum.

B ellum cyri contra assyrios et de babylone urbe.

D e Nyctotri regina babylonie eiusque solertia.

D e Gynde amne: quem cyrus in cccclx. riuos deduxit.

Q ua uia cyrus babyloniam cepit.

D e feracitate babylonie.

N auigia quibus babylones utuntur.

D e amictu babylonum.

D e legibus babylonum.

D e araxe fluuio quas insulas faciat et que in eis sint.

D e mari caspio et eius ambitu earumque gentium moribus que circa eum incolunt.

B ellum cyri contra Massagetarum.

D e Tomyri Massagetarum regina.

Q uomodo cyrus dolo tertia parte copiarum Massagetarum cum regine fi-

lio superat.

Quomodo spargapises tomyridis regine filius uitam finiuit.

De pugna memorabili inter Massagetar et persas.

De morte cyri.

De ritu & moribus Massagetarum.

LIBER SECVNDVS :-

De cambyse cyri filio : qui aduersus egyptios fecit expeditionē & de egypto primum.

Quo Psāmitichus nouit phrygas genere antiquiores egyptiis fuisse.

Quarum rerum egyptii repertores extiterint.

Longitudo egypti secundum mare.

De nili fluminis natura.

Quod falsa est eorum opinio qui credunt nilum etesius intumescere.

Quod falsa est eorum opinio qui dicunt e niuibz liquecentibus manare nilum.

De nili fontibus.

De egyptiis et eorum ritu & moribus.

De sacerdotibus egyptiis cultuq; eorum.

De ritu sacrificandi apud egyptios et quos deos colant.

Quare arietes non mactantur ab egyptiis thebanis sed eis sacrosancti sunt.

De hercule egyptiorum deo.

De pane deo egyptio.

Quomodo fit sacrificium lune bacchoq; de suis et non aliis. et q̄ spurcam beluam suam esse egyptii arbitrantur.

Qd̄ greci multa de egyptiis edocti sunt. pluresq; deos cum ab egyptiis tum uo ab aliis acceperunt.

Vnde singuli deorum extiterunt an cuncti semper fuerint aut qua specie.

Que fere sacre habeantur apud egyptios.

De cocrodillo.

De phenice aue.

De ibide.

De ritu egyptiorum.

Quomodo medicis utuntur egyptii

Mos funerum apud egyptios.

De Mine qui primus apud egyptios regnauit.

D e Sesostris egyptiorum rege pheroneq; eius filio : qui etiam regnavit.

D e proteo rege egyptiorum.

Q uo helena a paride rapta : ilium non est aduecta : sed a proteo rege egypti
retenta : ad quem menelaus incenso ilio nauigauit : helenaq; sibi est reddita.

D e Rapsinto rege egyptiorum : hic edificium extruxit : ex quo lapis amoue-
batur

D e cheope rege egypti : et de pyramide : quam edificare fecit.

D e chebrene cheopis fr̃e : qui et ipse in egypto regnavit : pyramidemq; alia
struxit. De

D e Mycerino cheopis filio et egypti rege.

D e rhodope muliere : quę esopi fabularum scriptoris conserua fuit.

D e asichi egypti rege.

D e anisi rege qui cecus fuit.

D e Sabaco ethiopum rege : qui egyptum cepit et .L. annis in ea regnavit : &
qua de causa ex egypto discessit.

D e templo bubastis idest dianę : qđ in bubasti urbe egypti est.

D e Sethone vulcani sacerdote : qui in egypto post cecum regnavit.

D e .xii. egypti regibus.

D e labyrintho apud egyptios.

D e Psammetico rege egypti.

D e latone delubro sito in urbe buti

D e Neco rege egypti.

D e fossa quę ad rubrum mare ferebat : quam Necos egypti rex cauari fecit.

D e Psammi rege

D e Aprie rege.

D e amasi : et quomodo egypti regnum adeptus est.

P relium inter amasim & apriem regem : in quo apries capitur : Amasis uero
uictor rex ab egyptiis constituitur.

LIBER TERTIUS:

C ausa dissensionis inter cambysen cyri filium persarum regem & amasim
egypti regem.

Q uo foedus ineunt arabes.

Q uo tempore apud thebas egyptias preter regionis usum pluit.

P relium inter psammeticum amasis filium & cambysen : in quo egypti
funduntur : cambysesq; egyptum totam in suam ditionem accepit.

Mors Psammeniti amasis filii

De solis mensa apud ethiopes.

Solis mensa talis esse memoratur. Est in suburbanis pratum omnium quadripedum assa repletum carne: quam per noctem singuli civium magistratus properant ponere. Ad eam ubi illuxit cuilibet epulatum licet accedere. Hec ab ipsa terra reddi assidue indigens aiunt. Et mensa quidem: que solis uocatur talis esse fertur.

De Legatis a cambyse ad ethiops missis et que ibi inuenerunt

De ritu sepulchrorum apud ethiops et qua de causa re infecta a proposito destitit.

De apiuitulo: qui pro deo colitur apud egyptios: quem cambyses mucrone transsodit.

Quo cambyses smerdum fratrem per praxaspen necari curat.

De Polycrate samiorum tyranno et rebus ab eo gestis.

De Periandro cipseli filio.

De duobus magis scilicet patizite et smerdi: qui in cambysen regem iurauerunt.

Mors cambysis cyri filii.

Quomodo smerdis magus rex persarum efficitur.

De Otane pharsi filio intapherneque et Gobria & Megabizo & aspitine atque hydarne & dario qui in magos coniurauerunt.

De praxaspe & quomodo magos esse non smerdum cyri filium qui imperavit prodit: sequitur turri precipitem dat.

Quomodo smerdis patizitesque magi qui imperium occupauerant trucidantur.

Sententie eorum qui magos trucidauerunt utrum persarum regnum per unum solum an per paucos an per populum regeretur.

Otanis sententia per populum.

Megabizi per paucos.

Darii per unum: cui ceteri assensi sunt.

Quomodo inter se magorum interfectores de rege eligendo conuenerunt.

De oebare Darii seruo: cuius opera equus darii primus innotuit edidit: qua ex re darius rex est effectus.

De Dario histaspis filio: qui post magos occisos rex persarum constituit.

De ordinatione tributorum: que ad darium ex uariis nationibus perueniebant: et quot milia argenti aurique talenta tributa hec conficerent.

Omnibus in unum contractis ad euboicum computum exigebantur in

sumam annui tributi a dario talentorum quatuordecim milia quingenta & sexaginta.

De variis indici nationibus et ritu earum.

De his indici qui padei dicuntur et eorum moribus.

Quod ab ipso spermate quod nigrum est et non album ut apud reliquos homines nigri ethiopes generantur.

De indicis formicis: que aurum egerunt & de magnitudine earum.

De camelis.

De arabia & de thure myrrha cassia cinnamomo ac lodano: que omnia in arabia nascuntur.

Quomodo thus legitur.

Quod natura animantia timidiora fetuosa contra uero seua & maligna parum fructuosa fecit ne genus humanum deperiret.

Quo pacto alati serpentes gignuntur.

Quomodo cassia legitur.

Quomodo cinnamomum legitur.

Vbi lodanum legitur.

De ethiopia terrarum habitatarum: qua meridies ad solem occidentem uergit ultima.

Qua de causa in taphernes unus e septem magorum interfectioribus a dario occiditur.

De orete viro persa & qua de causa polycrate samium occidit.

Mors oretis perse sardium prefecti.

De democede crotoniensi medico.

De solysonte eaci filio & polycratis fratre: & quomodo samium cum extorris esset per darium recepit.

De meandrio Meandrii filio polycratis scriba: qui samii imperium a polycrate acceperat: & quomodo profugit.

De charileo meandri fratre.

Quomodo babylonii a dario histaspis filio rebellant.

Quod Darius babyloniam obsidet.

De Zopiro Megabizi filio et quomodo eius opera darius babylonem cepit.

LIBER QVARTVS.

De scythiis et eorum regibus et regione secundum tum eorum tum græ-

corum opinionem: et qđ octo & xx annis scythę aſie imperarunt.
 De Targitao ſcytharum rege et eius liberis et iſ populis qui ab illis deno-
 minati ſunt.
 De Ariſteo uerſificatore caliſtrobii filio.
 De populis ſcythiam incolentibus: qui hi ſunt.
 Callipide.
 Halizonel.
 Scythę aratores.
 Neuri.
 Scythę agricolę.
 Nomades.
 Melanchlemi.
 Sauromate.
 Budini.
 Tyſſagete.
 Lyrtę qui uenatione uictitant.
 De orgenipeis populis qui calui ſunt.
 Quibus moribus iſſedones utunt.
 De arimaſpis iſeſt unoculis.
 De hyperboreis gentibus.
 De hiſtro ſcythię fluuiio.
 Tyres fluuius.
 Hypanis flu.
 Boryſthenes flu.
 Panticapeſ flu.
 Hypacyrus
 Gerrus } flu.
 Thanaſ
 Hrgis
 Quos deos incolunt ſcythę.
 Moſ ſacrificandi apud ſcythas.
 Cum ſcythia lignorum admodũ inopſ ſit: quid ad coquendã carnem exco-
 gitant.
 Quõ in rebus bellicis ſe ſcythę gerant.
 De uaticinatoribus ſcythicis et de modo uaticinandi.
 Quomodo foedera ineunt ſcythę.

D e regum scytharum sepulchris & quomodo eos sepeliunt.

Ritus funerum apud scythas.

Q uod externis ritibus scythæ non utuntur. et quas poenas irrogant iis qui
externos ritus asciscunt.

D e Anacharside scythæ. et quare ab illis occisus est.

D e scyle scytharum rege & qua de causa ab illis occisus est.

E xpositio darii regis persarum contra scythas.

D e ponti & bosphori et bellesponti situ. et de ponte quem edificare darius
fecit.

T hearis thracis fluvius.

D arius Getas subigit.

D e salmoxi uiro geta.

F ines scythiæ.

Q ui reges in auxilium scytharum contra Darium fuerunt.

T auri populi quibus moribus utuntur.

D e agatyrhis & eorum moribus.

D e neuris eorumque moribus. et quod quot annis singuli ad aliquot dies lupi
efficiuntur & rursus in pristinam formam redeunt.

D e androphagis et eorum moribus

D e mandadenis et eorum moribus

D e budinis & eorum moribus.

D e Gelonis & quod non recte budini a grecis geloni uocantur. cum non uide sit.

D e Sauromatis.

D e Amazonibus.

L egatio darii ad idanthirsum scytharum regem. ut ad se ueniret terramque
& aquam afferret.

R esponsio idanthirsi ad legatos.

Q uæ munera scytharum reges Dario miserint. videlicet. auem. murem.
ranam & quinque sagittas.

C onsilium darii de reuertendo in persiam.

T urpis fuga darii a scythia.

D e histio milesio. qui consuluit pontem bellesponti soluendum non esse.
dariumque expectandum.

D e Megabizo. quem darius post turpem a scythia fugam cum exercitu præ-
fectum in europa reliquit.

P ersarum aduersus poenos expositio. et quo sub titulo bellum intulerint.

Miniarum gens que fuerit & a quibus originem traxerit.

De Miniarum uxoribus: que mutuatis uestibus pro uiris in carcere remanserunt.

Teras antepbrontis filius Tisameni nepos teplandri pronepos polynicis ab nepos quid egerit.

Tbera insula quondam callista idest pulcherrima uocitata postea a Thera antepbrontis filio cognominata.

De oilco there filio a quo uocantur egide.

De egeo oilyci filio a quo uocantur egide in spatha ingens tribus.

De Grino elam filio there insule rege.

De Batto a polymnesto oriundo.

Battum poeni regem appellant: et ob id reor pythiam lingua punica quam nouerat oraculum reddidisse uocasseque battum quod futurus rex esset Taphrica.

De corobio viro cretensi.

Platea insula e regione aphrice sita in quam athereis batti polymnesti filius mittitur.

De Themisonte thereo ethearcho regi cretensi familiari: et de promna ethearchi filia quam themison cum in mare eam demersurus iussu ethearchi esset theram perduxit: quam in concubinatum accepit: ex qua natus est ei filius battus sono uocis exili ac balbutienti.

Battus tertius qui felix est appellatus: qui in aphricam iussu apollinis cum grecis nauigauit habitatum cum cyreneis.

Addicramas poenorum rex agris suis exutus a cyreneis ad Apriem egypti regem profugit.

Apries rex egypti: qui aduersus cyrenas exercitum misit ab eisque superatus est.

De Archesilao batti filio: qui cyrenis regnauit: fratresque suos ut solus regnaret expulit.

Barca aphrice urbs: quam archesilai fratres eo solo in regno relicto cōdiderunt.

De batto qui claudus fuit archesilai filio.

Demonax uir Mantienneus quis fuerit.

De archesilao eius batti qui claudus fuit filio.

De pheretina archesilai matre.

Euelthon salaminorum rex: ad quem se pheretina postquam a cyreneis una cum filio expulsa est se contulit orans ut se ac filium in patriam reduceret.

Archesiaus cyrenem recuperat.

A rchesilai mors.

P heretina post archesilai filii mortem in egyptum profugit.

D e Ariande egypti pretore a cambyse persarum rege constituto: ad quem pheretina post filii mortem profugit.

E xpositio ariandis egypti prefeti contra poenos: et qua de causa huiusmodi bellum suscepit.

A masis & badaces cum copulis in aphyricam pheretinam reducentes in regnum ab ariande egypti prefeto mittuntur.

D e multis ac uariis aphyricae nationibus & de earum ritu & moribus: quae sane haec sunt.

A dirmachide

G igame.

A byste.

A uschiph.

G abales

N asamones

D e ritu matrimonii apud nasamones.

P sylli.

G aramantes

Matr.

G indanes.

L otophagi

M achiles.

Malachlenes

A usci.

A mmonii.

Fons solis in aphyrica apud hammonios.

A uglei.

G arabantes.

B oues prepostere pascentes: quod cornua inflexa antequam habent.

Mons atlas a quo atlantes populi.

D e pastoriciis aphyris

M axies populi.

Quae ferarum genera poenorum pastoralium regio habeat.

Z abites

Z igantes } ppi.

C iranes insula.

N ouus mercandi modus quodam in loco apbrice extra columnas herculis.

B arca urbs a persis ab ariande ex egypto missis obsidetur.

Q uomodo barchei cum ui non possent dolo uincunt.

LIBER QVINTVS:-

D e thracia quique populi ac nationes in ea sunt et de eorum moribus.

E xpeditio megabizi contra peones: quos protinus expugnauit.

M egabizi legatio ad amintham macedonie regem.

D e Alexandro aminthe filio: qui legatos megabizi obtruncauit

A lexander aminthe filius gygeam sororem suam bubari uiro.

P erse post occisos legatos in matrimonium dat.

D e histieo milesio et qua de causa a dario susus sub pretextu officii consilia-
rii distinetur ne in greciam redeat.

D e Otane & quos populos darii imperio adiecit.

D e Aristagora genero consobrinoque histiei.

D e Megabate uiro persa darii consanguineo: qui filiam suam pausanie la-
cedemonio cleombroti filio grece tyrannidem affectanti desponderat.

Q uomodo Aristagoras a dario histiei monitu defecit.

D e cleomene Anaxandridis filio spartharum rege et de rebus ab eo gestis.

D e Anaxandride Leontis filio sparthanorum rege et quot filios genuerit

D e dorico Anaxandridis filio.

A ristagoras milesius ad cleomenem sparthę regem nauigat: ut eum contra
darium impellat. Sed frustra omnia conatus discessit.

G orgo cleomenis filia.

D escriptio itineris ab epheso ad sardis & a sardi ad susam.

S usa urbs regia quo loco sita sit.

Q uo athenarum ciuitas a tyrannide pisi stratidarum sit liberata.

Q ui fuerunt hipparchi atheniensium tyranni filii pisi strati interfectores

H armodius & Aristogiton hipparchi interfectores. G ephuri hipparchi in-
terfectores: unde originem traxerunt.

D e hippia athenarum tyranno pisi strati filio et hipparchi fratre.

Q uomodo pisi stratide ex attica discesserunt cum sex et triginta annos re-
gnassent.

Q ue aut fecere athenienses aut passi sunt in memoratu digna anteq̃ ionia de-
fecerit a dario: et aristagoras milesius Athenas oratum auxilia contra da-

rium uenerit.

D e clisthene et Isagora atheniensibus uiris.

D e Labda amphionis baccheiadarum filia.

D e cypselo ectionis filio: cui cognomen fuit cypselo ob periculum quod in cypsela idest mensura frumentaria deuitauerat: in qua eum puerum cū ad necem peteretur Labda mater occuluerat.

D e perandro cypseli filio corinthiorum tyranno.

D e hippia athenarum tyranno: qui postq̃ patria fugatus est ad artapher-
nein se contra patriam contulit.

A thenienses aristagore hortatu contra darium xx naues auxilio ionibꝫ mittendas decernunt.

P eones a dario aristagore hortatu deficiunt.

E xpeditio aristagore contra persas.

Quomodo cyrru a dario rebellauere duce onesilo Gorgi salaminorū regis fratre natu minore chresis filio Siromi nepote euesthondis pronepote.

G ordus ab onesilo fratre expulsus ad medos se confert.

Q uare Darius histieum dimisit.

A rtibiꝫ uir persa a dario ad cyprum recuperandam mittitur.

C ypri a persis bello uincuntur onesilusq; occiditur.

D aurises. hymeel otanes persarum duces contra ionios.

B ellum persarum aduersus carios: quod cum ionibus sentientes a se defecisset.

M ors aristagore milesii.

LIBER SEXTVS.

Q uomodo histieus a persis aufugit.

E xpeditio persarum aduersus miletum.

G ree concilium de bello persico.

L ada insula parua adiacens urbi milesiorum.

N umerus nauium grecorum aduersus persas: in quo greci quorūdam sociorū defectione superantur: quę triremes fuere barbare uero sexcentę.

N auale prelium inter grecos ac persas: in quo greci quorundam sociorum defectione superantur.

P ersę miletum expugnant.

H istieus post miletum patriam a persis captam chium subigit.

H istieus pugna cum harpago persa commissa capitur.

M ors histiei milesii.

D e Milciade cipseli filio et quę ab eo gesta sunt.
 D e Mardonio Cobrys filio darii genero deq; uis quę ab eo gesta sunt.
 D arius legatos in greciam terram et aquam pettum mittit.
 Q uantum suis regibus sparthiae tribuant.
 D e ritu regii funeris apud lacedemonios.
 D e demarato Aristonis filio: et quare huiusmodi nomen sortitus sit.
 D emaratus idest populo uotis pettus.
 D e leutichida uiro sparthano menaris filio uis nepote.
 C ause inimicitarum inter demaratum sparthę regem & leutichidam.
 D emaratus regnum deponit: et qua de causa se ad medos contulit: a dariog
 honorifice excipitur.
 D e aqua stygis: quę in nouacra urbe arcadię esse dicitur.
 M ors cleomenis spartanorum regis.
 G laucus epicididis filius quis fuerit & quę de eo dicantur.
 N ichodromus uir egineta quis fuerit & quę egerit.
 D atis genere medus et Artaphernes artaphernis fr̃s darii filius a dario cum
 suis designatis ducibus ad eretriam & athenas diripiendas mittuntur: ab
 eoq; Mardonius quod male rem naualem gesserat prefectura amouetur.
 E uphorbus & philargus eretrienses patriam persis produnt.
 M ilciades cimonis filius ab atheniensibus dux exercitus contra persas pre-
 ficitur.
 D e philippide uiro atheniensi.
 H ippias pistrati filius: qui persas contra patriam ducebat quid in somno
 uiderit.
 P lateenses contra persas auxilio atheniensibus fuerunt: et qua de causa se
 antea atheniensibus dediderant.
 D e callimacho Atheniensium duce contra persas.
 P relium inter athenienses & persas in campis marathoniis.
 P erse ab atheniensibus funduntur.
 C irriter sex milia et ccc. perse marathonia pugna occubere: Atheniensi-
 um uero CLXXXII.
 D e epizelo atheniensi: qui marathonia pugna luminibus captus est neq;
 postea unq; unq; uidit.
 D e quodam puteo in perside: qui asphaltum idest bitumen & salem et oleu
 exhibet.
 C allias quis fuerit & quę fecerit.

A lmeon megadi filius quis fuerit et que gesserit.

D e clisthene tyranno sicionio: qui filiam suam nomine agaristam Megadi
almeonis filio despondit.

M ilciades post marathoniā pugnam cum Lxx. nauibus in paron nauigat
eosq; obsidet: sed re infecta athenas reuertitur.

Q uomodo milciades lemnū obtinuit.

LIBER SEPTIMVS:~

B ellum darii aduersus athenenses.

A egyptii a persis deficiunt.

D issensio inter darii liberos de principatu.

M ors darii histaspis filii.

M ardonius Gobris & sororis darii filius xersem ad bellum cum atheniensibus
gerendum hortatur.

X erses egyptios qui sub dario rebellauerant iterum subegit.

O ratio xersis de bello contra greciam capessendo.

O ratio Mardonii.

O ratio Artabani histaspis filii xersis patru.

Q uid xerses Artabano patruo responderit quod bellum grecie dissuadebat.

P ithius athis filius uir Lydus.

Q uomodo pontem construxerunt ii: quibus a xerse id negocium mandatum
erat: ut per pontem in europam exercitum traiceret.

X erse e sardibus mouente ut in greciam traiceret sol suam in celo sedem
relinquens apparere desiit cum serenissimus aer esset.

P ostq; xerses in europam traiecit equa leporem enixa est.

A liud sibi portentum editum cum sardibus esset. Mula enim mulum edidit
anticipitia genitalia habentem maris ac foemine sed maris superiora.

D oriscus thracie luttus & campus ingens: quem hebrus interfluit.

C onnumeratio nationum: que sub xerse in greciam traiecerunt ducumq;
eorum: qui illis preerant.

P erses unde dicti sunt.

M edi unde dicti sint.

B ages uir quis fuerit & que fecerit.

S pecius & bules uiri sparthani quid egerint.

G reci de bello xersico pythiam consulunt et quod responsum dederit.

Q ui grecie populi contra xersem fuerunt et quos sibi in belli societatem

compararunt.

D e Gelone sicilie tyranno oecetoris filio eiusq; origine et que memoratu digna gesserit.

G recorum legatio ad Gelonem eorumq; oratio.

R esponsio Gelonis ad legatos

D e cadmo scythie tyranno coorum filio.

D e terillo crinippi himete sicule urbis tyranno. qui cum a terone anasidem acragantinorum monarcho ex himeta eiectus esset a plurimis auxilium accersit: quorum dux hamilcar fuit: quos Gelon et teron superarunt eo die quo greci salamine persam.

N umerus nauium copiarumq; omnium tam terrestrium q̃ naualium: quas in Greciam xerses adduxit.

A trox tempestas: que classem xersis dissipauit.

D e borea uento: quem attici ferunt erithiam atticam ericthei filiam in matrimonio habere

D e Aminocle cratineo uiro magnete.

Q ui populi grecorum in transitu thermophilarum xersem operiebantur.

D e Leonide lacedemonio contra xersem imperatore et q̃ egregie bene nauata prius opera oppetit & de eius origine.

P relium inter persas & grecos duce Leonide.

O raculum phytie fore ut aut spatha euerteretur a barbaris aut rex occumberet.

Q uomodo demaratus bellum xersis lacedemonis significauit.

L I B E R O C T A V V S

N umerus grecarum nauium et eorum populorum: qui eas contra xersem prebuerunt. fuerunt autem. CC LXI.

D e Themistocle atheniensium duce in bello nauali contra persas et que ab eo gesta sunt.

S cylia sicionius quis fuerit

P uigna naualis grecorum cum persis.

A ltera pugna naualis cum persis.

B arbari ducibus thessalis phocensium urbes incendunt: omniaq; diripiunt.

P erse ad templum delphis diripiendum euntes fulminibus montisq; ruina profligati fugam capessunt.

A thene a xerse expugnantur.

D e Mnesilo uiro attheniensi : qui Themistochi consuluit ne socios discedere sineret.
 D e Aristide lisimachi uiro attheniensi.
 P uigna naualis grecorum cum persis in qua perse profligati sunt.
 D e Theonestore Androdamantis & philaco histici uiris samis.
 Q uod bene Arthemisia regina se hac nauali pugna gesserit.
 D e hermotimo pedasensi.
 D e Peonio uiro chio : qui uitam ex impurissimo questu ducens pueros forma peditos emebat castrabatq; ac postea magna pecunia uenundabat.
 X erxes exercitus parte mardonio relicta in persidem reuertitur.
 T hemistocles omnium iudicio prudentissimus habitus,

LIBER NONVS

M asistius a mardonio cum equitatu in grecos remissus occiditur perseq; in fugam uertunt.
 N uis grecorum qui cum mardonio pugnauerunt : q xi. miriades fuerunt.
 Q uomodo suos milites mardonius in acie instruxit.
 H egesistratus uir beleus quid fecerit.
 P uigna inter mardonium persarum ducem ac grecos : in qua perse profligantur mardoniusq; ipse occiditur pausaniasq; ac ceteri uictoria potiunt.
 Q ui grecorum hoc in prelio strenue pugnauerunt : nominatq; singulorum commemorat.
 T hebani a grecis qd cum persis senserant obsidentur.
 F uga artabazi mardonii filii.
 D e euenio apolloniata et quid de eo referatur.
 D e deiphoneo eueni filio.
 P erse iterum a grecis pugna nauali eo die quo & in boetis mardonius superatus est profligantur.
 D e xenagora uiro halicarnasseo : ~

FINIS DEO GRAS